




1
6
433









Riportato dalla consultazione
in questo stato il 14. ottobre 1993
Fulorg
20. ottobre 1993

JOANNIS MEURSI
CRETA, RHODUS, CYPRUS

SIVE


De Nobilissimarum harum insularum rebus & antiquitatibus

Commentarii postumi, nunc primum editi.





AMSTELODAMI,
Apud ABRAHAMUM WOLFGANGUM, 1675.



SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
SUECORUM, GOTHORUM AC VANDALORUM REGI
CAROLO XI.
PRINCIPI OPTIMO MAXIMO
S. D.
MAJESTATI EJUS DEVOTUS
JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

Cum quæ rerum humanarum incredibilis sit varietas & inconſtantia mecum ſæpius perpendo, nihil certius eſſe video, quam omnia eſſe incerta, tenuiſſimiſque ſuſpenſa filis, cæcis jactari caſibus, & ſurſum prorſum ferri agique. Nihil tantis opibus eſſe fundatum, quod non labefectet aut inexpectatus eventus, aut temporum hominumque injuria. Nihil tam humile reperiri & tenue, quod non cum fatalis temporum felicitas affulſit, quæ nec opinis incrementis aſſignata eſt, ſurgat tacitis quaſi auctibus in magnum decus & ſplendorem. His tribus maris mediterranei inſulis, quarum antiquitates e Tua, Rex Potentiſſime, prodeunt bibliotheca, quid olim fuit florentius, quid beatius? quanta in illis urbium copioſiſſimarum frequentia & amplitudo; quanta rerum omnium affluentia, quanta hominum celebritas, quam magna & quam ampla gentes apud omnes, quæ commercii cauſſa adibantur, negocia; quæ juris legumque æqualitas; quæ omnium artium, quæ non ſolum vitæ facilius tuendæ

præsidio sunt, sed & quæ serviunt voluptati & elegantiæ, officinæ; quanta terra marique potentia. At nunc quid illis est perditius, quid incultius, quid vastius? Magna sunt & fœda cadavera, & ne vestigium quidem ullum pristinarum opum & fortunæ in illis superest, ut Creta in Creta quæratur. Nec alius status est Rhodi & Cypri. Cum illæ insulæ maxime florerent opibus, armis, virisque, omnis hæc plaga Septentrionalis, quæ ab Alpibus Rheno & Danubio pertinet in Oceanum, cum tota Scandia squalebat horrebatque terrarum incolarumque feritate. At nunc quantus in istis regionibus rerum hominumque nitor, quæ urbium copia, quæ magnificentia, quæ divitiæ, quantus ingeniorum proventus, quæ humanitas, qui omnium politiorum artium cultus, ut hæc intuenti Creta & omnis Græcia in Septentrionales terras migrasse, illarum vero barbaria, illuvies, squalor & solitudo in Cretam Hellademque transiisse videatur. Nobilissimum Gothorum Regnum, cujus Tu, Rex Potentissime, clavum tenes, ab omni quidem memoria hominum floruit armorum gloria, sed cultioris eruditionis disciplinæ nuper admodum in illo, ut in plerisque aliis Borealibus gentibus, cœperunt excoli: sed tanto hercle cum profectu, ut, sicut bellicæ virtutis fama dudum aliis palmam præripuit, sic nunc amore doctrinæ nulli terrarum cedat. Hinc tot florentissima in Tuo Regno, Tuique juris & ditionis provinciis sunt gymnasia, tot in illis doctores inclyti, qui & docendo & immortalia ingenii monumenta consignando litteris divinas humanasque res illustrant; tam numerosa juventus, quæ tota præclaris artibus dedita, tam assiduam iis navat operam, ut olim Athenis, aut Alexandriæ, aut Beryti, aut quascunque alias

urbes

urbes laus ingenuarum ſcientiarum extulit & celebravit. Quod ii tantum poſſunt mirari, qui ignorant ad Regum mores componi populum, & Te, uti ſagatis artibus in primis præſtas, ut ætatem Tuam antevertas longe; ſic a primis annis multum operæ poſuiſſe, & etiam nunc ponere in his artibus noſtris, & illarum decus ac cultores omni honoris liberalitatiſque genere fovere & augere. Hujus Tuæ prolixæ erga liberaliores has diſciplinas voluntatis argumentum hoc quoque certiſſimum eſt, quod non ſolum bibliothecam in aula Tua, tanquam præcipuum ejus ornamentum, habes inſtructiſſimam, ſed & quod quicquid reconditorum librorum in illa ſervatur, pateat uſui eorum, quibus illos proferre in lucem eſt animus. Non ſolum civibus Tuis hanc das facultatem, ſed & exteris, quibuſcunque in terris agant, modo voluntate bene de re litteraria merendi cenſeantur. Huic ſanè Tuæ bibliothecæ, aut potius Tuæ ſingulari Benignitati debetur hic Joannis Meurſii commentarius de trium celebrium & valde potentium olim mediterranei maris inſularum fatis pereruditus. Cujus cum ante aliquot annos publicandi cupiditate nos incenſos intelligeres, non paſſus es a nobis illum diu deſiderari, ſed ipſum autographum clementiſſime juſſiſti nobiſcum communicari. Hoc Tuum munus, Sereniſſime Rex, nos quidem prædicare pro merito non poſſumus: ſed prædicabunt omnes qui litterarum ſtudiis tenentur: Deumque precabuntur, ut Tantus Rex creſcat & diutiſſime vivat in doctrinæ ac ſapientiæ ſtudiorum tutelam & incrementum, quæ & ſumma votorum meorum eſt. Trajecti Batavorum prid. Kal. Maii. CIƆ IƆ CLXXV.

LECTORI BENEVOLO.

Habes hic antiquitates trium insularum Joannis Meursii, viri celeberrimi, cujus infinita pæne de antiquitatibus Græciæ monumenta jam pridem versantur in manibus eruditorum, a quibus tanti fiunt, ut neminem habeant, quem in hoc genere ei anteponant. Nihil enim hoc viro in evolvendis omnibus omnium ætatum scriptoribus qui ex illetabili illa barbariei nocte salvi in lucem horum temporum emerserunt, fieri potuit diligentius, & in observando & conquirendo, quicquid ad veterem Græciam illustrandam pertinet, studiosius. In reliquis illius lucubrationibus, quas de prisco Græciæ statu memoriæ prodidit, hic commentarius facilè principem tenet locum, & argumenti nobilitate, quia nihil insulis istis in omni historia est celebrius & decantatius; & eorum raritate, qui huic curæ suam mancipare voluerunt industriam. Pauci enim, aut si verum dicere fas est, nemo fuit qui in illarum rebus eruendis elaborarit. Nam res erat ardui laboris, immensi studii, & lectionis infinitæ. Hinc nulli dubitamus, quin omnibus interiorum literarum studiosis hæ diatribæ sint futuræ gratissimæ. Qui & hoc nomine se devinctos agnoscent Illustrissimo Baroni Edmondo Grypenhielmio, Regni Suecici Senatori gravissimo, cujus auctoritate ac fide interposita horum nobis est librorum copia facta ex bibliotheca Regia. Plurimum quoque debebunt Nicolao Heinsio Dan. F. & meritis in Rempublicam & in rem litterariam perillustri, qui cum Oratorem fœderatæ Belgicæ apud Regem ageret, nihil sibi pro incredibili sua erga omnes humanitate, curæ & studii reliquum fecit, ut nostræ cupiditati has Meursianas antiquitates juris publici faciendi satisfieret. Speramus brevi futurum, si optatissima pax respexerit Europam, ut & alia inedita Meursii opuscula videas, inter quæ in primis eminent liber de Regibus Lacedæmoniis, de vita Thesei, bibliotheca Attica, & Paralipomena plerorumque scriptorum quæ vivus olim edidit. Hæc te jubemus expectare. Interea his fruere.

JOANNIS MEURSII

CRETA

SIVE

De Cretae rebus & antiquitatibus

LIBRI IV.

Synopſis Operis.

LIBER I.

De Inſulâ Cretâ, & ejus incolis antiquiſſimis, urbibuſque.

LIBER II.

De locis illic memoratis; montibus, ac promontoriis; fontibus, fluminibus, aquis: tum de rebus quoque omnibus, ibi excellentioribus.

LIBER III.

De Regno, ac Regibus; tum republica, legibuſque, ac ſtatutis; varioque ejus ſtatu.

LIBER IV.

De virtutibus incolarum, vitiiſque; moribus item, exercitiis, & inventis, atque armis: pietate, ethnicâ, ac Chriſtianâ: rebus geſtis, urbibus conditis, & coloniis: armorum peritiâ, ac bellis: denique de viris claris, item linguâ.

JOANNIS MEURSI

CRETA, CYPRUS, RHODUS

SIVE

De Nobilissimarum harum insularum rebus & antiquitatibus

Commentarii postumi, nunc primum editi.



AMSTELODAMI,
Apud ABRAHAMUM WOLFGANGUM, 1675.

JOANNIS MEURSI

CRETAE,

SIVE,

De illius insulæ nobilissimæ rebus, & antiquitatibus,

LIBER I.

De insula ipsa Creta, ejusque incolis antiquissimis atque urbibus.

CAP. I.

Cretæ laus. Auctores, qui & situm ejus, & antiquitates item, ac rempublicam, scriptis suis prodidere, indicati. Dionysii Halicarnassei locus emendatus.

nter insulas nobilissima olim Creta: quam sic celebrat Dionysius Alexandrinus, in Descript. Orbis;

Κρήτη τιμήεσσα, Διὸς μεγάλοιο τιθήνη,
Πολλή τε λιπαρή τε καὶ εὔβοτος. ——

Creta honorata, Jovis magni nutrix,
Magnaque pinguisque, & bona pascua habens. ——

Quæ ita repræsentat Festus Avienus:

—— *Nutrix hîc Creta Tonantis,*
Multa latus, glebamque ferax, & opima virentum.

Et Georgius Phranzes, Chron. lib. I. cap. xxxv. *Creta, quam Poëta his verbis commendavit; Creta honorata, nutrix Jovis; magnitudine item, rerum ubertate, & pascuorum abundantiâ insignis.* Simpliciter *Nobilem insulam* vocat Florus, lib. III. cap. vij. *Creticum bellum, si vera volumus noscere, nos fecimus, solâ vincendi nobilem insulam cupiditate.* Situm ejus, ac descriptionem item, vide apud Ptolemæum, Geograph. lib. III. Strabonem, lib. X. Plinium, lib. IV. cap. xij. Melam, lib II. cap. vij. Solinum, cap. xvij. Orosium, lib. I. cap. ij. Hyginum, Fab. CCLXXVI. Isidorum, Orig. lib. XIV. cap. vj. Res istius insulæ, scripsere varii. Inter hos Echemenes fuit: cujus Κρητικὰ citat nobis Athenæus, lib. XIII. Ἐχεμένης γοῦν, ἐν τοῖς Κρητικοῖς, οὐ τὸν Δία φησὶν ἁρπάσαι τὸν Γανυμήδην, ἀλλὰ Μίνωα. *Echemenes etenim, in Creticis, non à Jove, sed Minoe, raptum Ganymedem tradit.* Etiam Alexander. Schol. Apollonii, lib. IV. Ἀλέξανδρος δὲ, ἐν πρώτῳ Κρητικῶν, τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησι τὸν ἑρμῆν. *Alexander verò, libro primo Creticorum, Mercurium cum Acacallide coiisse refert.* Et Soſicrates. Suidas, in Δούλων πόλις. Ἔστι δὲ καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις, ὡς Σωσικράτης, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Κρητικῶν. *Est & in Cretâ Dulopolis; ut ait Sosicrates, primo Creticorum.* Quæ totidem verbis Apostolius, Cent. VII. Proverb. xxxvij. Meminere etiam, Strabo, lib. X. & Athenæus semel, atque iterum, lib. VI. Fulgentius, De Prisco Serm. in *Nefrendes.* Præter illos, etiam Xenion. Etymologici Auctor, in Ἀρκέσιον. Οὕτω Ξενίων, ἐν τοῖς Περὶ Κρήτης. *Ita Xenion, in libris de Cretâ.* Stephanus. Ἀρκάδες, πόλις Κρήτης· ὡς Ξενίων, ἐν Κρητικοῖς. *Arcades, urbs Cretæ: ut auctor est Xenion, in Creticis.* Vide iterum eundem, in Δραγμὸς, & Ὑδραμία. Isacius Tzetzes, Comm. in Lycophronem. Καὶ Ξενίων δὲ, ἐν τοῖς περὶ Κρήτης, τὰς ἑκατὸν πόλεις τῆς Κρήτης καθ᾽ ὄνομα λέγει. *Et verò Xenion, in Opere de Cretâ, nominatim centum Cretæ urbes refert.* Scripsit etiam Dosiades: memoratque Athenæus, lib. IV. & VI. & Solinus, cap. xvij. Antenor scripsit, Ἱστορίας Κρητικάς. Photius in Bibliothecâ. Ἀντήνωρ δὲ, ὁ τὰς Κρητικὰς γράψας Ἱστορίας, Δέλτα ἐκαλεῖτο. *Antenor verò, qui Historias Creticas scripsit, Delta vocabatur.* Citat Ælianus, Hist. Anim. lib. XVII. cap. xxxv. Apud Diodorum Siculum, lib. V. Sosicrates, Dosiadesque, quos jam dixi, memo-

memorantur: ac præterea, Epimenides, & Laosthenidas. Ἐπεὶ δὲ τῶν τὰ Κρητικὰ γεγραφότων οἱ πλεῖστοι διαφωνοῦσι πρὸς ἀλλήλους, οὐ χρὴ θαυμάζειν, ἐὰν μὴ πᾶσιν ὁμολογούμενα λέγωμεν. τοῖς γὰρ τὰ πιθανώτερα λέγουσι, καὶ μάλιστα πιστευομένοις, ἐπηκολουθήσαμεν· ἃ μὲν, Ἐπιμενίδῃ τῷ θεολόγῳ προσχόντες· ἃ δὲ, Δωσιάδῃ, καὶ Σωσικράτει, καὶ Λαοσθενίδᾳ. *Quandoquidem verò rerum Creticarum Scriptores inter se dissentiunt, nemini mirum videri debet, si non omnibus consentanea hîc à nobis exponantur. Illos enim secuti sumus, quibus & probabilior est oratio, & fides maxima habetur. Nunc enim Epimenidi Theologo me accommodo; nunc Dosiadæ, & Sosicrati, ac Laosthenidæ.* Erat item Dinarchus quidam, qui Mythologias Creticas scripsit, teste Demetrio Magnesio, in opere Περὶ τῶν ὁμωνύμων: cujus fragmentum quoddam exstat apud Dionysium Halicarnasseum, in libro de Antiquis Oratoribus, ubi de Dinarcho agit. Sed corruptum ibi est Demetrii nomen, per compendium scriptionis. Ἀλλὰ Δῆμος ὁ Μάγνης, ὃς ἔδοξε γενέσθαι πολυΐστωρ, ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ. *Sed Demus Magnesius, qui multarum rerum peritus habitus fuit, in Opere, De Scriptoribus ejusdem nominis.* Legendum autem est, Δημήτριος· ut ostendo in Bibliothecâ meâ Græcâ. Fragmentum verò, quod innueram, ita habet. Δεινάρχοις δ' ἐνετύχομεν τέσσαρσιν· ὧν ἐστιν ὁ μὲν, ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν· ὁ δὲ, τὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας. *Dinarchos equidem inveni quatuor; quorum hic quidem, est ex Oratoribus Atheniensibus: iste verò, fabulas Cretenses collegit.* Et hi quidem sunt Auctores, qui res insulæ conscripserunt; sed remp. qui in literas retulerunt, ecce isti: Ephorus, Callisthenes, Xenophon, Plato. Indicat istud Polybius, lib. VI. Ἐπὶ δὲ τῶν Κρητῶν (τὴν πολιτείαν) μεταβάντες, ἄξιον ἐπιστῆσαι κατὰ δύο τρόπους, πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων, Ἔφορος, Καλλισθένης, Ξενοφῶν, καὶ Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Λακεδαιμονίων. *Nunc ad Cretensium remp. conversâ oratione, duo circa illam considerare nos operæ pretium fuerit, quæ sunt ab eruditissimis Scriptoribus antiquis prodita, Ephoro, Callisthene, Xenophonte, & Platone: qui illud primò dixerunt, similem hanc esse atque adeò eandem cum Spartanâ.* Ac de Ephoro, etiam commemorat Strabo, lib. X. Τῆς μὲν οὖν χώρας τῶν Κρητῶν, τοιαύτη τις ἡ περιοδεία· τῆς δὲ πολιτείας, ἧς Ἔφορος

ἀνέγραψε, τὰ κυριώτατα ἐπιδραμεῖν ἀποχρώντως ἂν ἔχοι. *Et regionis quidem Cretensis, hæc est in circuitu descriptio: at de rep. eorum, quam Ephorus descripsit, sufficiet præcipua percurrere.* Scripsit item Epimenides. Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ, lib. I. Συνέγραψε δὲ καὶ καταλογάδην, περὶ θυσιῶν, καὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας. *Scripsit verò etiam prosâ oratione, de sacrificiis, & Rep. Cretensi.* Fuit quoque opus quoddam Pyrgionis, quod ab eo Νόμιμα Κρητικὰ, *Instituta Cretica*, inscriptum erat: idque citat Athenæus, lib. IV. Sed, hæc omnia cùm perierint, ego, quæ dispersa passim apud Auctores nunc superstites observare mihi licuit, hîc collecta exhibebo.

CAP. II.

Unde dicta. Cores. Cres, Jovis F. Creta, Hesperi Filia. Cres indigena, unus Curetum. Isidorus emendatus. Cretenses venationis studiosi. Aëris temperies. Μακάρων νῆσος. *Creta, Curetis cujusdam filia.* Κρητίη. *Stephani, & Eustathii, dissidium.* Κρῆται.

Unde autem dicta fuerit, variè tradunt. Stephanus: οἱ μὲν φασιν, ἀπὸ τῆς Κόρης Κορήτην, καὶ Κρήτην κατὰ συγκοπήν. οἱ δὲ, ἀπὸ Κρητὸς, τοῦ Διὸς καὶ Ἰδαίας νύμφης παιδός. οἱ δ', ἀπὸ Κρήτης, μιᾶς τῶν ἑσπερίδων. οἱ δὲ, ἀπό τινος γηγενοῦς Κρητός. *Quidam ajunt, à Cores Coretam dictam, & concisè Cretam; hi verò, a Crete, Jovis & Idææ Nymphæ filio: alii, à Cretâ, unâ Hesperidum: nonnulli rursum, à Crete indigenâ.* Primam causam ejus nominis, & secundam, nemo alius est qui tradat; sed de Cretâ, unâ Hesperi filiarum, etiam Plinius, lib. II. cap. xij. *Dosiades eam (appellatam tradit) à Creta Nympha, Hesperi filiâ.* Quæ totidem verbis Solinus, cap. xvij. Martianus Capella, lib. VI. *Creta, centum urbibus opulenta, in ortum occasumque porrigitur: cui nomen suum Hesperi filia Nympharum pulcra concessit.* Meminit verò Cretæ hujus, Ælianus, Hist. Anim. lib. XII. cap. xxx. & Etymologici Auctor, in Αἶα. De indigenâ verò Crete, etiam Eusebius, in Chron. Can. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἐβασίλευσε

σίλευσε Κρὴς τις αὐτόχθων, ὃν ἕνα λέγουσι τῶν Κουρήτων, παρ᾽ οἷς Ζεὺς κρυφθεὶς ἀνετράφη, καὶ Κρήτης ἐτυράννησεν. ἐξ αὐτοῦ τοῦ Κρητὸς ἡ νῆσος ὠνομάσθη Κρήτη. Quæ ita vertit B. Hieronymus. *Apud Cretam regnavit primus Cres indigena, à quo Creta appellata: quem ajunt unum Curetarum fuisse, à quibus Jupiter absconditus est, & nutritus.* Et mox iterum occurrit. Marcianus, in Periegesi, ubi de Cretâ:

Αὐτῶν ἔφορος εἴρηκεν εἶναί φησί τε
Ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
Τοῦ δὲ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος.

Ipsorum Ephorus dixit esse, & inquit
Insulam denominatam à Crete quodam,
Qui rex fuerit, & indigena.

Isidorus, Origen. lib. XIV. cap. vj. *Creta dicta à Crete quodam indigenâ, quem ajunt unum Cretarum fuisse, à quibus Jupiter, ibi absconditus, est enutritus.* Sed legendum ibi omninò: *unum Curetarum fuisse.* Quæ verbo tenus transscripsit Florentius Wigorniensis, Chron. cap. xvij. Cedrenus. Ἡ δὲ Κρήτη, ἀπὸ Κρητός τινος, ἄρξαντος ἐκεῖσε, ὠνόμασται. *Creta autem, à Crete quodam, qui ibi imperium tenuit, appellata est.* Videndus quoque Plinius, & Solinus, locis citatis: & Honorius, De Imag. mundi, lib. I. cap. xxviij. Duas alias causas tradit Etymologici magni Auctor. Κρῆτες, παρὰ τὸ ἐπὶ κέρασι βιοτεύειν· κυνηγετικοὶ γάρ. ὁ Ἀπολλόδωρος παρὰ τὸ εὖ κεκρᾶσθαι τὸν περὶ τὴν νῆσον ἀέρα. *Cretenses, quòd ad cornua vivant, nam venationis sunt studiosi: Apollodorus ait, quod aerem insula benè temperatum habeat.* Certè aëris temperiem, atque soli ubertatem, memorat Hesiodus quoque, in suâ Theogoniâ: atque illic Scholiastes. Laudavere item alii; atque inde tradidere, initio Μακάρων νῆσον appellatam. Isidorus, loco citato. *Creta primùm à temperie cœli μακάρων νῆσος appellata est.* Solinus. cap. xvij. *Nonnulli etiam à temperie cœli Μακαρόνησον appellatam prodiderunt.* Meminitque item Plinius: & Martianus Capella, lib. VI. Alii tradunt, profugum in Cretam Ammonem, ductâ Curetis cujusdam filiâ Cretâ, insulam tum Idæam dictam, ab uxoris nomine Cretam appellasse. Diodorus, lib. III. Τὸν δὲ Ἄμμωνα (φασί) σιτοδείᾳ πιεζόμενον φυγεῖν εἰς Κρήτην, καὶ γήμαντα τῶν τότε βασιλευσάντων Κουρήτων ἑνὸς θυγατέρα Κρήτην,

δυναστεῦσαί τε τῶν τόπων, καὶ τὸ περὶ τοῦ τὴν νῆσον Ἰδαίαν καλουμένην ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὀνομάσαι Κρήτην. *Ammonem verò (ajunt) frumenti inopiâ pressum, in Cretam fugiße; &, cujusdam Curetum, qui tunc ibi regnabant, filiâ Cretâ uxore acceptâ, & dominium locorum accepiße, & insulæ, Idææ antea appellatæ, nomen Cretæ, ab uxoris suæ nomine, indidiße.* Archilochus Κρεήτην dixit, pro Κρήτην, per pleonasmum. Stephanus. Κρήτη, ἡ μεγίστη νῆσος· ἣν Κρεήτην ἔφη Ἀρχίλοχος, κατὰ πλεονασμόν. *Creta, maxima insula: quam Creetam dixit Archilochus, per pleonasmum.* Eustathius Archiam nominat, non Archilochum. Ecce verba, in Commentario in Dionysium. Ἀρχίας δέ τις, ὡς λέγεται, Κρεήτην αὐτὴν ὠνόμασε, πλεονασμῷ τοῦ ε. *Archias verò quidam, ut fertur, Creetam ipsam nominavit, pleonasmo literæ ε.* Poëtis etiam numero plurali Κρῆται appellatur. Stephanus. Λέγεται καὶ ποιητικῶς Κρῆται. *Dicitur etiam poëticè Cretæ.* Eustathius, ad Iliad. δ'. Πολλὰ εὕρηνται ὀνόματα καὶ ἑνικῶς λεγόμενα, καὶ πληθυνόμενα. ὡς καὶ, ὅτε Κρήτην, καὶ Κρήτας, τὴν αὐτὴν νῆσον λέγει Ὅμηρος. *Multa inventa sunt nomina, singulari, ac plurali numero usurpata: sicut etiam, cùm Cretam, & Cretas, eandem insulam Homerus dicit.* Locus autem, quem designat, exstat Odysséæ xiv.

Ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι εὐρειάων.
Ex Cretis quidem genus prædico latis.

Ad quæ verba idem ille Eustathius notat, pluraliter eum Cretas dicere, propter insulæ magnitudinem. Οὐδὲ ἑνικῶς, ὡς περὶ μικροῦ, Κρήτην εἰπὼν, ἀλλὰ πληθύνας τὸ ὄνομα, πρὸς ἔμφασιν τοῦ μεγέθους τῆς νήσου. *Neque singulariter, ut paulò antè Cretam dicens, sed plurali numero efferens illud nomen, ad declarandam insulæ ejus magnitudinem.*

CAP.

CAP. III.

Pluribus nominibus dicta. Μακαρόνησ☉. Ἀερία. Κυρῆτις. Δολιχή. Χθονία. Ἰδαῖα. Τελχινία. *De ejus magnitudine, dissensus Auctorum: de longitudine, emendatus Dicæarchus. Versus boream portum bonum non habebat: ad orientem altior erat.*

AC variis nominibus quidem dicta fuit: & initio, Μακαρόνησ☉, propter temperatum aërem. Isidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *Creta insula, Græciæ pars est; jungens contra Peloponnesum. Hæc primùm, à temperie cœli, Macaronesus appellata est.* Meminere ejusdem nominis Plinius quoque, & Solinus: sicut dixi capite superiori. Dicta etiam Ἀερία, *Aeria;* idque initio, uti Crates olim tradidit. Plinius, lib. IV. cap. xij. *Mallotes Crates primùm Aëriam dictam tradit: deinde posteà Curetin.* Vides dissensum. Solinus, uti ferè solet, Plinium sequitur, cap. xvij. *Crates Aëriam priùs dictam tradit, mox Curetim.* Stephanus, in Ἀερία. ἔστι καὶ ἄλλη Κρήτης, οὐκ ἄσημ☉· ἡ ἐλέγετο νῆσ☉ Ἀερία, καὶ Ἰδαῖα, καὶ Δολιχὴ, διὰ τὸ μῆκ☉. *Est & alia Creta, non ignobilis: quæ insula dicebatur Aëria, & Idæa, & Doliche, propter longitudinem.* Et in Κρήτη. Καλεῖται δὲ ἡ νῆσ☉ καὶ Ἀερία. *Vocatur verò insula etiam Aëria.* A. Gellius, lib. XIV. cap. vj. *Creta eodem quoque nomine Aëria dicta est.* Etiam Κυρῆτις dicta: ut ex Plinii, ac Solini, verbis jam citatis patet. Vocata item fuit Δολιχή: ut apparet ex citato Stephani loco. Prætereà; Χθονία. Stephanus in Κρήτη. Καλεῖται δὲ ἡ νῆσ☉ καὶ Ἀερία, καὶ Χθονία, καὶ Ἰδαῖα. *Vocatur verò insula etiam Aëria, & Chthonia, & Idæa.* Ex quibus verbis illud quoque observare nobis datur, etiam Ἰδαῖαν dictam: cujus rei nobis item testis Diodorus Siculus, nomen illud indidisse ipsi referens Jovem Regem, ab uxore suâ Idæâ. Ecce verba lib. III. Τὸν δὲ πρεσβυγενέστερον, (Δία,) δυναστεύοντα τῆς προειρημένης νήσου, (Κρήτης,) δέκα παῖδας γεννῆσαι, τοὺς ὀνομασθέντας Κουρῆτας· προσαγορεῦσαι δὲ γὰρ τὴν νῆσον ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἰδαίαν. *Antiquiorem verò Jovem, principem prædictæ insulæ Cretæ, decem filios, Curetas dictos, genuisse: tum & insulam appellasse ab uxore suâ Idæam,*

Idæam. Denique etiam Τελχινία dicta fuit Etymologici Auctor. Καὶ τὴν Κρήτην Τελχινίαν λέγουσι. *Etiam Cretam Telchiniam vocant.* Stephanus. Καὶ ἡ Κρήτη Τελχινία ἐλέγετο. *Et Creta Telchinia dicebatur.* Nempe à Telchinibus: de quibus mox dicturi sumus.

De magnitudine ejus, variè tradunt Auctores; Strabo, lib. X. Plinius, lib. IV. cap. xij. Martianus Capella, lib. VI. Orosius, lib. I cap. ij. Æthicus, in Cosmographia. De longitudine verò, corrigendus est Dicæarchus, De vita Græciæ, ubi de hac insula agit.

Νῆσος περικλυτὴς, ἐστὶ δ' αὐτῆς τὸ μέγεθος
Δύο καὶ πεντακόσιά που σχεδὸν
Σταδίων. ——

Insula inclyta; estque ejus magnitudo
Duorum ac quingentorum circiter
Stadiorum. ——

Sed secundus ille versus mutilus est, & emendandus, in hunc modum.

Δισχίλιά τε καὶ πεντακόσια. ——

Bis mille ac quingentorum. ——

Nam hæc quoque ejus longitudo traditur apud Scylacem. Ἐστὶ δὲ ἡ Κρήτη μακρὰ στάδια δισχίλια πεντακόσια. *Habet autem Creta in longitudine stadia bis mille quingenta.* Itaque non temerè est, quod τρισμεγίστη, *ter maxima,* dicatur à Constantino Manasse, in Synopsi Historica.

—— Καὶ σὺν αὐτοῖς ἡ τρισμεγίστη Κρήτη.
—— *Et cum ipsis ter-maxima Creta.*

Atque boream quidem versus portum commodum non habebat. Eustathius, ad Odyss. γ. Δυσλίμενος ἡ Κρήτη τὰ πρὸς Βορρᾶν: *Creta, quà boream spectat, difficiles portus habet.* Unde Lucanus, lib. IX.

—— *Boreâque urgente, carinas*
Creta fugit. ——

Simpliciter *importuosam* dicit Petrarcha, De off. & Virt. Imp. ubi de hâc insulâ agit. *Nulla, nisi fallor, ex nostris insula tanto spatio à continenti sejungitur: undique vastum mare, atque importuosa sunt littora.* Ad Orientem, altior erat. Salustius, in Fragmento quodam, apud Servium. *Creta altior est, quâ parte spectat orientem.*

CAP.

CAP. IV.

Incolæ ejus varii. Barbari, Achivi, Eteocretes, Cydones, Dorienſes, Pelaſgi: qui cum Teutamo advenere, ſicut Dorienſes cum Althæmene Argivo; à quo urbes decem conditæ: & Achivi, cum Talthybio. Antiquiſſimi, & indigenæ, Eteocretes; eorumque habitatio, & urbs Præſus. Strabonis duo loci reſtituti. Cum Idæis Dactylis iidem habiti; ſicut etiam cum iiſdem Corybantes, & Curetes. Diſſidium Auctorum. Ægyptii quoque tenuere; quibus erepta ab Edomitis, in Græcorum poteſtatem hinc pervenit.

Sicut autem varia nomina Creta habuit, ita varios quoque incolas. Herodotus refert, barbaros inhabitaſſe, uſque ad Minois tempora. Verba ejus ita habent, lib. I. τὴν Κρήτην εἶχον τὸ παλαιὸν πᾶσαν βάρβαροι. διενειχθέντων δὲ ἐν Κρήτῃ περὶ τῆς βασιληΐης τῶν Εὐρώπης παίδων, Σαρπηδόνος τε καὶ Μίνω, ὡς ἐπεκράτησε τῇ στάσει Μίνως, ἐξήλασε αὐτόν τε Σαρπηδόνα καὶ τοὺς στασιώτας αὐτοῦ. *Cretam primùm univerſam barbari incolebant. deinde, contendentibus de imperio Europæ filiis, Sarpedone ac Minoe, ſuperior factus Minos expulit Sarpedonem, ejusque ſocios.* Homerus, Odyſſ. xix. commemorat Achivos, Eteocretes, Cydones, Dorienſes, & Pelaſgos.

Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Καλὴ, καὶ πίειρα, περίρρυτος, ἐν δ' ἄνθρωποι
Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες.
Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα, μεμιγμένη. ἐν μὲν Ἀχαιοί,
Ἐν δ' Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύδωνες,
Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.

Creta quidem terra eſt in medio nigro ponto,
Pulcra, & pinguis, circumflua; in hac autem homines
Multi, infiniti, & nonaginta urbes:
Alia verò aliorum lingua, mixta. ſiquidem in ipſa Achivi,
Et Eteocretes magnanimi, & Cydones,
Et Dorienſes Trichaices, & divini Pelaſgi.

B Ex

Ex his Dorienſes, verſus orientem habitaſſe ferunt; Cydones, verſus occidentem: Eteocretes verò, verſus auſtrum. Strabo, lib. X. Τούτων φησὶ Στάφυλος τὸ μὲν πρὸς ἕω, Δωριεῖς κατέχειν· τὸ δὲ δυσμικὸν, Κυδῶνας· τὸ δὲ νότιον, Ἐτεοκρῆτας. *Ex his ait Staphylus Dorienſes quidem, habitaſſe ad orientem; Cydones, ad occidentem: Eteocretes, ad meridiem.* Hos tres commemorat etiam Etymologici Auctor, in Τελχῖνες. Τρία ἑλληνικὰ ἔθνη τῇ Κρήτῃ ἐπῴκησαν, Πελασγοὶ, Ἀχαιοὶ, Δωριεῖς. *Tres populi Græcanici Cretam inhabitârunt; Pelaſgi, Achivi, Dorienſes.* Sed hi, advenæ omnes erant: Eteocretes autem, & Cydones, indigenæ. Strabo, loco citato: Τοὺς μὲν οὖν Ἐτεοκρῆτας, καὶ τοὺς Κυδῶνας, αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός· τοὺς δὲ λοιποὺς, ἐπήλυδας. *Et Eteocretes quidem, ac Cydones, indigenas fuiſſe, eſt probabile; reliquos verò, advenas.* Ac Pelaſgi quidem, cum Teutamo illuc advenerunt. Diodorus, lib. IV. Τεύταμος, εἰς Κρήτην πλεύσας μετὰ Αἰολέων, καὶ Πελασγῶν, ἐβασίλευσε τῆς νήσου. *Teutamus, claſſe in Cretam advectus cum Æolibus, & Pelaſgis, regnum inſulæ tenuit.* At Dorienſes, cum Althæmene Argivo, poſt Codri Athenienſium Regis mortem. Strabo, lib. XIV. Οἱ γὰρ Δωριεῖς, οἱ τὰ Μέγαρα κτίσαντες, μετὰ τὴν Κόδρου τελευτὴν, οἱ μὲν ἔμειναν αὐτόθι, οἱ δὲ σὺν Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ τῆς εἰς Κρήτην ἀποικίας ἐκοινώνησαν. *Nam qui Megara condiderunt Dorienſes, poſt mortem Codri partim ibi manſerunt, partim Althæmeni Argivo ſocios ſe deducendæ in Cretam coloniæ adjunxerunt.*

Condidit autem ille ibi urbes decem. Euſtathius, ad Iliad. β'. Ἀλθαιμένης δέ, φασιν, ἐκπεσὼν Ἄργους, ἔκτισεν (ἐν Κρήτῃ) τὰς δέκα πόλεις.) *Althæmenes verò, inquiunt, Argis profectus; decem in Cretâ urbes condidit.* Achivi verò, duce Talthybio huc venerant, poſt bellum Trojanum. Didymus, ad Odyſſ. τ. id iſtud Homeri, ἐν μὲν Ἀχαιοί, hoc nos docet Μετὰ τὰ Ἰλιακὰ Ταλθύβιος ἐκ Μυκηνῶν ἤγαγεν ἀποικίαν. *Poſt bellum Trojanum Talthybius Mycenis coloniam (in Cretam) duxit.* Scylax, in Periplo, incolas Cretæ ita tradit. Οἰκοῦσι δὲ ἐν Κρήτῃ Ἕλληνες, οἱ μὲν, ἄποικοι Λακεδαιμονίων· οἱ δὲ, Ἀργείων· οἱ δὲ, Ἀθηναίων· οἱ δὲ, ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἄλλης, ὁπόθεν ἔτυχεν. εἰσὶ δέ τινες αὐτῶν καὶ αὐτόχθονες πόλεις πολλαὶ ἐν Κρήτῃ. *Habitant verò in Cretâ Græci, hi quidem, coloni Lacedæmoniorum; illi, Argivorum,*

rum; isti, Atheniensium; alii, è cætera Græciâ undecunque. Sunt autem & indigenarum in Cretâ urbes multæ. Et Dicæarchus, De Vitâ Græciæ, ubi de Cretâ agit.

——— ἐν δὲ ταύτῃ τρία γένη
Ἀποικίας ἔσχηκεν ἑλλήνων· τὸ μὲν,
Λακεδαιμονίων· ἔπειτεν, Ἀργείων· τό, τε
Ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. ———

——— *In hâc tria genera*
Græcorum habuerunt colonias: hoc quidem,
Lacedæmoniorum; inde, Argivorum; &
Atheniensium. ———

Et profectò, Eteocretes antiquissimos insulæ habitatores fuisse, tradit Diodorus, lib. V. Οἱ μὲν γὰρ τὴν Κρήτην κατοικοῦντές φασιν, ἀρχαιοτάτους παρ᾽ αὐτοῖς γενέσθαι τοὺς ὀνομαζομένους Ἐτεοκρῆτας, αὐτόχθονας. *Qui Cretam incolunt, vetustissimos apud se exstitisse ajunt, quos Eteocretas nominant, indigenas.* Marcianus, ubi de Cretâ:

Ἀρχαιοτάτους ἔχει δὲ τοὺς οἰκήτορας,
Τοὺς δὴ παρ᾽ αὐτοῖς Ἐτεοκρῆτας λεγομένους.
Antiquissimos verò habet incolas,
Quos ipsi Eteocretas dicunt.

Habitabant autem insulæ partem australem, & in ea oppidulum Præsum, ubi templum Jovis Dictæi. Strabo. Τὸ δὲ νότιον (Στάφυλος κατέχειν φησὶν) Ἐτεοκρῆτας· ὧν εἶναι πολίχνιον Πραῖσον, ὅπου τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. *Australem verò partem (Staphylus ait possidere) Eteocretas: eorumque esse oppidulum Præsum, ubi Dictæi Jovis templum est.* Ac inhabitasse Præsum, posteà repetit. Εἴρηται δὲ, ὅτι τῶν Ἐτεοκρήτων ὑπῆρξεν ἡ Πραῖσος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. *Dictum autem est, Eteocretum urbem fuisse Præsum: atque ibi Jovis Dictæi templum exstitisse.* Ita enim utrobique legendum esse, non Πράσον, & Πράσος, ut hodie editur, postea ostendam, cùm de eâ urbe agam cap. VI. Eustathius, ad citatum Homeri locum, etiam indigenas testatur. Ἐτεόκρητες, οἱ ἀληθῶς ἢ ἀληθεῖς Κρῆτες, ἰθαγενεῖς, γνήσιοι τῆς χώρας. λεχθέντες ἐτεόκρητες, ὡς πρὸς τοὺς ἐπήλυδας. *Eteocretes, verè sive veri Cretenses, indigenæ, legitimi regionis incolæ: dicti verò Eteocretes, ut ab advenis distinguerentur.* Porrò Diodorus Eteocretas cum

Idæis Dactylis eosdem facere videtur. etenim, postquam de illis verba fecit, mox subjungit. Πρῶτοι τοίνυν τῶν εἰς μνήμην παραδεδομένων ᾤκησαν τῆς Κρήτης περὶ τὴν Ἴδην οἱ προσαγορευθέντες Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. *Primi ergo, quorum sanè memoria ad nos propagata est ad Idam Cretæ habitârunt, qui Idæi Dactyli sunt appellati.* Post hos, Curetes exstitere. Diodorus. Μετὰ δὲ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους ἱστοροῦσι γενέσθαι Κούρητας ἐννέα. τούτους δ' οἱ μὲν μυθολογοῦσι γεγονέναι γηγενεῖς, οἱ δ' ἀπογόνους τῶν Ἰδαίων Δακτύλων. κατοικεῖν δ' αὐτοὺς τῶν ὀρῶν τοὺς συνδένδρους καὶ φαραγγώδεις τόπους, καὶ τὸ σύνολον τοὺς ἔχοντας σκέπην καὶ ὑπόδυσιν φυσικήν, διὰ τὸ μήπω κατασκευὰς οἰκιῶν εὑρῆσθαι. *Post Dactylos Idæos novem Curetas exstitisse perhibent. Hoc alii quidem terrigenas, alii à Dactylis Idæis oriundos esse, fabulantur. Habitatio eorum in consertis montium arboretis, & convallium speluncis, & illis denique locis, quæ naturâ suâ tegumentum aliquod, & receptum, præberent: cùm ædium structura tum nondum reperta esset.* Notandum autem, quod Idæos illos Dactylos Diodorus alios à Curetibus faciat: cùm Auctores ferè alii & Idæos, & Curetas, & Corybantas, omninò eosdem statuant. Elegans de his est locus apud Diomedem Grammaticum, Lib. III. *Dactylus, à tractu digitorum dictus; vel ab Idæis Dactylis, quos Curetas, sive Corybantas, Poëtæ appellabant. Hi namque in insula Creta Jovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, lusus excogitato genere, clypeolis æneis inter se concurrentes, tinnitu æris illisi, rhythmicâ etiam pedis dactyli compositione, celavere vocem infantis. Sed nativitatis eorum causam, vetusta fabulositas docet hanc fuisse. Ajunt Opem, in Idam, montem insulæ Cretæ, fugiendo delatam, manus suas imposuisse memorato monti, & sic infantem ipsum edidisse; & ex manuum impressione emersisse Curetas, sive Corybantas: quos à montis nomine, & à qualitate facti, Idæos Dactylos appellant.* Pausanias, Eliac. lib. I. Διὸς δὲ τεχθέντος, ἐπιτρέψαι Ῥέαν τοῦ παιδὸς τὴν φρουρὰν τοῖς Ἰδαίοις Δακτύλοις, καλουμένοις δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ Κούρησιν. *Jove autem nato, Rheam pueri custodiam commisisse Idæis Dactylis, qui iidem Corybantes dicebantur.* Sed cum Diodoro tamen facit Strabo, lib. X. Ὑπονοοῦσι δὲ, τῶν Ἰδαίων Δακτύλων ἐκγόνους εἶναι τούς τε Κουρῆτας καὶ τοὺς Κορύβαντας. τοὺς γοῦν πρώτους γεννηθέντας ἐν Κρήτῃ ἑκατὸν ἄνδρας, Ἰδαίους Δακτύλους κληθῆναι· τούτων δ' ἀπογόνους, φασὶ, Κουρῆτας ἐννέα γενέσθαι· τούτων δ' ἕκαστον δέκα παῖδας

τεκνῶ-

τεκνῶσαι, τοὺς Ἰδαίους καλουμένους Δακτύλους. *Suſpicantur autem, Idæorum Dactylorum poſteros eſſe Curetas, & Corybantas; ac primos quidem in Cretâ natos centum viros, Dactylos Idæos appellatos: ab his verò natos ajunt Curetas novem & eorum unumquemque, filios decem genuiſſe, qui Idæi Dactyli ſint nominati.* Quod Idæos verò attinet, Idæ accolas, eos quoque Barbarè Judæos per errorem appellatos judicat Tacitus, Hiſt. lib. V. *Inclytum in Cretâ Idam montem: accolas Idæos, aucto in Barbarum cognomento, Judæos vocitari.* Ac Curetum quidem tempore etiam Titanes illic exſtitiſſe, & in terrâ Gnoſiorum habitaſſe, auctor nobis Diodorus. Μυθολογοῦσι γὰρ οἱ Κρῆτες, γενέσθαι κατὰ τὴν τῶν Κουρήτων ἡλικίαν τοὺς καλουμένους Τιτᾶνας. τούτους δὲ τῆς Κνωσσίας χώρας ἔχειν τὴν οἴκησιν, ὅπου περ ἔτι καὶ νῦν δείκνυται θεμέλια Ῥέας οἰκόπεδα. *Fabuloſè enim Cretenſes memorant, quo tempore Curetes vivebant, Titanes quoque exſtitiſſe: atque hos in terra Gnoſia habitaſſe, ubi etiam hodiè fundamenta & area domus, in quâ Rhea commorata.* Quod Curetas autem attinet, eos, anteà Telchines appellatos, cum Rhea in Cretam adveniſſe, & Curetas tunc vocatos, quidam veterum tradidere. Strabo, lib. X. ἐν δὲ τοῖς Κρητικοῖς λόγοις, οἱ Κουρῆτες Διὸς τροφεῖς λέγονται, καὶ φύλακες, εἰς Κρήτην ἐκ Φρυγίας μεταπεμφθέντες ὑπὸ τῆς Ῥέας· οἱ δὲ, Τελχίνων ἐν Ῥόδῳ ἐννέα ὄντων, τοὺς Ῥέᾳ συνακολουθήσαντας εἰς Κρήτην, καὶ τὸν Δία κουροτροφήσαντας, Κουρῆτας ὀνομασθῆναι. *In Cretenſibus verò Hiſtoriis, Curetes Jovis alumni dicuntur, & cuſtodes; in Cretam ex Phrygiâ acciti à Rhea. alii verò, cùm novem in Rhodo eſſent Telchines, qui Rheam in Cretam ſecuti forent, Jovem ibi educaſſe, ac Curetas dictos eſſe.* Et Cretam eos initio inhabitaſſe, iterum teſtatur poſtea, lib. XIV. Ac originem ſanè inde eos ducere, teſtis etiam Nicolaus Damaſcenus, cujus fragmentum quoddam exſtat apud Stobæum, Serm. xxxviij. Ubi iſta ejus verba. Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες. *Telchines qui dicebantur, originem è Creta ducunt.* Benjaminus Tudelenſis, in Itinerario ſuo, olim Ægyptios tenuiſſe, inde verò occupaſſe Edomitas: & ab illis, in Græcorum poteſtatem perveniſſe. *Ex illo igitur tempore filii Edom, biremibus & navigiis magnis inſtructâ claſſe, Ægyptias res imminuere cœperunt; & Cretam prius magnam, deinde Cyprum, inſulas adorti ceperunt: quæ ad hunc uſque diem à Græcis poſſidentur.*

CAP.

CAP. V.

Olim centum urbibus clara. Homeri in Iliade, & Odyſſeâ, diſſenſus: isque etiam explicatus. Honorii locus emendatus. Idomeneus, ſive Leucus, decem vaſtat. Plures centum terræ motu periere, primo Valentiniani, & Valentis, conſulatu.

Nunc, cùm incolas dixerimus, conſentaneum eſt, ut, quas urbes habitaverint, explicemus. Eæ centum exſtiterunt. Homerus, Iliad. β´.

—— Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.
—— *Cretam centum-urbem habitabant.*

Horatius, lib. III. Od. xxvij.

—— *Centum tetigit potentem*
Oppidis Creten. ——

Iterum Epod. ix.

—— *Centum nobilem Cretam urbibus.*

Virgilius, Æneid. III.

Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto;
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ;
Centum urbes habitant magnas. ——

Plinius, lib. IV. cap. xij. *Creta centum urbium clara fama.* Philoſtratus, in Heroicis, in Idomeneo. Ἀνὴρ, τὴν Μίνω τοῦ Κρητὸς ἀρχὴν ἄρχων, δίδωσιν ἡμῖν ξυμμάχους ἑκατὸν πόλεις. *Vir, Minois Cretenſis principatum tenens, dat nobis centum urbes belli ſocias.* Julianus, in Epiſtolà quâdam ad Sarapionem. Ἥγε μὲν τὸν Δία θρεψαμένη νῆσος ἡ Κρήτη, καθάπερ τροφεῖα τοῦ Διὸς ὑποδοχῆς ἀντιλαβοῦσα, τῷ ἑκατὸν πόλεων ἀριθμῷ τετίμηται. *Jam illa ipſa Jovis nutrix inſula Creta, quaſi Jovis ſuſcepti mercedem acciperet, centum urbium numero ornata eſt.* Prodigioſum in hanc rem mendum eſt apud Honorium, De Imag. Mundi, lib.I. cap.xxviij. *Creta, à Crete Rege dicitur. Hæc & centapolis à centum urbibus nuncupata.* Omninò reſcribendum exiſtimo. *Creta, à Crete Rege dicitur: Hecatompolis à centum urbibus dicta.* Idem tradit Mela, lib.II. cap.vij. Et Iſidorus, Orig. lib. XIV. cap.vj. Homerus,

qui

qui in Iliade urbes ei centum tribuit, in Odyssea tantùm nonaginta tradit. Ecce, lib. XIX.

Κρήτη τὶς γὰρ ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ,
Καλὴ, καὶ πίειρα, περίῤῥυτος. ἐν δ' ἄνθρωποι
Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες.
Creta quædam terra est medio in nigro ponto;
Pulcra, & pinguis, circumflua: suntque in ea homines
Multi, infiniti, & nonaginta urbes.

Et hinc Plato, in Minoe. ὅμηρος γὰρ, περὶ Κρήτης λέγων, ὅτι πολλοὶ ἄνθρωποί εἰσιν ἐν αὐτῇ, καὶ ἐννενήκοντα πόληες. *Homerus enim, de Cretâ loquens, multi, inquit, in eâ sunt homines, & nonaginta urbes.* Causam verò Eustathius reddit, ad Iliad β'. ἑκατόμπολις ἡ Κρήτη λεγομένη ἐνταῦθα, ἐνενηκοντάπολις ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ποιεῖται. καὶ οἱ μέν φασιν, ὅτι ἀληθῶς ἑκατόμπολις μὲν ἦν, κατὰ τὴν ἐνταῦθα ἱστορίαν. Λεῦκος δὲ, οὗ καὶ Λυκόφρων μέμνηται, δέκα πόλεις ἐπόρθησεν ἀποστατήσας, καὶ ἐπαναστὰς τῷ Ἰδομενεῖ. ὅθεν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ἐνενήκοντα πόλεις ἔχειν ἡ Κρήτη λέγεται. *Creta, quæ centum urbes habere hîc dicitur, in Odysseâ nonaginta memoratur. Ac sunt qui tradant, verè Cretam urbes centum habuisse, ut hîc traditur; verùm Leucus, cujus meminit & Lycophron, cùm defecisset, & arma Idomeneo intulisset, decem ex illis vastavit.* Quæ eadem dicit iterum ad Odyss. τ'. Videndus quoque Scholiastes illic vetus. Didymus, ad citatum locum Odysseæ. Ἐν Ἰλιάδι ἑκατόμπολιν τὴν Κρήτην λέγει· οὐχ ὡρισμένως ἑκατὸν πόλεις ἐχούσαν, ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ πολλάς. ἔνιοι δέ φασιν, Ἰδομενέα, κατὰ τὸ ἐξ Ἰλίου ἀναπλεῖν ἀπελαυνόμενον τῆς Κρήτης ὑπὸ Λεύκου, δέκα πόλεις πορθῆσαι. *In Iliade Cretam dicit centum-urbem; non definitè centum urbes habentem, sed multas. Alii verò tradunt, Idomeneum, ab Ilio redeuntem, cum à Leuco Cretâ arceretur, decem urbes evertisse.* Ubi & dissensum observa: nam quas Idomeneum evertisse Didymus dicit, has Eustathius Leucum narrat. Eleganter porrò res hæc universa disceptatur à Strabone, in descriptione insulæ, lib. X. centum verò urbes omnes nominatim recensuerat Xenion, in suo de Cretâ Opere. Isacius Tzetzes ad Lycophronem. Καὶ Ξενίων δὲ, ἐν τῷ Περὶ Κρήτης, τὰς ἑκατὸν πόλεις τῆς Κρήτης κατ' ὄνομα λέγει. *Et verò Xenion, in Opere De Cretâ, centum Cretæ urbes nominatim refert.* Certè oportet, ubi numerum hunc excesserint:

rint: si quidem Valentiniani, ac Valentis, primo consulatu, plures centum terræ motu periere: sicut infrà sum dicturus, cap. XV. Ego certè, centum circiter ac viginti observavi: quas nunc recensere instituam.

CAP. VI.

Actæa. De cervis illis, Scholiastæ Apollonii error. Cervi Achæinæ, & Spathinæ, appellati. Ætates cervorum; Ἀχαὶ, Ζὸρ, Σπάθλω. Scholiastes Apollonii emendatus. Æpea. Agrium, urbs episcopalis, quæ sextum locum obtinebat. Alba. Alloria. Amnisus. Navale Minois: item fluvius. Stephani locus emendatus. Nymphæ Amnisiades. Spelunca Lucinæ, sive fanum: unde ea Amnisia dicta: & nata ibi esse credita. Rufi Ephesii error. Ampelus. Amphimalla. Anopolis, quæ & Arnden. Aorus, quæ & Eleutheræ: Eleuther, unus Curetum. Aora, Nympha. Stephanus bis restitutus. Apollonia. Aptera. Sirenum cum Musis contentio. Muséum. Apteras Rex, urbis conditor. Pteras. Ptolemæi dissidium indicatum; & correctus item locus: sicut etiam Hesychii, Scylacisque, & Dicæarchi. Arcades, sive Arcadia. Jupiter ibi natus esse à quibusdam memoratur. Defectio à Cnoßiis ad Lyttios. Diruta, & instaurata, post sexennium; quo temporis intervallo fontes, amnesque, qui circa illam erant, cessârunt: mox reversi, Ergo urbes nunc dicamus. Et postquam rursum condita esset. in his, Sedes episcopi.

Achaia erat. Scholiastes Apollonii, lib. IV. Ἀχαία ἐστὶ τῆς Κρήτης πόλις. ἐν ᾗ γίνονται Ἀχαινέαι λεγόμεναι ἔλαφοι· αἳ καὶ Σπαθιναῖαι καλοῦνται. *Achæa est Cretæ urbs; in quâ cervæ sunt, Achaïneæ dictæ: quæ etiam Spathinææ vocantur.* Sed, an cervi in hac urbe? atqui Plinius clarè docet, nullos totâ eâ insulâ exstitisse, nisi in Cydoniæ agro. Ecce verba, lib. VIII. cap. lviij. *Mirabilius, in eadem insula, (Cretâ,) cervos, præterquàm in Cydoniatarum regione, non esse.* Etymologici Auctor, nam hoc extra ordinem nunc, per occasionem istam, est dicendum, nomen cervis datum tradit ab Achæinea urbe.

urbe. Ἀχαιϊνέα, ἡ ἔλαφος. ἀπὸ Ἀχαιϊνέης τῆς πόλεως, ἐν ῇ εἴδη εἰσὶν ἐλάφων μεγάλων. *Achæinea, cerva: ab Achæinea urbe, in qua ſpecies quædam magnarum cervarum.* Quod verò Scholiaſtes ille Apollonii easdem cervas etiam Spathinæas dictas eſſe cupit, in hoc errat. Et Euſtathius diſtinguit, ad Iliad. θ′. Οἱ Ἀχαιΐναι, καὶ οἱ Σπαθῖναι λεγόμενοι, (ἔλαφοι,) ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσι. *Cervi Achæinæ dicti, & Spathinæ, ætate quadam differunt.* Ubi obſerva, ætate differre: quæ in cervis triplex tradita. Una, Ἀχαί: de quâ Heſychius. Ἀχαὶ νεβρῶν, ἐλάφων ἡλικίαι. *Achæ hinnulorum, cervorum ætas.* Altera, Ζόρ. Idem Heſychius. Ζόρ, ἡλικία ἐλάφου. *Zor, ætas cervi.* Tertia, ut videtur, Σπαθλώ: à qua cervus Σπαθήνης, ſecundùm Heſychium; cujus iſta alibi verba. Σπαθήνης, τῶν ἐλάφων τις οὕτω καλεῖται. ἢ ἡλικία ἐλάφου. *Spathenes, ita cervus quidam appellatur: vel, ætas cervi.* Qui Σπαθλώνης verò Heſychio, is Σπαθίνης eſt Euſtathio: & Σπαθιναῖος Scholiaſtæ Apollonii. niſi fortè, quod exiſtimo, apud illum etiam Σπαθῖναι potiùs ſit legendum: temerè poſtremis literis, uti ſolet, à librario geminatis.

Æpéa. Stephanus. Αἴπεια, πόλις Κρήτης. *Æpéa, urbs Cretæ.*

Agrium. Religione Chriſtianâ introductâ, nobile Epiſcopatu; ut videre eſt in Novellâ Leonis Imp. De ſedibus eccleſiarum, quæ Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectæ: ac, cùm urbes Epiſcopales totâ inſulâ duodecim eſſent, Agrium in his locum ſextum obtinebat.

Alba. Stephanus. Ἔστι καὶ Ἄλβα πόλις Κρήτης. *Eſt etiam Alba urbs Cretæ.*

Alloria. Stephanus. Ἀλλωρία, πόλις τῆς Κρήτης. *Alloria, urbs Cretæ.*

Amniſus, ſive, ut alii ſcribunt, Amniſſus. Stephanus. Ἀμνισὸς πόλις Κρήτης. *Amniſus urbs Cretæ.* Fuit navale Minois. Strabo, lib. X. Μίνω δέ φασιν ἐπινείῳ χρήσασθαι τῷ Ἀμνισῷ, ὅπου τὸ τῆς Εἰληθυίας ἱερόν. *Minoëm dicunt navali uſum eſſe Amniſo, ubi fanum eſt Lucinæ.* Didymus, ad Odyſſ. τ′. etiam fluvium dicit. Ἀμνισὸς, πόλις, καὶ ποταμὸς, Κρήτης. *Amniſus, urbs, & fluvius, Cretæ.* Et certè, ita quoque Stephanum ſcripſiſſe exiſtimo, mutilumque ejus locum: nam ſubjungit; Αἱ τούτου Νύμφαι Ἀμνισιάδες, καὶ Ἀμνισίδες. *Ejus Nym-*

phæ Amniſiades, & *Amniſides*. Quæ verba manifeſtum eſt ad fluvium referri, non ad urbem. Ac reſpexit ad Callimachi iſtum verſum, Hymno in Dianam:

Δός δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι Νύμφας.

Da verò mihi pediſſequas Amniſidas viginti Nymphas.

Ubi Scholiaſtes: Ἀμνισίδας. Ἀμνισὸς, ποταμὸς Κρήτης. *Amniſus, fluvius Cretæ.* Apollonius Rhodius, lib. III.

Ἠὲ καὶ Ἀμνισοῖο λοεσσαμένη ποταμοῖο.

Sive etiam Amniſo lota fluvio.

Suidas quoque: Ἀμνισὸς, ποταμὸς Κρήτης. *Amniſus, fluvius Cretæ.* Et Nonnus, Dionyſ. lib. VIII.

Ἀλλ' ὅτε Δικταίης Κορυβαντίδος ὑψόθι πέτρης
Γείτονος Ἀμνισσοῖο λεχώϊον ἔδρακεν ὕδωρ.

Sed poſtquam Dictæam Corybantidem ſuper petram
Vicini Amniſſi puerperialem vidit aquam.

Erat ibi ſpelunca, Lucinæ ſacra. Homerus, Odyſſ. Τ.

Στῆσε δ' ἐν Ἀμνισῷ, ὅθι τε σπέος Εἰλειθυίης.

Statuit autem in Amniſo, ubi ſpelunca Lucinæ.

Quem locum reſpexit Euſtathius in Dionyſium. Μέρος δὲ τῆς Κρήτης ὁ Ἄμνισος, ἔνθα καὶ σπήλαιον Εἰλειθυίας, ὡς ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ὁ ποιητὴς ἱστορεῖ. *Pars quædam Cretæ eſt Amniſus, ubi & ſpelunca Lucinæ: ut teſtatur Poëta, in Odyſſeâ.* Strabo, in citatis verbis, fanum Lucinæ fuiſſe ait. ὅπου τὸ τῆς Εἰληθυίας ἱερόν. *Ubi fanum eſt Lucinæ.* Ac Lucina, ſive à ſpeluncâ fuerit, ſive fano, hinc Ἀμνισία eſt dicta. Heſychius. Ἀμνισία, ἡ Εἰλήθυια. *Amniſia, Lucina.* Et hæc ibi nata fuiſſe exiſtimata eſt. Pauſanias, Atticis: Κρῆτες δὲ τῆς χώρας τῆς Κνωσσίας ἐν Ἀμνισῷ γενέσθαι νομίζουσιν Εἰλείθυιαν. *Cretenſes verò regionis Cnoſſiæ natam eam ad Amniſum putant.* Errat certè Rufus Epheſius, qui vult eam Ἀμνιάδα potiùs cognomento dictam, à voce ἀμνίον, quàm Ἀμνισίαν, à navali Cretæ. Locus exſtat lib. De Part. Hom. Τὸ δὲ βρέφος, περιέχεται χιτῶσι. τὸν δὲ λεπτὸν, καὶ μαλακὸν, ἄμνιον αὐτὸν Ἐμπεδοκλῆς καλεῖ. ἐντεῦθεν, μοὶ δοκεῖ, καὶ Εἰλείθυια Ἀμνιὰς ἐπωνόμασται· καὶ μᾶλλον, ἤπερ ἀπὸ τοῦ ἐν Κρήτῃ λιμένος. *Infans verò, tunicis continetur; ac tenuem, mollemque,* Ἄμνιον *Empedocles vocat: unde, ut mihi quidem videtur, Lucina Amnias cognominata eſt, potiùs quàm à portu Cretæ.*

Ampe-

Ampelus. Plinio commemoratur, lib. VI. cap. xij. Ptolemæus promontorium dicit, lib. III.

Amphimalla, & *Amphimallium*, ab Amphimallo quodam dicta. Stephanus: Ἀμφιμάλλιον, πόλις Κρήτης, ἀπὸ Ἀμφιμάλλου, λέγεται καὶ Ἀμφίμαλλα. *Amphimallium, urbs Cretæ, ab Amphimallo. Dicitur etiam Amphimalla*. Et Amphimalla quidem, nominatur etiam Plinio, ac Ptolemæo. Meminitque item Strabo.

Anopolis. Etiam Araden dicebatur. Stephanus: Ἀραδὴν, πόλις Κρήτης, ἡ καὶ Ἀνώπολις λέγεται. *Araden, urbs Cretæ, quæ etiam Anopolis dicitur*.

Aorus. Nomen habuit ab Aorâ quâdam Nymphâ: inde Eleuthera dicta, à Curete Eleuthere. Stephanus: Ἄωρος, πόλις Κρήτης ἀπὸ Ἀώρας νύμφης. μετωνομάσθη δ' Ἐλεύθηρα, ἀπὸ Ἐλευθῆρος, ἑνὸς τῶν Κουρήτων. *Aorus, urbs Cretæ, ab Aorâ Nymphâ. mutato nomine etiam Eleuthera dicta, ab Eleuthere, uno Curetum*. Scribe. μετωνομάσθη δ' Ἐλευθεραί. *Mutato nomine dicta est Eleutheræ*. Idem alibi testatur: Ἐλευθεραὶ, πόλις Βοιωτίας· ἀπὸ Ἐλευθῆρος, τοῦ Ἀπόλλωνος. ἔστι καὶ Κρήτης, ἀπὸ Ἐλευθῆρος, ἑνὸς τῶν Κουρήτων· ἥτις καὶ Ἄωρος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀώρης νύμφης. *Eleutheræ, urbs Bæotiæ; ab Eleuthere, filio Apollinis. Est etiam Cretæ, ab Eleuthere, uno Curetum: quæ etiam Aorus vocabatur, ab Aora Nymphâ*. Ita enim quoque illic est ſcribendum; pro, καὶ Σάωρος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Σαώρης. *Etiam Saorus vocabatur, à Saorâ*.

Apollonia. Duæ urbes eo nomine exſtitere; ex his una, prope Cnoſſum: altera, Eleutheræ dicta. Videre licet apud Stephanum, in Ἀπολλωνία: qui etiam Cydoniam eo nomine antè appellatam dicit, in Κυδωνία. Meminitque ejus etiam Plinius, & Ptolemæus. In Chalcedonenſi Synodo nominatur Euſebius quidam, Apolloniæ Epiſcopus.

Aptera. Ita dicta, quod Sirenes, in certamine cum Muſis ſuperatæ, alas ibi ſuas abjecerint. Etymologici Auctor: Ἄπτερα, πόλις Κρήτης. ὅτι αἱ Σειρῆνες ποτὲ πρὸς τὰς Μούσας εἰς ἔριν ἐλθοῦσαι, καὶ ἡττηθεῖσαι, ἐκεῖ τὰ πτερὰ ἀπέβαλον. *Aptera, urbs Cretæ: quod Sirenes, cum Muſis aliquando contendentes, ac victæ, alas ibi abjecerint*. Acciditque hæc contentio in loco prope urbem, & mare: quem

Muſéum eâ ex re appellarunt. Suidas: Ἄπτερα, πόλις Κρήτης· ἀπὸ τοῦ τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος, τοῦ ἐν τῷ Μουσείῳ, πλησίον τῆς πόλεως καὶ θαλάττης τόπῳ, τοιῷδε καλουμένῳ, γινομένης. ἐν ᾧ κατὰ τὴν ἐν μουσικῇ νίκην τῶν Μουσῶν αἱ Σειρῆνες δυσφοροῦσαι, τὰ πτερὰ τῶν ὤμων ἀπέβαλον. *Aptera, urbs Cretæ; à Muſarum & Sirenum contentione in Muſeo, loco prope urbem & mare, ſic dicto, exortâ. in quo, Muſarum in Muſicâ victoriam Sirenes ægrè ferentes, alas humerorum abjecerunt.* Quæ totidem verbis etiam Stephanus. Euſebius in Chron. Can. ab Aptera Rege nominatam eſſe innuit: quem & condidiſſe refert. Κρήτης ἐβασίλευσεν Ἀπτέρας, καὶ τὴν πόλιν ἔκτισεν. *Cretæ regnum tenuit Apteras, qui & urbem condidit.* Et ex eo Hieronymus: *Hoc tempore in Cretâ regnavit Apteras, qui & urbem condidit.* Pauſanias cum Pteram vocat, in Phocicis. Ἀπὸ τούτου δὲ οὗ πτερᾶ καὶ πόλιν Κρητικὴν προσθήκῃ γράμματος Ἀπτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι. *Ab hoc verò Ptera etiam Creticam civitatem appellatam eſſe ajunt.* Apud Ptolemæum non rectè *Apteria* ſcribitur; qui & diſſidet à cæteris Auctoribus, quod recenſeat inter urbes mediterraneas. Plinius Apteron dicit. Corrigendus eſt Heſychius. Ἀπτερεῦς, ὁ ἀπὸ Κρήτης· Ἄπτερα γὰρ, πόλις Κρήτης. Malè hodie illic editur. Ἀπταρεῦς, ὁ ἀπὸ Κρήτης· Ἄπτα γὰρ, π. κ. Meminit ejus quoque Strabo, lib. X. & navale item Ciſamum habuiſſe refert. Corruptiſſimum eſt ejus nomen apud Scylacem, in Periplo, ubi de Cretâ agit. Πρὸς βορέαν δὲ, ἄνυα πτερέα χώρα. *Ad boream verò, Anya Pterea regio.* Reſcribo. Πρὸς βορέαν δὲ αὖ, ἡ Ἀπτεραία χώρα. *Ad boream verò, Apteræa regio.* Item apud Dicæarchum, in vitâ Græciæ, ubi de eâdem inſulâ:

—— Εἶτ' Ἀγγαραίαν λεγομένην.
—— *Deinde Angaræam dictam.*

Reſcribo itidem;

—— Εἶτ' Ἀπτεραίαν λ.
—— *Deinde Apteræam d.*

Quod Sirenum verò hanc cum Muſis contentionem attinet, quam dediſſe occaſionem urbis nominandæ volunt, ejus meminit quoque Auſonius, in Gripho Ternarii:

Tres volucres, tres ſemideæ, tres ſemipuellæ,
Ter tribus ad palmam juſſæ certare Camœnis,
Ore, manu, flatu, buxo, fide, voce canentes.

Araden. Vide, *Anopolis.*

Arcades, ſive *Arcadia.* Stephanus: Ἀρκάδες, πόλις Κρήτης· ὡς Ξενίων, ἐν Κρητικοῖς. οἱ πολῖται, ὁμοίως Ἀρκάδες. Δημήτριος δὲ, οὐκ Ἀρκάδας τὴν πόλιν, ἀλλ' Ἀρκαδίαν φησίν. *Arcades, urbs Cretæ; ut Xenion, in Creticis. Cives, ſimiliter Arcades dicti. Demetrius verò, urbem non Arcades, ſed Arcadiam dicit.* Jovem illic quidam natum voluerunt; non in Idâ, inſulæ ejusdem monte. Callimachus, Hymno I.

Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσί φασι γενέσθαι·
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ. πότεροι πάτερ ἐψεύσαντο;
Jupiter, te quidem Idæis in montibus dicunt natum;
Jupiter, alii verò Arcadiæ: utri pater mentiti ſunt?

Olim, Cnoſſiis fæderati, ad Lyttios defecerunt. Polybius, lib. IV. Ὄριοι μετ' Ἀρκάδων, ὁμοθυμαδὸν ἀποστάντες τῆς τῶν Κνωσσίων φιλίας, ἔγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν. *Orii cum Arcadibus, communi conſilio à Cnoſſiorum amicitiâ diſcedentes, Lyttiorum ſocietatem amplecti decreverunt.* Diruta aliquando fuit; & coli quoque deſitâ terrâ, fontes ibi, atque lacus, ſubſtitere: qui, cultoribus reverſis, poſteà item rediere. Seneca, Nat. Quæſt. lib. III. cap. xj. *Idem (Theophraſtus) ait, circa Arcadiam, quæ urbs in Creta inſula fuit, fontes & lacus ſubſtitiſſe, quia deſierit coli terra, dirutâ urbe: poſteà verò quàm cultores receperit, aquas quoque recepiſſe.* Atque inſtaurata quidem poſt ſexennium. Plinius, lib. XXXI. cap. iv. *Proditur certè, in Cretâ expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, ceſſaſſe fontes, amnesque, qui in eo ſitu multi erant. Rurſus condito poſt ſex annos, emerſiſſe; uti quæque cœpiſſent partes coli.* Poſteà, ſub Chriſtianis, ſedes ibi Epiſcopi fuit, ordine tertia: ut videre eſt in Novellâ Imperatoris Leonis, anteà commemoratâ.

CAP. VII.

Artacina. Asus. Jupiter Asius; ejusque fanum antiquissimum. Aulon. Aulopotamus, Episcopi sedes. Axus. Ejus Rex Etearchus. Herodoti locus restitutus. Baucus. Bena. Gortyniis subdita. Rhiani Poëtæ patria. Biennus. A Curete Bienno appellata. Jupiter Biennius. Bœæ. Bœba. Cæno. Nata illic Britomartis. Cale Acte. Camara, etiam Lato dicta. Stephani locus restitutus. Camirus. Cantanus. Catrea; à Catreo dicta, Tegeatæ filio. Ceratus. Cerea. Polybius, & Suidas, emendati. Rhianus poëta Cereates, non Benæus, secundum quosdam.

Artacina. Inter urbes mediterraneas à Ptolemæo recensetur. Vide Hyrtacus.

Asus. Stephanus. Ἄσος, πολίχνιον Κρήτης. *Asus, oppidulum Cretæ.* Plinio Asum dicitur; & inter oppida mediterranea memoratur. Jupiter illic, Asius cognomento dictus, colebatur: & habebat fanum item antiquissimum. Stephanus: ὁ Ζεὺς ἐκεῖ τιμᾶται· καὶ Ἀσίου Διὸς ἱερὸν ἀρχαιότατον. *Jupiter ibi colitur: & Asii Jovis fanum est antiquissimum.*

Aulon. Stephanus: Αὐλὼν, πόλις Κρήτης, ἢ τόπος. *Aulon, urbs Cretæ, aut locus.*

Aulopotamus. Sub Christianis sedem episcopalem habuit, ordine quintam: ut videre est in Novellâ memoratâ Imperatoris Leonis.

Axus, Stephanus. Ἄξος, πόλις Κρήτης· ὡς Ἡρόδοτος, ἐν τετάρτῃ. *Axus, urbs Cretæ; ut Herodotus, libro IV.* Sed apud Herodotum eo loco Oaxus scribitur. Ἔστι τῆς Κρήτης Ὀαξὸς πόλις, ἐν τῇ ἐγένετο ἐτίαρχος βασιλεύς. *Est Cretæ urbs Oaxus, in quâ rex Etearchus erat.* Certè hîc legendum Ἄξος, manifestum est ex Stephano: qui Oaxum aliam ab Axo facit.

Baucus. Scylax, in Periplo, ubi de Cretâ. Πρὸς δὲ νότον Γορτύνα, Βαῦκος. *Ad austrum verò Gortyna, Baucus.*

Bena. Erat ea Rhiani Poëtæ patria, ex sententiâ quorundam: & Gortyniis subjecta. Stephanus: Βήνη· πόλις Κρήτης, ὑπὸ Γορτύ-

νην

νίων τεταγμένη. τὸ ἐθνικὸν, Βηναῖος. Ῥιανὸς γὰρ ὁ Ποιητὴς Βηναῖος ἦν. *Bena, urbs Cretæ, Gortynæ ſubjecta. Gentile, Benæus. Rhianus enim Poëta Benæus erat.* Ac de Rhiano, etiam teſtatur Suidas: Ῥιανὸς, ὁ καὶ Κρὴς, ὢν Βηναῖος· Βήνη δὲ, πόλις Κρήτης. *Rhianus, Cretenſis erat, urbe Benæus. Bena enim, urbs Cretæ eſt.*

Biennus. Ut quidam volunt, à Bienno Curete nominata. Βίεννος, πόλις Κρήτης· ἀπὸ Βιέννου, ἑνὸς τῶν Κουρήτων ἑνός. *Biennus, urbs Cretæ; à Bienno, uno Curetum.* Aliam quoque nominis rationem ponit, ἀπὸ τῆς βίας, *à vi.* ſed corrupta illic verba. Jupiter quoque ibi Biennius colebatur, ut ibi in eo ipſo loco Stephanus indicat: qui videndus, ſi quis velit.

Bœæ. Stephanus, in Βοῖον. Ἔστι καὶ Βοιαὶ, Κρήτης πόλις. *Eſt etiam Bœæ, Cretæ oppidum.*

Bœba. Erat in agro Gortynio. Stephanus, in Βοῖβος. Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Βοίβη τῆς Γορτυνίδος. *Eſt item in Cretâ Bœba, in territorio Gortynæ.*

Cæno. Hìc Britomartin natam dicebant. Diodorus Siculus, lib. V. Βριτόμαρτιν δὲ, τὴν προσαγορευομένην Δίκτυνναν, μυθολογοῦσι γενέσθαι ἐν Καινοῖ τῆς Κρήτης, ἐκ Διὸς καὶ Κάρμης. *Britomartin verò, Dictynnam cognominatam, natam eſſe fabulantur in Cænone Cretæ, ex Jove & Carmâ.*

Cæratus. Vide *Ceratus.*

Cale Acte. Stephanus: Καλὴ Ἀκτὴ, πόλις Κρητῶν. *Cale Acte, urbs Cretenſium.*

Camara, etiam *Lato* dicta. Stephanus: Καμάρα, πόλις Κρήτης. καὶ ὁ πολίτης, Καμαραῖος. Ξενίων ἐν Κρητικοῖς φησιν, ὅτι Λατὼ ἐλέγετο. *Camara, urbs Cretæ: & civis, Camaræus. Xenion in Creticis tradit, quod Lato dicta fuerit.* Ita locum hunc reſtituo; qui truncatus hodiè repræſentatur, in hunc modum: Καὶ ὁ πολίτης, ὡς Ξενίων. Meminit urbis etiam Ptolemæus.

Camirus. Vide *Hiera Pytna.*

Cantanus. Stephanus: Κάντανος, πόλις Κρήτης. *Cantanus, urbs Cretæ.* In Synodo Chalcedonenſi memoratur Paulus quidam, Epiſcopus Cantani; in Conſtantinopolitanâ III, Georgius: in Nicenâ II, Photinus.

Catrea

Catrea, à Catreo condita, Tegeatæ filio. Pauſanias, in Arcadicis: Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Τεγεάτου τῶν παίδων ἔδει τὸν τόπον μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως ἐς Κρήτην, Κύδωνα, Κατρέα, καὶ Γόρτυνα. καὶ ἀπὸ τούτων φασὶν ὀνομασθῆναι τὰς πόλεις, Κυδωνίαν, καὶ Γόρτυνά τε, καὶ Κατρέαν. *Ajunt verò & de Tegeatæ liberis ultrò in Cretam migrare oportuiſſe, Cydonem, Catreum, Gortynemque: à quibus urbes nominatæ fuerint, Cydonia, Gortyn, & Catrea.* Quanquam ſanè Catreum hunc, conditorem ejus urbis, Cretenſes Minois filium memorabant: ut Pauſanias illo ipſo loco docet, in ſequentibus ſtatim verbis.

Caunus. Stephanus. Καῦνος, πόλις Καρίας. ἔστι καὶ ἄλλη πόλις ἐν Κρήτῃ. *Caunus, urbs Cariæ: eſt & alia urbs in Cretâ.*

Ceratus. vide *Cnoſſus*.

Cerea. Ejus civis, Cereates; vt ab Elea, Eleates: & talia. Quidam Rhianum non Benæum, ſed Cereaten, memorabant. Stephanus: Ῥιανὸς ὁ ποιητὴς Βηναῖος ἦν, ἢ Κερεάτης. *Rhianus Poëta Benæus erat, aut Cereates.* Suidas: Ῥιανὸς, Κρὴς, Βηναῖος. τινὲς δὲ, Κερεάτην. *Rhianus, Cretenſis, Benæus. quidam verò, Cereaten tradunt.* Ita enim ibi ſcribendum; non, Κεραίτην. *Cerœten*. Corruptus quoque in hoc nomine Polybius, lib. IV. Καὶ Πολυῤῥήνιοι μὲν, καὶ Κερέται, καὶ Λαμπαῖοι, ἀποστάντες τῆς τῶν Κνωσσίων φιλίας, ἔγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν. *Ac Polyrrhenii quidem, & Ceretæ, & Lampæi, à Cnoſſiorum amicitiâ diſcedentes, ſtatuerunt Lyttiis auxiliari.* Reſcribendum illic itidem; καὶ Κερεάται, καὶ Λαμπαῖοι. *Et Cereatæ, & Lampæi.*

CAP. VIII.

Chalcetorium. Chandace; ab Agarenis condita. Cherronesus; Navale Lycti, Templum Britomartis. Episcopi sedes. Cisamus, Apteræ navale: item Episcopi sedes. Clatos. Cnossus; initio Ceratus dicta, sive Cæratus potius. Strabonis locus, & Eustathii, emendatus. Etiam Tritta appellata. Minois regia. A Crete condita, & Curetibus; vel Minoë, aut Vestâ. Primas in Cretâ cum Gortynâ tenuit: mox dejecta, tamen iterum se erexit; denique colonia Romanorum facta est. Sepulcrum illic Jovis fuit; & Minerva nata ibidem, atque fruges primùm satæ. Labyrinthus quoque illic. & Episcopi quoque sedes. Corycus. Plinii locus restitutus. Cydonia. Dicta à Cydone, Apollinis, sive Tegeatæ, filio: cùm initio Apollonia diceretur. Condita quoque à Cydone; sive Samiis: vel, ut alii, Minoë. Una ex tribus insulæ maximis civitatibus. Ejus situs, & potentia. Mons Tityrus illic, & Dictynnæum. Episcopi sedes. Cydonii, ὑλέες dicti.

Chalcetorium. Stephanus: Χαλκητόριον, πόλις Κρήτης. *Chalcetorium, urbs Cretæ.*

Chandace. Phranzes, de pugna in Creta, inter Byzantios, & Agarenos, anno IↃCCCXXXII. commissâ, lib. I. cap. XXXV. *Commissa est hæc pugna haud procul ab urbe Chandace.* Et condidere Agareni, post hanc victoriam. Phranzes ibidem: *Ibi oppidum, & velut egregiam arcem, construunt: quam Chandacen appellant.* Meminerunt item Zonaras, Cedrenus, & Curopalates.

Cherronesus. Stephanus: Τετάρτη Χερρόνησος κατὰ Κρήτην νῆσος, ἔχουσα πολισμάτιον ὁμώνυμον. *Quarta Cherronesus est juxta Cretam, cum oppidulo ejusdem nominis.* Recenset quoque in descriptione insulæ Ptolemæus, lib. III. Erat verò navale Lycti. Eustathius, ad Iliad. β'. Λύκτος δὲ, ἧς ἐπίνειον ἡ λεγομένη Χερρόνησος, ὠνόμασται ἀπὸ Λύκτου. *Lyctus verò, cujus navale erat Cherronesus quæ dicebatur, nominata est à Lycto.* Meminit ejus quoque Strabo, lib. X. dicitque, Britomartis ibi templum exstitisse. Meminit & Minervæ Cydoniæ

Pausanias, Eliac. II. Λύκτου δὲ, ἧς ἐμνήσθημεν καὶ πρότερον, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ λεγομένη Χερρόνησος, ἐν ᾧ τὸ τῆς Βριτομάρτεως ἱερόν. *Lycti verò; cujus etiam anteà meminimus, navale est, quod Cherronesus dicitur, inque eo Britomartis templum.* Mentionem Cherronesi Creticæ hujus facit etiam Pausanias, Eliac. II. & Plutarchus, lib. De Virt. Mul. Sub Christianis ibi Episcopi sedes fuit, ordine quarta: ut videre in Novellâ Imperatoris Leonis.

Cisamus. Ptolemæus in parte insulæ boreali eam ponit. Meminitque ejus Plinius, lib. IV. cap. xij. apud quem *Cysamum* scribitur. Erat autem navale Apteræ. Strabo, lib. X. Ἀπτέρας δ' ἐπίνειόν ἐστι Κίσαμος. *Apteræ verò navale est Cisamus.* Etiam hæc Episcopi posteà sedes fuit, atque ordine duodecima; uti in Novellâ Leonis est videre: ubi geminato s *Cissamus* scribitur.

Clatos. Inter oppida mediterranea recensetur à Plinio, lib. IV. cap. xij.

Cnossus. Olim Ceratus dicta fuit, à præterfluente fluvio. Strabo, lib. X. ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Κέρατος πρότερον, ὁμώνυμος τῷ παραῤῥέοντι ποταμῷ. *Cnossus olim Ceratus vocata fuit, quo nomine fluvius præterlabens. Eustathius, in Dionyssum.* Κνωσσὸς, βασίλειον Μίνωος, ἥτις καὶ Κέρατος ἐκαλεῖτο, ὁμωνυμοῦσα ποταμῷ τινι παραῤῥέοντι. *Cnossus, regia Minois: quæ & Ceratus dicebatur, eodem nomine cum præterfluente fluvio.* Alii per αι scribunt, Καίρατος. Sic Callimachus, Hymno III.

Χαῖρε δ' Καίρατος ποταμὸς μέγα. ———

Gaudebat verò Cæratus fluvius vehementer. ———

Ubi Scholiastes: Ποταμὸς Κρήτης, καὶ πόλις, ἡ Καίρατος. *Fluvius Cretæ, & urbs, Cæratus erat.* Et Hesychius: Καιράτιοι, οἱ Κνώσιοι, ἀπὸ ποταμοῦ. *Cæratii, Cnossii, à fluvio.* Et hanc rectam esse scribendi rationem, ostendit in Callimacho, metri ratio; & in Hesychio, ordo ipse literarum. Itaque apud Strabonem, & Eustathium, omnino scribendum est, Καίρατος. Et apud Virgilium in Ciri:

Carpathium pelagus, & flumina Cæratéa.

Etiam Tritta dicebatur. Hesychius:

Τρίττα· οὕτως ἡ Κνωσσὸς ὠνομάζετο.

Tritta: ita Cnossus nominabatur.

Erat

Erat verò Cnoſſus, una ex tribus nobiliſſimis Cretæ urbibus. Strabo, lib. X. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγισται δὲ, καὶ ἐπιφανέσταται, τρεῖς· Κνωσσὸς, Γόρτυνα, Κυδωνία. *Urbes in Creta ſunt complures; maximæ autem, & nobiliſſimæ, tres: Cnoſſus, Gortyna, Cydonia.* Homerus eam prædicat, ut magnam, & Minois regiam, Odyſſ. τ'.

Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσσὸς, μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.
In his autem Cnoſſus, magna civitas, in quâ Minos
Regnabat, novem annis Jovis magni confabulator.

Quos Homeri verſus citat etiam Plato, in Minoe; & Pauſanias, in Laconicis. Ac reſpexit Strabo, cùm inquit: Διαφερόντως δὲ τὴν Κνωσσὸν καὶ Ὅμηρος ὑμνεῖ, μεγάλην καλῶν, καὶ βασίλειον τοῦ Μίνω. *Inſigniter verò Cnoſſum etiam Homerus prædicat; magnam vocans, & Minois regiam.* Condita autem eſt à Curetibus, & Corybantibus. Euſebius, in Chron. Can. οἱ Κούρητες, καὶ Κορύβαντες, Κνωσσὸν ᾤκισαν. *Curetes, & Corybantes, Cnoſſum condiderunt.* Alii Creti, primo Regi, factum tribuunt. Marianus Scotus, lib. I. *Apud Cretam regnavit primo Cres indigena, unde Creta nuncupata: quemque ajunt, unum Curetarum fuiſſe, à quibus Jupiter abſconditus eſt, & enutritus. Hic Cnoſſum civitatem in Cretâ condiderat.* Quæ totidem verbis transſcripſit Florentius Wigornienſis, Chron. cap. xvij. Diodorus Siculus, Minoëm conditorem tradit, lib. V. Μίνω μὲν οὖν, πρεσβύτατον ὄντα, βασιλεῦσαι τῆς νήσου, καὶ κτίσαι πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν αὐτῇ· τούτων δ' ἐπιφανεστάτας τρεῖς· Κνωσσὸν μὲν, ἐν τοῖς πρὸς τὴν Ἀσίαν νεύουσι μέρεσι τῆς νήσου. *Minoëm autem, natu maximum, inſulæ regnum obtinuiſſe, ac multas in eâ urbes condidiſſe, inter quas tres emineant: Cnoſſus quidem, in eâ inſulæ parte, quæ Aſiam reſpicit.* Alii, à Veſtâ eam conditam dicunt. Lactantius, lib. I. cap. xj. *Sepulcrum ejus eſt in Cretâ, in oppido Cnoßo: & dicitur Veſta hanc urbem creaviſſe.* Sita erat in planitie, inter Lycti, & Gortynæ, territorium: & in ambitu ſtadia triginta habebat. Strabo: Κεῖται δ' ἐν πεδίῳ, κύκλον ἔχουσα ἡ Κνωσσὸς τὸν ἀρχαῖον τριάκοντα σταδίων, μεταξὺ τῆς Λυκτίας καὶ τῆς Γορτυνίας. *Sita eſt Cnoſſus in planitie, in antiquo ambitu habens ſtadia triginta, inter Lyctium territorium & Gortynium.* Aliquando

unà cum Gortynâ, totam Cretam, exceptâ Lyttiorum urbe, in poteſtate ſuâ tenuit. Polybius, lib. IV. Κνώσσιοι, συμφρονήσαντες Γορτυνίοις, πᾶσαν ἐποίησαν τὴν Κρήτην ὑφ᾽ αὑτοὺς, πλὴν τῆς Λυττίων πόλεως. *Cnoſſii, & Gortynii, conſpiratione inter ſe factâ, totam Cretam, unicâ Lyttiorum urbe exceptâ, ſibi ſubjecerant.* Ac diu ſanè primas tenuit; & ereptam ſibi poſteà dignitatem mox tamen recuperavit. Strabo: Καὶ δὴ καὶ διετέλεσε μέχρι πολλοῦ φερομένη τὰ πρῶτα. εἶτα ἐταπεινώθη, καὶ πολλὰ τῶν νόμων ἀφῃρέθη· μετέστη δὲ τὸ ἀξίωμα εἴς τε Γόρτυναν, καὶ Λύκτον· ὕστερον δὲ ἀνέλαβε τὸ παλαιὸν σχῆμα τὸ τῆς μητροπόλεως. *Ac diu ſanè primas tulit; poſteà depreſſa eſt, & multis legibus ſpoliata; tranſlatâ in Gortynam, & Lyctum, dignitate. recuperavit tamen deinde veterem metropolis ſpeciem.* Denique, in poteſtatem Romanorum, captâ inſulâ, cùm veniſſet, eorum quoque colonia facta eſt. Strabo: Νῦν δὲ Κνωσσὸς καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν ἔχει. *Nunc verò Cnoſſus etiam Romanorum coloniam habet.* Sepulcrum autem illic Jovis memoratum eſt. Lactantius de eo, lib. I. cap. xj. *Sepulcrum ejus eſt in Cretâ, in oppido Cnoſſo.* Minervam ibi natam, & fruges quoque primùm natas, affirmabant. Solinus, cap. xvij. *Cnoſſii Minervam deam civem nùmerant; primumque apud ſe fruges ſatas affirmant, audacter cum Atticis contendentes.* Ac Labyrinthum ibi fuiſſe, teſtatur Pauſanias, in Atticis: Συνεχωρήθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ, καὶ παῖδας ἴσους, ἄγειν τῷ λεγομένῳ Μινοταύρῳ τὸν ἐν Κνωσσῷ Λαβύρινθον οἰκῆσαι. *Conceſſum eſt ei, virgines in Cretam ſeptem, ac totidem pueros, Minotauro abducere, ut Labyrinthum, qui Cnoſſi erat, habitarent.* Et Philoſtratus, De Vitâ Apoll. lib. IV. cap. xj. Καὶ περισταλείσας ἐς Κνωσσὸν, τὸν μὲν Λαβύρινθον, ὃς ἐκεῖ δείκνυται, βουλομένων ἰδεῖν τῶν ἑταίρων, ἐκείνοις μὲν ξυνεχώρει τοῦτο. *Et ad Cnoſſum cùm appuliſſet, Labyrinthum, qui ibi oſtenditur, volentibus videre ſociis, hoc ipſis permiſit.* Sub Chriſtianis, ſedes item Epiſcopi fuit, ordine ſecunda: ſicut patet ex Novellâ Imperatoris, quam citavi aliquoties.

Corycus. Urbs erat, & promontorium. Ptolemæus, in Deſcriptione Cretæ, Geograph lib. III. Κώρυκος, ἄκρα, καὶ πόλις. *Corycus, promontorium, & urbs.* Stephanus, tantùm promontorium eſſe dicit, nullâ urbis mentione. Plinius, inter montes cenſet. Ita enim ibi cenſeo ſcribendum: non, ut editur, *Morycus.* Et

montis

montis quoque meminit Seneca Philoſophus, Nat. Quæſt. lib. III.

Cremnia. Vide *Gortyn.*

Cydonia. Moſchopulus: Κυδωνία, πόλις Κρήτης. *Cydonia, urbs Cretæ.* Ita dicta à Cydone, Apollinis ex Acacallide filio: cùm anteà Apollonia diceretur. Stephanus: Κυδωνία, πόλις Κρήτης, ἡ πρότερον Ἀπολλωνία· ἀπὸ Κύδωνος, τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀκακαλλίδος, τῆς Μίνωος θυγατρός. *Cydonia, urbs Cretæ, priùs Apollonia dicta: ab Apollinis filio Cydone, & Acacallidis, Minois filiæ.* Scholiaſtes Apollonii, lib. IV. Ἀλέξανδρος δὲ, ἐν πρώτῳ Κρητικῶν, τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησι τὸν Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀπόλλωνα· καὶ ἐκ μὲν Ἀπόλλωνος, γενέσθαι Νάξον· ἐκ δὲ Ἑρμοῦ, Κύδωνα· ἀφ' οὗ ἡ πόλις Κυδωνία καλεῖται ἐν Κρήτῃ. *Alexander, libro primo Creticorum, cum Acacallide coiiſſe tradit Mercurium, & Apollinem: & ex Apolline, natum Naxum; ex Mercurio verò, Cydonem: à quo urbs Cydonia in Cretâ dicta.* Pauſanias, in Arcadicis, nomen accepiſſe tradit à Cydone, Tegeatæ Arcadis filio. Λέγουσι δὲ καὶ ὡς Τεγεάτου τῶν παίδων ἔδει τὸν τόπον μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως ἐς Κρήτην, Κύδωνα, Κατρέα, καὶ Γόρτυνα. καὶ ἀπὸ τούτων φασὶν ὀνομασθῆναι τὰς πόλεις, Κυδωνίαν, καὶ Γόρτυνά τε, καὶ Κατρέαν. *Ajunt verò & de Tegeatæ liberis ultrò in Cretam migrare oportuiſſe, Cydonem, Catreum, ac Gortynem: à quibus urbes nominatæ fuerint, Cydonia, Gortyn, & Catrea.* Herodotus à Samiis conditam eſſe memorat, qui in ea annos quinque habitârint, & exſtruxerint templa omnia, ac in his Dictynnæ item. Ecce verba, lib. III. Αὐτοὶ δὲ (οἱ Σάμιοι) Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ ἔκτισαν. ἔμειναν δ' ἐν ταύτῃ, καὶ εὐδαιμόνησαν, ἐπ' ἔτεα πέντε· ὥστε τὰ ἱρὰ, τὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα νῦν, οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες, καὶ τὸν τῆς Δικτύννης νηόν. *Ipſi (Samii) Cydoniam in Cretâ condiderunt. Manſerunt verò in eâ, ac feliciter egerunt, annos quinque: ita ut templa, quæ Cydoniæ nunc viſuntur, ac Dictynnæ item fanum, iſti ſtruxerint.* Et paulò antè. Ἐπικαλεσαμένων τῶν μετὰ ταῦτα Κυδωνίην τὴν ἐν Κοήτῃ κτισάντων Σαμίων. *Advocantibus Samiis, qui poſteà Cydoniam in Cretâ condiderunt.* Diodorus Siculus, à Minoë conditam dicit, lib. V. Μίνω μὲν οὖν, πρεσβύτατον ὄντα, βασιλεῦσαι τῆς νήσου, καὶ κτίσαι πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν αὐτῇ· τούτων δ' ἐπιφανεστάτας τρεῖς· Κνωσσὸν μὲν, ἐν τοῖς πρὸς τὴν Ἀσίαν νεύουσι μέρεσι τῆς νήσου. Φαιστὸν δ', ἐπὶ θαλάσσης, ἐστραμμένην ἐπὶ

μεσημβρίαν. Κυδωνίαν δὲ, ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένοις τόποις, καταντικρὺ τῆς Πελοποννήσου. *Minoëm autem, natu maximum, insulæ regnum obtinuisse, multasque in eâ urbes condidisse, inter quas tres eminentissimas; Cnossum quidem, in eâ insulæ parte, quæ Asiam respectat: inde Phæstum, ad mare, ad meridiem conversam: ac Cydoniam, ad occidentem, ex adverso Peloponnesi.* Strabo, ad mare sitam ait, & Laconicam respicere. Κυδωνία δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν ἵδρυται, βλέπουσα πρὸς τὴν Λακωνικήν. *Cydonia verò, ad mare sita est, Laconicam respiciens.* Inde ait, æquali stadiorum octingentorum intervallo distare Cnosso, & Gortynâ. Etiam inter tres præcipuas insulæ urbes eam numerat, cum Cnosso, & Gortyna. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγισται δὲ, καὶ ἐπιφανέσταται, τρεῖς· Κνωσσός, Γόρτυνα, Κυδωνία. *Urbes quidem, in Creta sunt complures; maximæ verò, & illustrissimæ, tres: Cnossus, Gortyna, Cydonia.* Aliquando à Phalæco, Phocæorum Principe bello impetita, ejus vires sustinuit, ipsumque, & exercitum omnem, profligavit. Pausanias, in Phocicis: Διαβὰς δὲ (ὁ Φάλαικος) ναυσὶν εἰς Κρήτην, ὁμοῦ Φωκέων τοῖς ᾑρημένοις τὰ ἐκείνου, καὶ μοίρᾳ τοῦ ξενικοῦ Κυδωνίᾳ προσκαθήμενος, (οὐ γάρ σφισι διδόναι χρήματα ἐβούλοντο αἰτοῦσι,) τῆς στρατιᾶς τὸ πολὺ ἀπόλλυσι, καὶ αὐτὸς ἀπώλετο. *Cùm (Phalæcus) in Cretam classe transmisisset unà cum Phocensium & mercenariorum militum manu, qui ejus partes sequi volebant; & Cydoniam urbem obsideret, quod imperatam pecuniam pendere recusasset, amisso exercitu, etiam ipse periit.* Memorat etiam Diodorus Siculus, qui videndus, lib. XVI. Ac Cnosso, & Gortynâ, dissidentibus, maxima potestas erat ejus, ad quam hæc accederet. Strabo postea, de utraque illâ urbe. Μετὰ δὲ ταύτην, (τὴν Κνωσσὸν,) δευτερεῦσαι δοκεῖ κατὰ τὴν δύναμιν ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις. συμπράττουσαί τε γὰρ ἀλλήλαις, ἅπαντας ὑπηκόους εἶχον αὗται τοὺς ἄλλους· στασιάσασαί τε, διέστησαν καὶ τὰ κατὰ τὴν νῆσον. προσθήκη δ' ἦν ἡ Κυδωνία μεγίστη, ὁποτέροις προσγένοιτο. *Post hanc verò, (Cnossum,) potestas maxima Gortyniorum fuiße videtur. ac consentientes, ipsæ alios omnes sibi subjectos habuere: dissentientes verò, totam insulam distraxere. utri autem Cydonia accederet, ei maximum momentum adferebat.* Immò adeò potens fuit, ut cum Cnossiis, & Gortyniis bellum etiam sola gereret. Livius, extremo lib. XXXVII. *Cydoniatæ*

bellum

bellum adversus Gortynios Cnossiosque gerebant. Florus, *urbium matrem* vocat, lib. III. cap. vij. *Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus, intra castella, & urbes, redegit; & Cnossum, & Erythræam, &, ut Græci dicere solent, urbium matrem Cydoniam.* In urbis autem territorio, mons erat, Tityrus dictus: & in eo templum item Dictynnæum. Strabo; Τῆς μέντοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτυνναῖον. *Cydoniæ mons est Tityrus; in quo fanum, non Dictæum, sed Dictynnæum.* Phranzes propè fuisse ait, lib. I. cap. xxxvj. *Cydonia verò, comparatione fuit maxima; ad occidentem, & fines insulæ, posita: montes vicini, & sublimes, Tityri vocantur.* Distabat autem Gortyne stadiis circiter mille. Scholiastes Thucydidis, lib. II. Ἡ Γόρτυς πόλις ἐστὶ Κρήτης ἀπέχουσα Κυδωνίας σχεδὸν σταδίους χιλίους. *Gortys urbs est Cretæ, distans Cydoniâ circiter mille stadiis.* Strabo stadia octingenta tribuit, istis verbis: Διέχει δ' (ἡ Κυδωνία) τὸ ἴσον τοῦ τε Κνωσσοῦ καὶ τῆς Γόρτυνος, οἷον ὀκτακοσίους σταδίους. *Distat (Cydonia) æquali spatio à Cnosso, & Gortyne, ad octingenta circiter stadia.* Qui inhabitabant eam, Ὑλέες *dicti. Hesychius:* Ὑλέες, οἱ ἐν Κρήτῃ Κυδώνιοι. *Hylees, Cydonii in Creta.* Sub Christianis sedes ibi Episcopi fuit, ordine octava: ut videre est in Novellâ Leonis Imp.

CAP. IX.

Cyrba. Cytæum. Dædala. Dædali in Cretâ habitatio, & ex muliere Cretensi filius Japyx. Dïatonum. Dictamnum, Dium, Dragmus. Drauca. Scamandri patria. Dulopolis. Einatus. Lucina Einatina ibi culta. Elæa. Eleuthera. Eleutherna, anteà Satra appellata: ejusq; civis Ametor primus cantiones amatorias citharâ cecinit. Elyrus; Scylax emendatus. Ejus cives capram æneam Delphis, duobus infantibus, Phylacidi, & Phylandro, Apollinis ex Acacallide filiis, lac præbentem, dedicant. Thaletas inde à quibusdam oriundus esse dictus. Suidæ locus emendatus.

Cyrba. Vide *Hiera Pytna.*

Cytæum. Stephanus: Κύθαιον, πόλις Κρήτης. *Cytæum, urbs Cretæ.* Meminere Plinius, & Ptolemæus.

Dædala. Stephanus: Δαίδαλα, πόλις τῆς Ῥόδου· καὶ Κρήτης ἄλλη. *Dædala, urbs Rhodi: & alia Cretæ.* Fortè à Dædalo condita, aut nominata; qui in Creta aliquando vitam egit, & ex muliere Cretensi filium Japygem sustulit: videre est apud Strabonem, lib. VI.

Diatonum.) Ejus territorium Διατόνιον vocat Polybius, in Excerpt. Leg. cap. xlv. Τὸ μὲν καλούμενον Λυκάστιον, προσένειμαν Ῥαυκίοις· τὸ δὲ Διατόνιον, Λυκτίοις. *Lycasti urbis agrum, quem vocant, Rhauciis attribuerunt: Diatoni autem, Lyctiis.*

Dictamnum. Inter urbes boreales Ptolemæo recensetur. Melæ *Dictynna* est, lib. II. cap. vij. Et hæc fortè est urbs illa, quam ad montem Dictam olim, quia illic natus esset, Jovem condidisse tradit Diodorus, lib. V. Vide verba paulò infra, ubi de hoc monte ago, cap. xix.

Dium. Inter mediterraneas urbes numerat Plinius, lib. IV. cap. xij. *Oppida ejus (Cretæ) insignia in mediterraneo, Gortyna, Phæstum, Gnossus, Polyrrhenium, Myrina, Lycastus, Rhamnus, Lyctus, Dium.* Solinus cap. xvij. *Non stipata (Creta) centum urbibus; sicut perhibent, qui prodigè linguâ largiti sunt; sed magnis, & ambitiosis, oppidis: quorum principatus, est penes Gortynam, Cydona, Cnosson, Therapnas, Dium, Lyctum.* Oraculum Vetus:

Φαιστοῦ, καὶ Ταῤῥας ναέται, Δίου τε πολυῤῥου.

Phæsti, & Tarrhæ incolas Diique multiflui.

Dragmus. Stephanus: Δραγμὸς, πόλις Κρήτης· ὡς Ξενίων, ἐν τοῖς Κρητικοῖς. *Dragmus, urbs Cretæ: ut Xenion tradit, in Creticis.*

Drauca. Isacius Tzetzes ad Lycophronem: Δραυκίῳ, Κρητικῷ. Δραύκη γὰρ πόλις Κρήτης. *Draucio, Cretico: Drauca enim urbs est Cretæ.* Ex hac urbe oriundum Scamandrum facit Lycophron.

Καὶ σὺν Σκαμάνδρῳ Δραυκίῳ φυτοσπόρῳ.

Et cum Scamandro Draucio genitore.

Dulopolis. Suidas: Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Δουλόπολις· ὡς Σωσικράτης, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Κρητικῶν. *Est etiam in Cretâ Doulopolis: ut refert Sosicrates, Creticorum libro primo.* Quæ totidem verbis Apostolius, Cent. VII. Proverb. xxxvij. Stephanus: Φασὶ καὶ κατὰ Κρήτην Δουλόπολιν εἶναι. *Ajunt item in Cretâ Dulopolin esse.*

Einatus. Stephanus: Εἴνατος, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων φησί. *Einatus, urbs Cretæ, ut Xenion auctor est.* Hesychius: Εἴνατος, τόπος Λυκίας, καὶ Κρήτης. *Einatus, locus Lyciæ, & Cretæ.* Alii, dicebant montem esse, & fluvium: ac Lucinam ibi cultam, cognomento Einatinam. Stephanus: Τινὲς δὲ ὄρος, καὶ ποταμόν· ἐν ᾧ τιμᾶσθαι Εἰλείθυιαν Εἰνατίνην. *Nonnulli volunt esse montem, ac fluvium: & Lucinam Einatinam ibi coli.* Apud Ptolemæum scribitur Ἴνατος: & in parte insulæ australi ponitur.

Elæa. Plinius, lib. IV. cap. xij. *Oppida ejus insignia, Phalasarne, Elæa, Cysamum,* &c.

Eleuthera. Meminit Dion Cassius, lib. xxxvj. Vide, *Aorus*: & Apollonia.

Eleutherna. Stephanus: Ἐλευθέρνα, πόλις Κρήτης, ἀφ᾽ ἑνὸς τῶν Κουρήτων. *Eleutherna, urbs Cretæ, à quodam è Curetibus.* Anteà Satra dicebatur. Idem alibi: Σάτρα, πόλις Κρήτης· ἡ μετονομασθεῖσα Ἐλευθέρνα. *Satra, urbs Cretæ: quæ posteà dicta est Eleutherna.* Scylax: Μετὰ δὲ Ὀσμίδαν, Ἐλευθέρναι, πρὸς βορέαν. *Post Osmidam verò, Eleutherna, versus boream.* Plinius eam inter urbes mediterraneas recenset. In hâc urbe primus Ametor, ejus civis, cantiones amatorias ad citharam aptavit. Athenæus, lib. XIV. Ἄλλοι δὲ πρῶτόν φασι παρ᾽ Ἐλευθερναίοις κιθαρίσαι τὰς ἐρωτικὰς ᾠδὰς Ἀμήτορα τὸν Ἐλευθερναῖον. *Alii verò sunt auctores, primum apud Eleuthernæos ad citharam cecinisse cantiones amatorias Ametorem Eleuthernæum.* Meminit Eleuthernæorum etiam Polybius, lib. IV. ubi refert, eos Rhodiis, ob Timarchum civem suum interfectum, bellum indixisse.

Elyrus. Stephanus: Ἔλυρος, πόλις Κρήτης· ὡς Ξενίων, ἐν Κρήτῃ. *Elyrus, urbs Cretæ: ut Xenion tradit, in Cretâ.* Ejus navale Syia dicebatur, ut mox ostendam suo loco. Ejus cives Delphis dedicaverant capram æneam, lac præbentem Phylacidi, & Phylandro, Apollinis ex Acacallide Nymphâ filiis. Pausanias, in Phocicis: Ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς Κρητικοῖς ὄρεσι καὶ κατ᾽ ἐμὲ ἔτι Ἔλυρος πόλις. οὗτοι οὖν αἶγα χαλκῆν ἀπέστειλαν ἐς Δελφούς· δίδωσι δὲ νηπίοις ἡ αἲξ Φυλακίδῃ καὶ Φυλάνδρῳ γάλα. παῖδας δὲ αὐτοὺς οἱ Ἐλύριοι φασὶν Ἀπόλλωνός τε εἶναι καὶ Ἀκακαλλίδος Νύμφης. *Exstat etiamnum in montibus Cretæ urbs Elyrus. Ea civitas capellam æneam Apollini misit. Lac dat infantibus, Phylacidi,*

& Phylandro: quos Elyrii liberos fuisse dicunt Apollinis, & Acacallidis Nymphæ. Apud Scylacem, non rectè scribitur, Σάλυρος, pro Ἔλυρος. Hujus urbis à quibusdam civis esse dicebatur Thaletas, poëta Lyricus antiquissimus, & Homero ipso prior. Suidas: Θαλήτας, Κρὴς, ἢ Ἰλλύριος, λυρικὸς, γεγονὼς πρὸ Ὁμήρου. *Thaletas, Cretensis, sive Illyrius, lyricus: qui fuit ante Homerum.* Sed mendosus certè locus est, ac legendum: Κρὴς, Ἐλύριος, λυρικός. *Cretensis, Elyrius, lyricus.*

CAP. X.

Erythræa. Etéa, Mysonis patria. Gortyn, sive Gortyna eadem Larissa, & Cremnia. Dicta à Gortyne heroë; sive Tegeatæ filio, sive etiam Rhadamanthi: sive matre item Tauri, à quo condita. Fortuna urbis, Callinica appellata. Colonia Gortynis Peloponnesiacæ. In planitie sita, & olim muris cincta: qui dejecti, posteà, à Ptolemæo Philopatore instaurati tantùm in partem. Strabonis locus emendatus. Gortynii à Cretensibus Καρτεμνίδες *appellati. Cadmus ibi colebatur; & Diana, ejusque templum. Item Apollo; ejusque templum: & locus, Pythium nuncupatus. Jupiter, Hecatombæus appellatus; Menelai sacrum illi factum, raptâ Helenâ uxore. Mercurius,* Ἑδάς. *Æsculapius. Lethæus amnis, præter urbem, aut per eam, labebatur. Eustathii memoriæ lapsus. Europa ubi in Cretam advecta; ubi cum Jove congressa. Platanus, quæ folia sua nunquam perderet. Tandem Episcopi illic sedes.*

Erythræa. Florus, lib. III. cap. vij. *Metellus deinde totam insulam (Cretam) igni ferroque populatus, intrà castella, & urbes redegit; & Cnossum, & Erythræam: &, ut Græci dicere solent, urbium matrem Cydoniam.* Ptolemæus promontorium facit.

Etéa, Mysonis, unius è septem sapientibus, patria. Stephanus: Ἠτεία, δῆμος Λακωνικῆς, ἢ τῆς Κρήτης πόλις· ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν. *Etéa, populus Laconicæ, sive urbs Cretæ: è quâ erat Myson, unus septem sapientum.* Videndus Diogenes Laërtius, in Mysone, lib. I. ubi inter cætera sic ait. Εὐθύφρων δὲ ὁ Ἡρακλείδου τοῦ

Ποντικοῦ, Κρῆτα φησὶν εἶναι. Ἠτέαν γὰρ, πόλιν εἶναι Κρήτης. *Euthyphron verò, Heraclidis Pontici filius, Cretensem esse dicit: Etéam enim, urbem esse Cretæ.*

Gortyn, & *Gortyna:* nam utroque modo scribitur apud Auctores. Vocabatur verò etiam Larissa, & Cremnia. Stephanus: Γόρτυν, πόλις Κρήτης, ἀπὸ ἥρωος Γόρτυνος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Λάρισσα· εἶτα Κρημνία, καὶ ὕστερον Γόρτυν. *Gortyn, urbs Cretæ, ab heroë Gortyne. dicebatur autem etiam Larissa; inde Cremnia, ac denique Gortyn.* Meminit ejus Lycophron:

> Ἥξει δὲ Κνωσσὸν, κἀπὶ Γόρτυνος δόμους.
> *Veniet Cnoßum, & ad Gortynis ædes.*

Nomen autem, uti vides, datum à Gortyne heroë. Et hunc Arcades Tegeatæ, popularis sui, filium esse cupiebant; qui, cùm patriâ excessisset, novas illic sedes ceperit: at Cretenses tamen ipsi, patrem ei Rhadamanthum tribuebant. Pausanias, in Arcadicis: Λέγουσι δὲ καὶ (οἱ Τεγεάται) ὡς Τεγεάτου τῶν παίδων ἔδει τὸν τόπον μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως ἐς Κρήτην, Κύδωνα, Κατρέα, καὶ Γόρτυνα, καὶ ἀπὸ τούτων φασὶν ὀνομασθῆναι τὰς πόλεις, Κυδωνίαν, καὶ Γόρτυνά τε, καὶ Κατρέαν. Κρῆτες δὲ, οὐχ ὁμολογοῦντες τῷ Τεγεατῶν λόγῳ, Κύδωνα μὲν Ἀκακαλλίδος, θυγατρὸς Μίνω, καὶ Ἑρμοῦ· Κατρέα δὲ, φασὶν εἶναι Μίνω· τὸν δὲ Γόρτυνα, Ῥαδαμάνθυος. *Ajunt verò etiam, (Tegeatæ,) de Tegeatæ liberis ultro in Cretam migrare oportuisse, Cydonem, Catreum, & Gortynem: & ab his nominatas esse urbes, Cydoniam, & Gortynam, & Catream. Cretenses verò, non assentientes huic Tegeatarum sermoni, natum Cydonem dicunt ex Acacallide, Minois filiâ, & Mercurio; at Catreum, Minois filium: Gortynem verò Rhadamanthi.* Conditam volunt à Tauro Rege, eo qui Europam rapuit. Eustathius, in Dionysium: Κτίσμα δὲ ἡ Γόρτυν Ταύρου ἐκείνου, ὃς τὴν Φοίνισσαν Εὐρώπην ἁρπάσαντος, ὃς Κρήτης ἦν βασιλεύς. *Condita verò est Gortyn à Tauro illo, qui Phœnissam Europam rapuit, & Rex Cretæ erat.* Atque ille ita à matre suâ dixit, Jovis Pici nepte: & Fortunam quoque urbis, ab occisâ à se virgine, Callinicam appellavit. Chronicon Alexandrinum: Ἔκτισε δὲ (ὁ Ταῦρος) ἐν τῇ αὐτῇ νήσῳ (τῇ Κρήτῃ) πόλιν μεγάλην· ἣν δὲ ἐκάλεσε Γορτύναν, εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ μητρὸς, τῆς ἐκγόνου Πίκου Διός. τὴν δὲ τῆς αὐτῆς πόλεως τύχην ἐκάλεσε Καλλινίκην, εἰς ὄνομα τῆς παρ'

αὐτοῦ σφαγιασθείσης κόρης. *Condidit verò (Taurus) in eâdem insulâ (Cretâ) urbem magnam, quam Gortynam à matre suâ, Jovis Pici nepte, dixit. ac fortunam ejusdem urbis Callinicam appellavit, ex nomine mactatæ à se virginis.* Cedrenus: Οὗτος ὁ Ταῦρος καὶ Γόρτυναν πόλιν, ἐπ' ὀνόματι τῆς αὐτοῦ μητέρος, ᾠκοδόμησεν ἐν Κρήτῃ. *Hic Taurus urbem Gortyna, de matris nomine appellatam, condidit in Cretâ.* Alii tradunt, à Gortyne Peloponnesi, cujus & colonia erat, appellatam: ejusque cives in maximâ existimatione fuisse. Plato, De Leg. lib. IV. Καὶ τό γε μάλιστα εὐδοκιμοῦν τανῦν ἐνθάδε γένος, τὸ Γορτυνικόν. ἐκ Γόρτυνος γὰρ τυγχάνει, ἀπῳκηκὸς ταύτης τῆς Πελοποννησιακῆς. *Etenim, quod maximè nostratium hominum genus commendatur, Gortynicum est: quod ex ipsâ Peloponnesiacâ Gortyne huc coloniam deduxit.* Erat autem in planitie sita; & antiquitus muro cincta: eumque posteà funditus dejectum Ptolemæus Philopator instaurare aggressus, ad octoginta stadia tantùm perduxit: eratque totus ejus ambitus stadiorum quinquaginta. Strabo, lib. X. Κεῖται δ' ἐν πεδίῳ καὶ ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις, τὸ παλαιὸν μὲν ἴσως τετειχισμένη, καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε·

—— Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.

ὕστερον δὲ ἀποβαλοῦσα τὸ τεῖχος ἐκ θεμελίων, καὶ πάντα τὸν χρόνον μείνασα ἀτείχιστος. καὶ γὰρ ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος, ἀρξάμενος τειχίζειν, ὅσον ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους παρῆλθε μόνον. ἀξιόλογον δ' οὖν ἐξεπλήρου ποτὲ κύκλον ἡ οἴκησις, ὅσον πεντήκοντα σταδίων. *Sita verò est in campo etiam urbs Gortyniorum, olim quidem fortaße muro cincta, ut Homerus quoque dixit;*

—— *Cinctam Gortynaque muro.*

postea, eo funditus diruto, semper sine muro mansit. nam Ptolemæus Philopator, murum exstruere aggressus, tantum ad octoginta stadia opus perduxit. Dignum autem memoratu ambitum aliquando habuit, instar quinquaginta stadiorum. Quem locum Eustathius repræsentat, ad Iliad. β. Sed suspectum illum vitii merito habet maximus vir, Isaacus Casaubonus. Nam quî potuit Ptolemæus murum, etiam imperfectum, perducere ad stadia usque octoginta, cùm duntaxat quinquaginta, ut testatur ipse Strabo, contineret? Omninò est restituendum: ἐπὶ ὀκτὼ σταδίους παρῆλθε μόνον. *ad octo tantùm stadia progres-*

progressus est. Ita rectè Phranzes, Chron. lib. I. cap. xxxvj. *Sita est Gortyna in planitie, mare Libycum spectans, à quo abest stadiis sexaginta. Hæc antiquitus muris cincta fuit; quos, injuriâ temporum labefactatos, Magistratus reparare cœpit: sed, iis ad octo stadia productis, opus interruptum est.* Tradit Strabo, stadia in ambitu eam quinquaginta habuisse: mirum itaque, quare parvam dicat Seneca, in Troadibus:

Urbibus centum spatiosa Cretes,
Parva Gortyne. ———

In planitie sitam fuisse, videre item est apud Theophrastum, lib. De ventis. Neque aliam ob causam χθαμαλὴν, *depressam*, dicit Oppianus, Cyneg. lib. II.

Ἐν χθαμαλῇ γαίῃ Γορτυνίδι ———
In depressâ terrâ Gortyniâ. ———

Gortynii verò, à Cretensibus Καρτεμνίδες dicebantur. Hesychius: Καρτεμνίδες, Γορτύνιοι. Κρῆτες. *Cartemnides, Gortynii. (ita eos vocabant) Cretenses.* Colebatur autem illic Cadmus, Europæ frater. Solinus, cap. xvij. *Gortynii & Cadmum colunt, Europæ fratrem.* Etiam Diana; cujus templum memorat Æmylius Probus, in Hannibale. *Cretam ad Gortynios venit; ut ibi, quò se conferret, consideraret.* Et mox: *Amphoras complures complet plumbo: summas operit auro, & argento. has Gortyniis præsentibus deponit in templo Dianæ, simulans se suas fortunas illorum fidei credere.* In medio urbis, Pythium erat; ubi templum item Apollinis. Stephanus: Πύθιον, τὸ πάλαι, μεσαίτατον τῆς ἐν Κρήτῃ Γορτύνης· ἐν ᾧ Ἀπόλλωνος ἱερόν ἐστι. *Pythium, illud vetus, in meditullio Gortynæ, quæ est Cretæ: in quo est fanum Apollinis.* Et hic ipse est Apollo, quem Gortynium dicit Antoninus Liberalis, Metamorph. xxv. Ἐπεὶ δὲ Ἀονίαν ὅλην ἔλαβε λοιμὸς, καὶ πολλοὶ ἀπέθνησκον, ἀπέστειλαν παρὰ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Γορτύνιον. *Cùm autem totam Aoniam corriperet pestis, ac multi morerentur, miserunt legatos, ad Apollinem Gortynium.* Jupiter etiam Hecatombæus illâ in urbe colebatur. Hesychius: Ἑκατόμβαιος Ζεὺς ἐν Γορτύνῃ. *Hecatombæus Jupiter, Gortynæ erat.* Et Ἑκατόμβαιος appellatus quidem fuerit, ut videtur, quia illi hecatombâ sacrum fieret. Et sine dubio ei factum illud Menelai sacrum fuerit, cùm de raptâ uxore

Helenâ accepiſſet, quod commemorat Ptolemæus Hephæſtion, apud Photium, in Bibliothecâ, Hiſt. lib. V. Ἀλεξάνδρου Ἑλένην ἁρπάσαντος, Μενέλαος ἐν Γορτύνῃ τῆς Κρήτης ἑκατόμβην ἔθυε τῷ Διΐ. *Cùm Alexander Helenam rapuiſſet, Menelaus Gortynæ, quod Cretæ oppidum eſt, hecatombam immolavit Jovi.* Mercurius item apud illos Ἐδὰς dictus, veluti ἐάων δοτὴρ, *Bonorum dator.* Etymologici Auctor: Ἐδὰς, ὄνομα τοῦ Ἑρμοῦ παρὰ τοῖς Γορτυνίοις· παρὰ τὸ ἐάων εἶναι δοτῆρα. *Edas, nomen Mercurii apud Gortynios: quia bonorum dator eſſet.* Æſculapius quoque Gortynius memoratur Pauſaniæ, in Corinth. Præterfluebat urbem amnis Lethæus, uti ex Strabonis ſententia tradit Euſtathius, ad Iliad. β΄. Νῦν δὲ εἰπεῖν ἀρκεῖ, ὅτι, κατὰ τὸν γεωγράφον, ἐν πεδίῳ κεῖται ἡ τῶν Γορτυνίων· ἣν παραῤῥέει Ληθαῖος ποταμός. *Nunc ſufficit dicere, quod Gortyniorum urbs, ſecundum Geographum, in campo ſita eſt, eamque præterfluit fluvius Lethæus.* Sed memoriâ certè labitur: nam perfluere Strabo dicit. Διαῤῥεῖ δὲ αὐτὴν (τὴν Γόρτυνα) ὅλην ὁ Ληθαῖος ποταμός. *Perlabitur autem ipſam (Gortyna) totam Lethæus amnis.* Et iterum, lib. XIV. Ἕτερος δ' ἐστὶ Ληθαῖος, ὁ ἐν Γορτύνῃ. *Alius eſt Lethæus amnis, qui eſt Gortynæ.* Præterfluere tamen dicit Solinus, cap. xvij. *Gortynam amnis Lethæus præterfluit: quò Europam tauri dorſo Gortynii ferunt vectitatam.* Ubi illud quoque obſerva; per hunc fluvium advectam in Cretam Europam, à Jove tauri formâ raptam. Nota eſt fabula. Et huc pertinet, quod congreſſum cum eâ Jovem juxta fontem quendam memorent in Gortyniorum agro; idque ſub platano, cujus nunquam folia poſt hæc deciderent. Plinius, lib. XII. cap. j. *Eſt Gortynæ in inſulâ Cretâ juxta fontem platanus una, inſignis utriusque linguæ monumentis, nunquam folia dimittens. Statimque ei fabuloſitas Græciæ ſuperfuit; Jovem ſub eâ cum Europâ concubuiſſe.* Et ante eum Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib I. cap. xv. Ἐν Κρήτῃ γὰρ λέγεται πλάτανόν τινα εἶναι ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ οὐ φυλλοβολεῖ. *In Cretâ dicitur platanus quædam eſſe, in Gortyniorum agro, juxta fontem quendam, quæ folia non amittat.* Platani meminit etiam Varro, De Re Ruſt. lib. I. cap. vij. *Itaque Cretæ ad Gortyniam dicitur platanus eſſe, quæ folia hieme non amittat.* Fiebant autem Gortynæ uti arcus, ſic ſagittæ præſtantiſſimæ. Vide quæ doceo infra, lib. III. cap. xj. Sub

Christianis, Episcopi illic sedes fuit, ordine prima: ut videre est in Novellâ Imperatoris Leonis, aliquoties citatâ.

CAP. XI.

Glamia. Grammium. Heracléa. Hierapolis, Episcopi sedes. Hierapytna, pluribus nominibus dicta: conditorque ejus Corybas. Holopyxos. Hydramia. Hyrtacus, sive Hyrtacinus, aut Hyrtacina. Ptolemæus, & Scylax, emendati. Ilattia. Inachorium. Inatus. Istrus. Itanus; ab Itano Phœnice dicta, sive quodam è Curetibus. Lampa; ab Agamemnone condita: & à Lampo Tarrhæo dicta. Etiam Lappa appellata. In ejus agro palmæ cum quintuplici cerebro. Theophrastus emendatus. Lyttii, suâ urbe eversâ, in hanc immigrârunt. Lappa. Larissa Lasæa; nisi corruptum nomen. Lasus. Lebena; Gortynæ navale, templo Æsculapii celeberrimum. Nomen autem illi datum à Leone, qui traxisse Rheæ currum fabulosè dicebatur.

Glamia. Hesychius: Γλαμία, πόλις Κρήτης. *Glamia, urbs Cretæ.*

Grammium. Stephanus: Γράμμιον, πόλις ἐν Κρήτῃ. *Grammium, urbs Cretæ.*

Heracléa. Stephanus, cùm urbes unam & viginti nominis istius tradat, decimamseptimam Cretæ tribuit. Ptolemæus, in parte insulæ boreali ponit. Strabo, Cnossi navale dicit, lib. X. Ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσός. *Habet verò Cnossus navale Heracléum.* Meminit etiam Plinius, lib. IV. cap. xij. Heracleopolin vocat Synodus Nicena II. & Episcopum ejus memorat Theodorum.

Hierapolis. Stephanus: Ἱερὰ πόλις, μεταξὺ Φρυγίας καὶ Λυδίας πόλις, θερμῶν ὑδάτων πολλῶν πλήθουσα· ἀπὸ τοῦ ἱερὰ πολλὰ ἔχειν. δευτέρα, Κρήτης. *Hierapolis, urbs inter Phrygiam, & Lydiam, sita; multis aquis calidis abundans: ita dicta, à fanorum multitudine. Secunda ejus nominis, est Cretæ.* Memoratur quoque Plinio, loco citato. Sub Christianis, sedes facta est Episcopi, ordine nona. Vide Novellam Leonis.

Hie-

Hierapytna. Hæc priùs Cyrba, inde Pytna, hinc Camirus, denique Hierapytna dicta. Stephanus: Ἱεράπυτνα, πόλις Κρήτης· ἡ πρότερον Κύρβα, εἶτα Πύτνα, εἶτα Κάμιρος, εἶθ' οὕτως Ἱεράπυτνα. *Hierapytna, urbs Cretæ; quæ initio Cyrba dicta, inde Pytna, hinc Camirus, ac postremo hunc in modum, Hierapytna.* Meminere ejus, Plinius, lib. IV. cap. xij. Strabo, lib. X. Ptolemæus, lib III. Dion Cassius, lib. XXXVI. Conditam eam à Corybante, tradit Strabo, lib. X. Οἱ Κουρῆτες Διὸς τροφεῖς λέγονται· Κορύβαντα δὲ τούτων ἑταῖρον, Ἱεραπύδνης ὄντα κτίστην, παραχεῖν πρόφασιν τοῖς Πρασίοις, &c. *Curetes Jovis educatores dicuntur: ac socium horum Corybantem, occasionem Præsiis dedisse, &c.*

Hippocoronium. Meminit Strabo, lib. X.

Holopyxos. Inter urbes mediterraneas ponit Plinius. Et Mela, lib. II. cap. vij. *Urbium notissimæ Gnosos, Gortyna, Lyctos, Lycastos, Holopyxos, Phæstos.*

Hydramia. Stephanus: Ὑδραμία, πόλις Κρήτης· ὡς Ξενίων, ὁ τὰ Κρητικὰ γράψας. *Hydramia, urbs Cretæ: ut auctor est Xenion, qui Cretica scripsit.*

Hyrtacus, sive *Hyrtacinus.* Stephanus: Ὕρτακος, ἢ καὶ Ὑρτακῖνος, πόλις Κρήτης. *Hyrtacus, sive etiam Hyrtacinus, urbs Cretæ.* Non rectè apud Ptolemæum Ἀρτακίνα, neque apud Scylacem Ὑρτακίνα, scribitur. Rescribo apud utrumque Auctorem, Ὑρτακίνα.

Hystoe. Germanici Interpres Vetus: *Agatosthenes quidem, in Asiaticis carminibus, Cynosuram dicit Jovis fuisse nutricem, unam ex Idæis Nymphis: à quâ in Cretæ oppido Hystoe Nicostratus constituit portus.* Sed corruptum locum censeo, & de emendatione ampliùs cogitandum esse.

Ilattia. Stephanus: Ἰλαττία, πόλις Κρήτης. *Ilattia, urbs Cretæ.*

Inachorium. Inter urbes ad mare adjacentes numeratur à Ptolemæo, Geographiæ lib. III.

Inatus. Vide *Einatus.*

Istrus. Stephanus: Ἴστρος, πόλις Κρήτης· ἣν Ἀρτεμίδωρος Ἴστρωνά φησί. *Istrus, urbs Cretæ: quam Artemidorus Istrona dicit.*

Itanus; dicta ab Itano Phœnice: sive quodam è Curetibus. Stephanus: Ἴτανος, πόλις ἐν Κρήτῃ· ἀπὸ Ἰτάνου Φοίνικος, ἢ τῶν Κουρήτων

ῥήτων ἑνός. *Itanus, urbs in Creta: ab Itano Phœnice, sive aliquo Curetum.* Inter lateris australis urbes ultima commemoratur Ptolemæo, lib. III. Meminitque ejus etiam Herodotus, lib. IV. Πέμπουσι ἐς Κρήτην ἀγγέλους, διζημένους εἴ τις Κρητῶν, ἢ μετοίκων, ἀπιγμένος εἴη ἐς Λιβύην. περιπλανώμενοι δὲ αὐτὴν οὗτοι, ἀπίκοντο καὶ ἐς Ἴτανον πόλιν. *Mittunt in Cretam nuntios, investigatum, si quis Cretensium, aut inquilinorum, in Libyam profectus fuisset. qui cùm Cretam pererrassent, etiam in Itanum urbem venerunt.*

Lampa. Ab Agamemnone structa, & à Lampo Tarrhæo nuncupata. Stephanus: Λάμπη, πόλις Κρήτης, Ἀγαμέμνονος κτίσμα, ἀπὸ Λάμπου τοῦ Ταῤῥαίου. *Lampa, urbs Cretæ, ab Agamemnone condita, & à Lampo Tarrhæo denominata.* Ptolemæo inter urbes mediterraneas memoratur. Quidam per geminum p scribebant, Lappa. Stephanus monet ibidem: Ξενίων δὲ ἐν Κρήτῃ, διὰ δύο π γράφει τὴν πόλιν τὴν Κρητικήν. *Xenion verò, in Opere de Creta, per duo p scribit urbem Creticam.* Et Lappa scribitur apud Ptolemæum; ac Dionem, lib. XXXVI. cujus verba de Metello, bellum in Cretâ gerente, ita habent, lib. XXXVI. Καὶ μετὰ τοῦτο Λάππαν, καίτοι τοῦ Ὀκταουΐου αὐτὴν κατέχοντος. *Ac post hæc Lappam, quamvis tenentē eam Octavio, vi cepit.* Et corrigendus est Theophrastus, Hist. Plant. lib II. cap. VIII. ubi refert in agro ejus palmas quasdam nasci cum quintuplici cerebro. Φασὶ δὲ καὶ περὶ ἐν Κρήτῃ (φοίνικας) πλείους εἶναι περὶ διφυεῖς· ἐνίους δὲ, καὶ τριφυεῖς. ἐν δὲ τῇ Λαππαίᾳ, τινὰ καὶ πεντεκέφαλον. *In Creta quoque plures (palmas) bifidas provenire ajunt; quasdam verò, etiam trifidas: in Lappæo autem agro, quandam cerebrum quintuplex habentem.* Minus rectè ibi editur: ἐν δὲ τῇ Λαπαίᾳ. *In agro Lapæo.* In hanc urbem Lyttii, eversâ à Cnossiis Lytto suâ, immigrârunt: uti memorat Polybius, lib. IV. Posteà, sub Christianis, sedes facta est Episcopi, ordinē septima: ut videre est in Novellâ Leonis Imp.

Lappa. Vide *Lampa.*

Larissa. Meminit Strabo, lib. IX. Vide *Gortyn.*

Lasæa. Inter urbes maritimas memoratur à S. Luca, Act. cap. xxvij. Ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην, κατὰ Σαλμώνην· μόλις τε παραλεγόμενοι αὐτὴν, ἤλθομεν εἰς τόπον τινὰ καλούμενον Καλοὺς Λιμένας· ᾧ ἐγγὺς ἦν πό-

λις Λασαία. *Sublegimus Cretam, secundùm Salmonen; & vix prælegentes illam, venimus in locum quendam, quem appellant Pulcros Portus: eratque in propinquo urbs Lasæa.* Beda, de Nom. Loc. in Act. Apost. *Lasæa, civitas littoraria Cretæ insulæ, juxta locum qui vocatur Boni Portus.* Sed corruptum sine dubio illud nomen; & θάλασσα erat vetus ibi lectio, uti Beda nobis indicat: quæ & ipsa nihilominus depravata.

Lasus. Inter oppida mediterranea ponit Plinius, lib. IV. cap. xij.

Lato. Posteà Camara dicta fuit. Vide *Camara.* Mentio ejus fit in Tabulâ fæderum, inter hanc urbem, & Diuntem; quam latentem in densissimis tenebris antiquitatis in lucem protraxit illustrissimus Franciscus Molinus, maximi viri, Dominici Molini, frater, cùm proconsulari imperio, Serenissimæ Reip. Venetæ nomine, Cretam regeret: misitque ad me is Dominicus, quem jam dixi, vir omninò incomparabilis, & Mæcenas verus seculi. Libet verò, conservandi monumenti adeò antiqui causâ, ipsam tabulam, sicut ea ad me missa est, exhibere.

Lebena. Inter insignia Cretæ oppida Plinio commemoratur. Ptolemæus, inter urbes lateris australis ponit. Straboni, Λεβὴν dicitur; & Gortynæ navale, stadiis nonaginta distans. Διέχει δὲ (ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις) τῆς Λιβυκῆς θαλάττης, καὶ Λεβῆνος, τοῦ ἐμπορείου αὐτῆς, (σταδίους) ἐνενήκοντα. *Distat verò (urbs Gortyniorum) à mari Libyco, & navali suo Lebene, (stadia) nonaginta.* Ubi observa, sitam fuisse ad mare Libycum; quod confirmat Ptolemæus, qui in plagâ australi ponit, quæ huic mari objacebat, ut testatur alibi hic ipse Strabo. Etiam Philostratus indicat; qui hîc templum Æsculapii celeberrimum, & Cretensibus non tantùm, sed & ipsis Africanis, valdè frequentatum tradit. Ecce verba, De Vitâ Apollonii, lib. IV. cap. xj. Προήει δὲ ἐπὶ Γόρτυναν, πόθῳ τῆς Ἴδης. ἀνελθὼν οὖν, καὶ τοῖς θεολογουμένοις ἐντυχὼν, ἐπορεύθη ἐς τὸ ἱερὸν τὸ Λεβηναῖον. ἔστι δὲ Ἀσκληπιοῦ. καὶ, ὥσπερ ἡ Ἀσία ἐς τὸ Πέργαμον, οὕτω ἐς τὸ ἱερὸν τοῦτο ξυνεφοίτα ἡ Κρήτη. πολλοὶ δὲ καὶ Λιβύων ἐς αὐτὸ περαιοῦνται. καὶ γὰρ τέτραπται πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. *Progressus verò est Gortynam, Idæ studio; quem cùm ascendisset, & de diis quæ feruntur explorasset, ad fanum Lebenæum abiit, quod est Æsculapii: utque Pergamum Asia, ita templum hoc tota*

Creta

Creta accedebat. quin ex Africanis multi ad hoc ipſum trajiciebant, quippe ad mare Libycum ſitum. Eratque templum exſtructum ad modum ejus, quod apud Cyrenæos erat. Pauſanias, in Corinthiacis: Ἐκ δὲ τοῦ παρὰ Κυρηναίοις, τὸ ἐν Λεβήνῃ τῇ Κρητῶν ἐστὶν Ἀσκληπιεῖον. *Ad Cyrenaici quidem ſimilitudinem, factum eſt id Æſculapii quod exſtat Lebenæ, quæ eſt urbs Cretenſium.* Dictum antem eo nomine, à vicino promontorio, quod leonis formam quandam præ ſe ferret; quem ex iis exſtitiſſe, qui Rheæ olim currum traxerant, fabuloſè memorabant. Philoſtratus, ibidem. Λεβηναῖον δὲ τὸ ἱερὸν ὠνομάσθαι φασὶν, ἐπειδὴ ἀκρωτήριον ἐξ αὐτοῦ κατατείνει, λέοντι εἰκασμένον. μῦθόν τε ἐπὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ ᾄδουσιν, ὡς λέων εἷς οὗτος γένοιτο τῶν ὑποζυγίων ποτὲ τῇ Ῥέᾳ. *Lebenæum verò fanum nomen accepiſſe dicunt, quia ab eo promontorium ſe extendit, formam leonis repræſentans: quem ex illis unum eſſe fabulantur, qui currum Rheæ olim traxerunt.*

CAP. XII.

Liſſus. Scylax emendatus. Lycaſtus; à Lycaſto, ſive indigenâ, ſive filio Minois, appellata: & à Cnoſſiis everſa. Lyctus; à Lycaonis filio Lycto dicta: A quibusdam Lyttus vocata; & quâ de causâ. Homeri locus reſtitutus. Argæ Nymphæ raptus. Sacrificium Jovi hominibus fieri ſolitum: qui & ipſe illic natus, poſtquam Rhea, iram verita Saturni, huc migraßet. Colonia Lacedæmoniorum, & urbs totius Cretæ antiquiſſima, civibusque præſtantiſſimis antecellens: itidem delata à Cnoſſiis. Manethuſa. Marathuſa. Matalia. Matium. Metallum. Miletus; unde colonia in Miletum Jonicam ducta à Sarpedone, vel Mileto. Minoa. Mycenæ; ab Agamemnone conditæ. Naxus, cote inſignis. à filio Apollinis Naxo, ut videtur, appellata. Oaxus; ab Oaxe conditore dicta. Olerus. Polybius emendatus. Minerva Oleria: ejusque feſtum, Oleria.

Liſſus. Inter oppida auſtralis partis recenſetur Ptolemæo. Scylaci Liſſa dicitur: ſed malè apud eum ſcribitur, Μέλισσα, pro, Καὶ Λίσσα.

 Lyca-

Lycastus. Ab indigenâ Lycasto dicta. Stephanus: Λύκαςος, πόλις Κρήτης· ἀπὸ Λυκάςου αὐτόχθονος. *Lycastus, urbs Cretæ: à Lycasto indigenâ.* Eustathius, ad Iliad. β'. Λύκαςος ἡ, ἀπὸ Λυκάςου φασὶν αὐτόχθονος, ἢ παιδὸς τοῦ Μίνωος. *Lycastus autem, à Lycasto, ut ajunt indigenâ, aut Minois filio, dicta.* Inter mediterraneas urbes recenset Plinius. Meminit Homerus, Iliad. β'. Mela, lib. II. cap. vij. & Strabo, lib. X. ubi ait Cnossios, eversâ urbe, regionem sibi ejus vindicasse.

Lyctus. A Lycaonis filio Lycto appellata. Stephanus: Λύκτος, πόλις Κρήτης, ἀπὸ Λύκτου τοῦ Λυκάονος. *Lyctus, urbs Cretæ: à Lycto Lycaonis filio.* Eustathius, ad Iliad. β. Λύκτος ἡ, ἧς ἐπίνειον ἡ λεγομένη Χεῤῥόνησος, ὠνόμαςαι ἀπὸ Λύκτου υἱοῦ Λυκάονος. *Lyctus, cujus navale est Cherronesus quæ vocatur, à Lycaonis filio Lycto nominata est.* Et huc Rheam missam ferunt, Jovem parituram. Hesiodus, in Theog.

Πέμψαν δ' ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,
ὅππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι,
Ζῆνα μέγαν. ———
Miserunt verò Lyctum, ad pinguem Cretæ populum,
Cum minimum natu filiorum esset paritura,
Jovem magnum. ———

Meminere ejus, Homerus, Iliad. β'. Plinius, lib. IV. cap. xij. Mela, lib. II. cap. vij. Strabo, lib. X. Pausanias, in Messenicis. Apud Homerum, quanquam Lyctus nunc edatur, tamen Lyttus est legendum. Ita enim ab eo scriptum, testis luculentus Strabo, cujus ecce ista verba. Τῆς δὲ Λύκτου, ἣν ὁ ποιητὴς (Ὅμηρος) Λύττον ὠνόμασε, ἑκατὸν εἴκοσι. *A Lycto verò, quam Poëta (Homerus) Lyttum dixit, centum & viginti.* Ac testatur clarè Stephanus, quosdam ita eam dicere, velut in excelso loco collocatam. Ἔνιοι Λύττον φασὶν αὐτὴν, διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν μετεώρῳ τόπῳ. τὸ γὰρ ἄνω, καὶ ὑψηλὸν, λυττὸν φασί. *Quidam ipsam Lyttum dicunt, ceu in loco edito sitam: nam, quod editum est,* λυττὸν *dicunt.* Quæ totidem verbis transscripsit Eustathius, loco citato. Atque sic constanter scribitur apud Polybium, locis pluribus, lib. IV. Ex hac autem urbe Jupiter Argen rapuisse memoratur. Plutarchus, lib. De Flum. Ζεὺς, δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν, ἐκ Λύκτου πό-

πόλεως Κρητικῆς Ἄργην νύμφην ἁρπάσας, ἀπήνεγκεν εἰς ὄρος τοῦ Αἰγύπτου, Ἄργιλλον καλούμενον. *Iupiter, amore compulſus, ex Cretæ civitate Lycto Nympham Argen cùm rapuiſſet, tranſtulit in montem Ægypti, Argillum dictum.* Et eidem homines aliquando immolabant. Clemens, in Protreptico. Λυκτίους γοῦν, Κρητῶν δὲ ἔθνος εἰσὶν, οὕτως Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις, ἀποφαίνεται, ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ Διΐ. *Lyctios autem, populum Cretenſem, Anticlides in Reditibus tradit Jovi homines immolare.* Erat verò colonia Lacedæmoniorum. Ariſtoteles, Politic. lib. II. cap. viij. Ἄποικοι γὰρ οἱ Λύκτιοι τῶν Λακώνων ἦσαν. *Nam coloni Lacedæmoniorum Lyctii erant.* Erat quoque inter urbes totâ Cretâ antiquiſſima: ejusque cives cæteris omnibus præſtare cenſebantur. Polybius loco citato: Λύττος δὲ, ἡ Λακεδαιμονίων μὲν ἄποικος οὖσα, καὶ συγγενὴς, ἀρχαιοτάτη δὲ τῶν κατὰ Κρήτην πόλεων, ἄνδρας δὲ ὁμολογουμένως ἀρίστους ἀεὶ τρέφουσα Κρηταιέων, οὕτως ἄρδην, καὶ παραλόγως, ἀνηρπάσθη. *Lyttus verò, quæ Lacedæmoniorum colonia erat, ac cognatione illi juncta, omnium Cretæ urbium antiquiſſima, civium educatrix, qui ſine controverſiâ cæteris Cretenſibus ſemper præſtabant, ita funditus, & inopinatò, deleta eſt.* Strabo: Καὶ δὴ καὶ τὰ Λυκτίων νόμιμα ποιεῖσθαι μαρτύρια, τοὺς τὰ Λακωνικὰ πρεσβύτερα ἀποφαίνοντας· ἀποίκους γὰρ ὄντας φυλάττειν τὰ τῆς μητροπόλεως ἔθη. *Lyctiorum quoque mores in teſtimonium trahi ab his, qui Laconicos antiquiores putant: colonos enim eos Spartanorum, ſervare urbis matris ſuæ inſtituta.* Quomodo autem Spartanorum Lyctii coloni ſint facti, videre eſt apud Plutarchum, De Virt. Mul: ubi de Tyrrhenicis agit. Deleta autem eſt à Cnoſſiis, ut poſtrema Polybii verba diſertè indicant. ac commemorat paulo antè idem pluribus. Λυττίων ἐξωδευκότων εἰς τὴν πολεμίαν πανδημεὶ, συννοήσαντες οἱ Κνώσσιοι τὸ γεγονὸς, καταλαμβάνονται τὴν Λύττον, ἔρημον οὖσαν τῶν βοηθησόντων· καὶ τὰ μὲν τέκνα, καὶ τὰς γυναῖκας, εἰς Κνωσσὸν ἀπέπεμψαν. τὴν δὲ πόλιν ἐμπρήσαντες, καὶ κατασκάψαντες καὶ λωβησάμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ἐπανῆλθον. *Quo etiam tempore cùm Lyttii copias omnes ſuas in hoſtilem agrum eduxiſſent, Cnoſſii, re exploratâ, Lyttum occupant, omni vacuam præſidio: ac, liberis conjugibusque Lyttiorum Cnoſſum miſſis, urbem incendunt, diruuntque: &, in eam modis omnibus graſſati, mox recedunt.* Alia quædam de Lyctiis item, Cnoſſiisque, bellum inter ſe gerentibus, refert Diodorus Siculus, lib. XVI.

Ma-

Manethuſa, vide *Marathuſa*.

Marathuſa. Inter urbes mediterraneas Plinio commemoratur, lib.IV. cap.xij. Corruptè apud Melam dicitur Manethuſa; & emendandum ante me jam monuere, Fredenandus Nonius Hermolaus Barbarus, & Andreas Schottus: viri admodum præclarè de Auctore iſto meriti.

Matalia. In parte inſulæ auſtrali collocatur à Ptolemæo. Apud Strabonem, Gortynæ navale dicitur; ſcribiturque, Μέταλλον: pro quo tamen libri manu ſcripti habent, Μέζιον, Μάταιον, Μάταλον, Μάρταλον: ut vix ſcias, quid ex his præferre debeas. Plinio, *Matium* nuncupatur.

Matium. Vide *Matalia*.

Meliſſa. Vide *Liſſus*.

Metallum. Vide ibidem.

Miletus. Hujus meminit etiam Homerus, Iliad. β′; Pauſanias, in Phocicis; & Plinius, lib.II. cap. xij. Hinc coloniam Cretenſes in Joniam deduxere, & Miletum ibi à ſuæ urbis nomine condiderunt, duce Sarpedone: uti auctor nobis Strabo, lib. XII. καὶ οἱ Κᾶρες δὲ νησιῶται πρότερον ὄντες, καὶ Λέλεγες, ὥς φασιν, ἠπειρῶται γεγόνασι, προσλαβόντων Κρητῶν· οἳ καὶ τὴν Μίλητον ἔκτισαν, ἐκ τῆς Κρητικῆς Μιλήτου λαβόντες Σαρπηδόνα κτίστην. *Sed & Cares, cùm olim fuiſſent inſulani, itemque Leleges, continentem habitare inceperunt, adjuvantibus Cretenſibus: qui & Miletum condiderunt, Sarpedone è Mileto Creticâ conditore accepto.* Iterum, lib.XIV. Φησὶ δ' Ἔφορος, τὸ πρῶτον κτίσμα εἶναι Κρητῶν, ὑπὲρ θαλάττης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητός ἐστι, Σαρπηδόνος ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ἀγαγόντος οἰκήτορας, καὶ θεμένου τοὔνομα τῇ πόλει ἐκ τῆς ἐκεῖ πόλεως ἐπώνυμον. *Ephorus narrat, Miletum principio à Cretenſibus ad mare conditam, ubi nunc eſt vetus Miletus, Sarpedone è Mileto Creticâ colonos deducente, nomenque urbi idem cum ea imponente.* Et ex eo Euſtathius, ad Iliad. β′. Μίλητος δὲ ἡ Κρητικὴ αὕτη, προϋπῆρχε τῆς Ἀσιανῆς Μιλήτου· ἣν ἔκτισεν ὁ παλαιὸς Σαρπηδὼν, ἀγαγὼν οἰκήτορας, καὶ καλέσας αὐτὴν, κατὰ τὸν γεωγράφον, ἐκ Κρητικῆς Μιλήτου. *Miletus hæc Cretica, Aſiaticâ Mileto eſt antiquior: quam Sarpedon priſcus condidit, & adducens habitatores, & à Creticâ Mileto nomen imponens, uti auctor nobis Strabo.*

Ovi-

Ovidius, non Sarpedonem coloniam deduxiſſe, ſed Miletum, nobis tradit, Metamorphoſ. lib. IX.

Robore Miletum, Phœboque parente ſuperbum,
Pertimuit; credensque ſuis inſurgere regnis,
Haud tamen eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis, Milete, tuâ; celerique carinâ
Ægæas metiris aquas: & in Aſide terrâ
Mœnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.

Et Pauſanias, in Achaicis: Μιλήτου δὲ κατάραντος στόλῳ Κρητῶν, ἥ τε γῆ τὸ ὄνομα μετέβαλεν ἀπὸ τοῦ Μιλήτου, καὶ ἡ πόλις. ἀφίκετο δὲ ἐκ Κρήτης ὁ Μίλητος, καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς, Μίνω τὸν Εὐρώπης φεύγοντες. *Cretenſium verò claſſe Mileto duce in eam oram appulſâ, urbi, & agro, ab eo nomen immutatum. Venit autem è Cretâ Miletus, atque qui cum eo erant, Minoëm fugiens, Europæ filium.* Miletum conditorem facit & Apollodorus, lib. III. Antoninus Liberalis, Metamorph. XXX. conditorem itidem Miletum facit, ac Sarpedonis conſilio uſum tradit. Ἐπεὶ δὲ ὁ Μίνως κατὰ πόθον ἐνεχείρει βιάζεσθαι, τότε νυκτὸς ὁ Μίλητος ἐμβὰς εἰς ἄκατον, βουλῇ Σαρπηδόνος, εἰς Καρίαν ἀποδιδράσκει· καὶ πόλιν ἐνταυθοῖ κτίσας Μίλητον, ἔγημεν Εἰδοθέην. *Poſtquam verò cum Minos deſiderio impulſus violare ſtatuit, noctu Miletus conſcenſo navigio, de conſilio Sarpedonis, in Cariam profugit: & urbe ibi Mileto conditâ, Eidotheam uxorem duxit.* Ac diſſenſum hunc Auctorum, repræſentat Scholiaſtes Apollonii, lib. I. ὁ δὲ Μίλητος, ἀφ' οὗ καὶ ἡ πόλις Μίλητος, Εὐξαντίου τοῦ Μίκωνος ἦν· οἱ δὲ φασὶν, ὑπὸ Σαρπηδόνος τοῦ Διὸς Μίλητον κτισθῆναι, ὀνομασθεῖσαν ἀπὸ τῆς ἐν Κρήτῃ. *Miletus verò, à quo urbs Miletus dicta, Euxantio, Miconis filio, natus erat. alii autem ſunt auctores, Miletum à Sarpedone conditam, Jovis filio; & ab eâ, quæ in Cretâ eſt, appellatam.*

Minoa. In latere ſeptentrionali ponitur à Ptolemæo. Meminere ejus Strabo, & Plinius.

Mycenæ. Eas condidit Agamemnon. Vellejus, lib. I. *Rex Regum Agamemnon, tempeſtate in Cretam inſulam rejectus, tres ibi urbes ſtatuit, duas à patriæ nomine, unam à victoriæ memoria, Mycenas, Tegeam, Pergamum.* Apud Plinium, *Myrina* legitur; poniturque inter urbes mediterraneas. Puto ſcribendum, *Mycenæ.*

Myrina.

Myrina. Vide *Mycenæ.*

Naxus, cote insignis. Suidas: Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. *Naxius lapis, cos Cretensis: nam Naxus urbs est Cretæ.* Scholiastes Pindari, ad Isthmionis. Od. VI. Νομίζονται γὰρ διαφορώταται τῶν ἄλλων ἀκονῶν αἱ κατὰ τὴν ἐν Κρήτῃ Νάξον. *Cæteris cotibus præstare censentur, quæ juxta Naxum Cretæ exstant.* Stephanus: Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. *Naxius lapis, cos Cretica.* Naxiæ cotis præstantiam, testatur clarè Pindarus, loco citato.

Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀθληταῖσιν ἔμμεν
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις
Χαλκοδάμαντ' ἀκόναν. ——
Diceres illum virum inter athletas esse
Naxiam inter lapides alios
Æris domitricem cotem. ——

Dicta autem urbs videtur ab Apollinis filio Naxo, ex Minois filiâ Acacallide nato: uti meminit Scholiastes Apollonii, lib. IV.

Oaxus. Aberat non procul Eleutherâ; nominata ab Oaxo, Acacallidis filio. Stephanus: Ὄαξος, πόλις Κρήτης, Ἐλευθέρας οὐ πόῤῥω· καθὰ Ξενίων, ἀπὸ Ὀάξου τοῦ Ἀκακάλλιδος. *Oaxus, urbs Cretæ, non procul Eleutherâ: ut Xenion auctor est, ab Oaxo appellata, Acacallidis filio.* Servius, ad Eclog. I. *Oaxem Philisthenes ait Apollinis & Anthilenæ filium. hunc Oaxem in Cretâ oppidum condidisse, quod suo nomine nominavit.* Vibius Sequester lib. De Fluminibus, ex Varrone, ab Oaxe, Cretæ fluvio, dictum tradit. *Oaxes, Cretæ; à quo civitas Oaxia. Varro hoc docet.* Meminit Herodotus, lib. IV. Ἔστι τῆς Κρήτης Ὀαξὸς πόλις, ἐν τῇ ἐγένετο Ἐτέαρχος βασιλεύς: *Est urbs Cretæ Oaxus: in quâ regnabat Etearchus.* Et posteà: Ἦν γὰρ δὴ Θεμίσων, ἀνὴρ Θηραῖος, ἔμπορος ἐν τῇ Ὀαξῷ. *Erat autem Oaxi mercator quidam Themison, vir Theræus.* Quem utrunque locum, non nominato, ut solet, auctore, totum transscripsit Suidas, in Βάττος.

Olerus. Stephanus: Ὤλερος, Κρητικὴ πόλις. *Olerus, urbs Cretica.* Puto corruptum ejus nomen apud Polybium, lib. IV. Καὶ Πολυῤῥήνιοι μὲν, καὶ Κερεάται, (ita enim corrigendum suprà monui,) καὶ Λαμπαῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Ὠλέριοι μετ' Ἀρκάδων, ὁμοθυμαδὸν ἀποστάντες τῆς τῶν Κνωσσίων φιλίας, ἔγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν. *Ac Polyrrhenii quidem,*

dem, & Cereatæ, & Lampæi, item Olerii cum Arcadibus, communi consilio à Cnossiorum amicitiâ ad Lyttiorum societatem deficiunt. Non rectè illic hodie editur: πρὸς δὲ τούτοις. ὄρροι μετ' Ἀρκάδων. *Item Orii cum Arcadibus.* Ibi Minerva, cognomento Oleria, colebatur: ejusque festum item erat, Oleria dictum. Eustathius, ad Iliad. β'. Ὤλερος μέντοι διὰ τοῦ ρ', πόλις Κρητικὴ, πόρρωτέρω φασὶ τῆς Ἱεραπύτνης, πόλεως καὶ αὐτῆς Κρητικῆς. ἔνθα καὶ Ἀθηνᾶ Ὠλερία, ἐφ' ἧ ἑορτὴ, Ὠλερία. *Olerus autem per r, urbs Cretica est, ultra Hierampytnam, ut ajunt, ipsam quoque urbem Creticam. Hîc Minerva, Oleria dicta: & ejus festum, item Oleria.* Ubi observa, ultra Hierampytnam fuisse; quod & Xenion commemorat, in Opere De rebus Creticis: ubi illud quoque tradit, in editiore loco item conditam. Verba ejus, apud Stephanum, ecce ista. Πορρωτέρω δὲ τῆς Ἱερᾶς Πύτνης, Ὤλερος ἦν πόλις, ἐφ' ὑψηλοῦ μὲν κειμένη τόπου. *Ultra Hieram Pytnam verò, urbs erat Olerus, loco editiore sita.* Minervæ verò ibi cultæ, Oleriæ dictæ, ejusque festi, meminit etiam Stephanus: & Fragmentum fæderis, in Cretâ repertum, quod exstat in Inscriptionum augusto Opere, pag. DV.

CAP. XIII.

Olulis. Olûs. Ptolemæus, & Strabo, emendati; item Scylax. Simulacrum Britomartis. Tabula fæderis inter Latios & Oluntios constituti. Olyssa. Osmida. Pan. Pannona. Panormus. Pantomatrium. Paxus. Pergamea, sive Pergamum: ab Ænea, aut Agamemnone, sive captivis Trojanis, qui cum eo, conditum. Lycurgi sepulcrum. Phæstus; condita à Phæsto, Rhopali filio: aut Minoë. Ubi sita. Diodori Siculi, & Strabonis, dissidium. Gortyniis subjecta fuit, capto portu ab exulibus eorum: moxque ab illis quoque eversa. Latona Phytia ibi culta, quâ de causâ: & Ecdysia, ejus festum appellatum. Veneris item Scotiæ fanum. Civium facetia peculiaris. Epimenidis patria. Phalanna; patria Phaniadis Peripatetici. Phalannæa. Phalasarna; à Phalasarnâ appellata: ubi Dianæ Dictynnæ fanum. Pharæ; colonia Messeniorum.

Olulis. Vide *Olûs*.

Olûs. Stephanus: ὀλȣ̃ς, πόλις κρήτης. *Olûs*, *urbs Cretæ*. Ptolemæo in Orientali parte insulæ memoratur: sed non rectè ὀλȣ̃λις, *Olulis*, illic scribitur. Corrigendus quoque Strabo, lib. X. Γορτύνιον δέ ἐστι καὶ τὸ Ρύτιον σὺν τῇ Φαιστῷ, καὶ Ὀλȣ̃ς. ἐστὶ τῆς Φαιστίας. *Ad Gortynem pertinet quoque Rhytium cum Phæsto, & Olûs: erat verò ea in agro Phæstio*. Depravatè hodie editur: καὶ ὀλύσσην ἢ τῆς Φαιστίας. *Et Olyssam agri Phæstii*. Etenim Olûs, non Olulis, nec Olyssa, urbs ea dicebatur. Emendandus quoque Scylax: Καὶ λιμὴν ἐν αὐτῷ ὄλȣς, καὶ πᾶν. Rescribo: κ. λ. ἐν αὐτῷ, Ὀλȣ̃ς, καὶ Παν. *Et portus in eo, Olûs, & Pan*. Erat ibi simulacrum Britomartis. Pausanias, in Bœoticis: Τοσαῦτα δὲ ἕτερα ξόανα ἐν Κρήτῃ. Βριτομάρτις ἐν Ὀλȣ̃ντι, καὶ Ἀθηνᾶ παρὰ Κνωσσίοις. *Totidem alia simulacra in Cretâ erant: Britomartis ad Oluntem, & Minerva apud Cnossios*.

Olyssa. Vide *Olûs*.

Osmida. Scylax, in Periplo, in Descriptione Cretæ. Μετὰ δὲ Ὀσμίδαν, Ἐλεύθερναι, πρὸς βορέαν. *Post Osmidam verò, Eleuthernæ, versus boream*.

Pan. Occurrit apud Scylacem, in verbis jam citatis, ubi de Olunte ago.

Pannona. Inter urbes mediterraneas recensetur Ptolemæo. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν αὐτῇ μεσόγειοι, αἵ δε. Πολυῤῥηνία, Ἀπτερία, Ἀρτακινα, Λάππα, Σȣ́βριτα, Ἐλεύθεραι, Γόρτυνα, Πάννονα, Κνωσσὸς, Λύκτος. *Urbes verò in eâ* sunt mediterraneæ, istæ: *Polyrrhenia*, *Apteria*, *Artacina*, *Lappa*, *Subrita*, *Eleutheræ*, *Gortyna*, *Pannona*, *Cnossus*, *Lyctus*.

Panormus. Meminit ejus Plinius, lib. IV. cap. xij. Ptolemæus, in borealis partis urbibus eam ponit.

Pantomatrium. Stephanus: Παντομάτριον, πόλις Κρήτης. *Pantomatrium*, *urbs Cretæ*. Ptolemæus etiam istam inter borealis partis urbes censet. Memoratur etiam Plinio.

Paxus. Scylax, in Periplo, ubi de Cretâ: Φαιστὸς πρὸς βορέαν, Παξὸς, καὶ Κνωσσός. *Phæstus ad boream, Paxus & Cnossus*. Sed scribendum puto, Νάξος, vel certè Ὀαξὸς, de quibus urbibus antecedenti à me dictum.

Perga-

Pergamea. Ita Virgilio dicitur, & Plutarcho. Velleius, Plinius, & Servius, Pergamum dicunt. Hanc Æneas, tempestate in Cretam delatus, condidit. Ipse de se ita refert, apud Virgilium, Æneid. III.

Et tandem antiquis Curetum allabimur oris.
Ergo avidus muros optatæ molior urbis,
Pergameamque voco: & lætam cognomine gentem
Hortor amare focos, arcemque attollere tectis.

Varia de conditore narrat ad hunc locum Servius; additque, juxta Cydoniam fuisse. *Legitur sanè in libris antiquioribus Æneam, vere Cretam tempestate delatum, locum Troiam nomine, urbem Pergamum appellasse. Alii dicunt, Pergamum in Cretâ conditam à Trojanis captivis, qui ex classe Agamemnonis illò erant delati. ibique putant, Æneam quendam, generis auctorem, Ilio incolumi, cum eo ad sacrum Apollinis venisse, & gravidam hospitis fecisse filiam; ex quâ ortus eodem nomine Æneas, classem Agamemnonis est aggressus, hieme disjectam: cui se feruntur junxisse hi, qui Cretam secesserant, deserto Agamemnone. Unde loco nomen Pergamum, ab illo conditum: quod obtinuisse desertores feruntur juxta Cydoniam.* Velleius tradit, Agamemnonem, itidem tempestate actum, condidisse. Ecce verba, in principio libri I. *Agamemnon, tempestate in Cretam insulam rejectus, tres ibi urbes statuit: duas à patriæ nomine, unam à victoriæ memoriâ: Mycenas, Tegeam, Pergamum.* Ac Lycurgum ibi sepultum, quidam veterum prodiderunt. Plutarchus, in extremo Lycurgo: Τίμαιος δὲ, καὶ Ἀριστόξενος, ἐν Κρήτῃ (λέγουσι) καταβιώσαντα. καὶ τάφον Ἀριστόξενος αὐτοῦ δείκνυσθαί φησιν ὑπὸ Κρητῶν τῆς Περγαμίας περὶ τὴν ξενικὴν ὁδόν. *Timæus autem, & Aristoxenus, in Cretâ diem obiisse, sunt Auctores. Et Aristoxenus quidem refert, Cretenses, qui Pergamiæ habitant, sepulcrum ejus, ad viam publicam situm, ostendere.* Meminit hujus urbis etiam Scylax.

Pergamum. Vide *Pergamea.*

Phæstus. Hesychius: Φαιστὸς, πόλις Κρήτης. *Phæstus, urbs Cretæ.* Condita est à Phæsto, Rhopali filio, Herculis nepote. Stephanus: Φαιστὸς, πόλις Κρήτης. ἐκλήθη ἀπὸ Φαίστου, τοῦ Ῥοπάλου, Ἡρακλέος παιδός. *Phæstus, urbs Cretæ. Condita est à Phæsto, filio Rhopali, filii Herculis.* Idem dicit quoque Eustathius, ad Iliad. β΄. Diodorus

Siculus, Minoëm conditorem facit, lib. V. Μίνω μὲν οὖν, πρεσβύτατον ὄντα, βασιλεῦσαι (φασὶ) τῆς νήσου, καὶ κτίσαι πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν αὐτῇ. τούτων δ' ἐπιφανεστάτας τρεῖς, Κνωσσὸν μὲν ἐν τοῖς πρὸς τὴν Ἀσίαν νεύουσι μέρεσι τῆς νήσου· Φαιστὸν δ' ἐπὶ θαλάσσης, ἐστραμμένην ἐπὶ μεσημβρίαν· Κυδωνίαν δὲ ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένοις τόποις, κατ' ἀντικρὺ τῆς Πελοποννήσου. *Minoem autem, ætate priorem, regnum (ajunt) inſulæ obtinuiſſe, ac multas in eâ urbes condidiſſe; inter quas tres eminentiſſimas, Gnoſum nimirum, in eâ inſulæ parte, quæ Aſiam reſpectat: deinde Phæſtum, in littore maris, ad meridiem converſam: & Cydoniam, in partibus ad occidentem vergentibus, è regione Peloponneſi.* Strabo, non tam condidiſſe refert, quàm, anteà minus habitatam, civibus frequentiorem reddidiſſe, lib. X. Τῶν δὲ ὑπὸ Μίνω συνοικισμένων τριῶν, τὴν λοιπὴν, (Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη,) κατέσκαψαν Γορτύνιοι. *De tribus verò urbibus, quas civibus frequentavit Minos, tertiam, quæ Phæſtus erat, Gortynii everterunt.* Ad mare ſitam, dixit Diodorus Siculus, in citatis ſtatim verbis. Φαιστὸν δ' ἐπὶ θαλάσσης, ἐστραμμένην ἐπὶ μεσημβρίαν. *Phæſtum verò in littore maris, ad meridiem converſam.* Strabo verò, diſſitam à mari tradit, ad viginti uſque ſtadia: ita enim ait, ubi de Phæſto loquitur. Τῆς μὲν Γόρτυνος διέχουσαν (σταδίους) ἑξήκοντα, τῆς δὲ θαλάττης εἴκοσι. *A Gortyne diſtantem (ſtadia) ſexaginta, à mari autem viginti.* Poſteà Gortyniis ſubjecta fuit. Strabo: Γορτυνίου δ' ἐστὶ καὶ τὸ Ῥύτιον σὺν τῇ Φαιστῷ. *Ad Gortynem pertinet Rhytium quoque cum Phæſto.* Nempe ex quo tempore Gortyniorum exules portum Phæſtiorum occupârunt: quâ de re Polybii eſt iſte locus, lib. IV. Κατελάβοντο δὲ καὶ τὸν λιμένα τῶν Φαιστίων οἱ τῶν Γορτυνίων φυγάδες. *Occupabant verò etiam Phæſtiorum portum exules Gortyniorum.* Tandem etiam everterunt, & eorum regionem ſibi totam ſubjecerunt. Strabo: Τῶν δ' ὑπὸ Μίνω συνοικισμένων τριῶν τὴν λοιπὴν, Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη, κατέσκαψαν Γορτύνιοι· τὴν δὲ χώραν, ἔχουσιν οἱ κατασκάψαντες. *De tribus verò urbibus, quas civibus frequentavit Minos, tertiam, quæ Phæſtus erat, Gortynii everterunt: ac cùm evertiſſent, regionem tenuerunt.* Cnoſſo proximam fuiſſe, ait Ovidius, Metamorph. lib. IX.

Proxima Gnoſſiaco nam quondam Phæſtia regno.

Colebatur illic, ob mutatam Galateam virginem in juvenem, Latona Phytia: & Ἐκδύσια, ejus feſtum, celebrabatur. Antoninus Liberalis, Meta-

Metamorph. XVII. Ταύτης ἔτι μέμνηνται τῆς μεταβολῆς Φαίστιοι· καὶ θύουσι Φυτίῃ Λητοῖ, ἥτις ἔφυσε μήδεα τῇ κόρῃ· καὶ τὴν ἑορτὴν Ἐκδύσια καλοῦσιν, ἐπεὶ τὸν πέπλον ἡ παῖς ἐξέδυ. *Hujus mutationis etiamnum Phæstii meminerunt; Latonæque Phytiæ sacrificant, quod virilia puellæ creaverit: festumque Ecdysia appellant; quod puella peplum exuerit.* Quam porrò illic sexus commutationem memorat in Galateâ accidisse, hanc de Iphide narrat Ovidius, libro citato. Colebatur verò etiam Venus ibi, Σκοτία cognomento dicta. Etymologici Auctor, in Κυθέρεια· Διὸ καὶ Σκοτίας Ἀφροδίτης ἐν Φαιστῷ ἱερὸν εἶναί φασι. *Quapropter etiam Scotiæ Veneris fanum Phæsti esse dicunt.* Etiam facetiâ Cretenses omnes superare, adeoque se à pueris in hâc ipsâ exercere consuevisse, Phæstii memorabantur. Athenæus, lib. VI. Σωσικράτης δ', ἐν πρώτῳ Κρητικῶν, ἴδιόν τί φησι περὶ τοὺς Φαιστίους ὑπάρχειν. δοκοῦσι γὰρ ἀσκεῖν ἐκ παιδαρίων εὐθὺς τὸ γέλοια λέγειν. διὸ καὶ συμβέβηκεν αὐτοὺς ἀποφθέγγεσθαι πολλάκις εὐκαίρως, διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς συνήθειαν. ὥστε πάντας τοὺς κατὰ Κρήτην τούτοις ἀνατιθέναι τὸ γέλοιον. *Sosicrates autem, in primo Creticorum, tradit; proprium quiddam Phæstiis esse, ut à primâ pueritiâ in facetiis dicendis exerceantur. ideoque evenire, uti quædam sæpenumero scitè dicerent, quia ita ab initio consuevissent. itaque Cretenses omnes his facetiam attribuere.* In hac urbe natus fuit Epimenides: uti testis est Plutarchus, in Solone.

Phalanna: patria Phaniadis Peripatetici. Stephanus: Φάλαννα, πόλις Περραιβίας. ἔστι καὶ ἑτέρα Κρήτης, ἀφ' ἧς ἦν Φανιάδης ὁ περιπατητικός. *Phalanna, urbs Perrhæbiæ. Est & altera Cretæ; è quâ erat Phaniades Peripateticus.* Alia ab hâc, ne quis confundat:

Phalannæa. Ac distinguit ipse Stephanus: Φαλανναία, πόλις Κρήτης. *Phalannæa, urbs Cretæ.* Ac discriminis quoque causâ oppidi prioris civis, Φαλανναῖος, *Phalannæus*; hujus verò, Φαλανναιεύς, *Phalannæensis*, dicebatur: ut disertè docet Stephanus.

Phalasarna. A Phalasarnâ nomen habens. Stephanus: Φαλάσαρνα, πόλις Κρήτης, ἀπὸ Φαλασάρνης. *Phalasarna, urbs Cretæ, à Phalasarna.* Meminere etiam ejus, Ptolemæus, Strabo, Plinius; & Polybius, in Excerptis Legat. cap. xlv. Erat autem ibi fanum Dianæ Dictynnæ. Dicæarchus, in Vita Græciæ, ubi de Creta:

——— Φασὶ δ' ἐν Κρήτῃ πόλιν
Εἶναι Φαλάσαρνα, κειμένην πρὸς ἥλιον
Δύνοντα, κλειστὸν λιμέν' ἔχουσαν, καὶ ἱερὸν
Ἀρτέμιδος ἅγιον, καὶ καλεῖσθαι τὴν θεὸν
Δίκτυνναν. ———

——— *Ajunt in Cretâ urbem*
Esse Phalasarna, sitam ad solem
Occidentem, portum habentem, qui claudi possit, & templum
Dianæ sacrum; ac vocari deam
Dictynnam. ———

Pharæ. Meminit Plinius; ac recenset inter urbes mediterraneas. Erat autem colonia Messeniorum. Stephanus: Φαραὶ, πόλις Μεσσήνης· ἔστι δ' ἄλλη Κρήτης, ἄποικος τῆς ἐν Μεσσήνῃ. *Pharæ, urbs Messenæ. Est & altera Cretæ; colonia ejus quæ est Messenæ.*

C A P. XIV.

Phœnicûs. Phœnix. Pœcilasium. Polichna. Polyren, sive Polyrhenia, aut Polyrhenium. Agamemnon, tempestate in Cretam ejectus, sacra facere ibi cupiens, perturbatur: unde proverbio Creticum sacrificium *dictum. Cretensium peculiare in hâc urbe sacrificium. Præsus. Stephanus, & Strabo, emendati. Habitatio Eteocretum, ac Dictæi Jovis fanum. Ubi sita, & à quibus item eversa. Priæsus.*

Phœnicûs. Stephanus: Φοινικοῦς, πόλις Κρήτης. *Phœnicûs, urbs Cretæ.* Ptolemæus portum dicit.

Phœnix. In latere insulæ australi collocat Ptolemæus. S. Lucas, Act. cap. xxvij. Εἴπως δύναιντο καταντήσαντες εἰς Φοίνικα παραχειμάσαι, λιμένα τῆς Κρήτης, βλέποντα κατὰ λίβα καὶ κατὰ Χῶρον. *Si quo modo possent devecti Phœnicem, illic hybernare: qui est portus Cretæ, spectans ad Africum, & ad Chorum.* A Strabone nuncupatur Phœnix Lampei, & similiter, sicuti à Ptolemæo, in australi latere ponitur, lib. X. Τὸ δὲ ἔνθεν ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων· ἔχων κατοικίαν πρὸς μὲν τῇ Βορείῳ

θαλάτ-

θαλάττῃ, Ἀμφίμαλλαν· πρὸς δὲ τῇ νοτίᾳ, Φοίνικα τὸν Λαμπέων. *Exinde isthmus est, ferè centum stadiorum; in quo ad mare boreale, est Amphimalla: ad australe, Phœnix Lampei.* Sub Christianis, facta est sedes episcopalis; & Episcopus ejus dicitur Leo quidam, in Synodo Nicenâ II.

Pœcilasium. Inter australis lateris oppida recensetur Ptolemæo.

Polichna. Stephanus: Ἔστι καὶ Κρήτης Πολίχνη πόλις. *Est etiam Cretæ urbs Polichna.* Meminit Herodotus, lib. VII. Ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, θεοῦ σφε ἐποτρύναντος, πάντας, πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην. *Interjecto deinde tempore, omnes Cretenses, præter Polichnitanos, & Præsios, Dei instinctu, cum magna classe in Siciliam trajecisse.* Erat autem in confinio Cydoniæ. Ostendit Thucydides, lib. II. Πολιχνίταις χαριζόμενος, ὁμόροις τῶν Κυδωνιατῶν. *Polichnitis gratificans, qui Cydoniatis finitimi erant.*

Polyren. Ab ovium copiâ appellata. Stephanus: Πολύρην, πόλις Κρήτης· ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥήνεα, τουτέστι πρόβατα, ἔχειν. *Polyren, urbs Cretæ: quod multas oves haberet.* Ptolemæo, Polyrhenia; Plinio, Polyrhenium dicitur: & utrique inter urbes mediterraneas memoratur. Versum occidentem sitam, in confinio Cydoniæ, triginta stadiis à mari, ac Dictynnæ quoque fanum habuisse, tradit Strabo. Πρὸς ἑσπέραν δὲ ὅμοροι τοῖς Κυδωνιάταις Πολυρρήνιοι· παρ' οἷς ἐστι τὸ τῆς Δικτύννης ἱερόν. ἀπέχουσι δὲ τῆς θαλάττης ὡς τριάκοντα σταδίους. *Ad occidentem confines Cydoniatis sunt Polyrrhenii; apud quos est Dictynnæ fanum. distant autem à mari stadia circiter triginta.* Meminit etiam Scylax, in Periplo. In hâc urbe Agamemnon, tempestate in Cretam actus, sacra dicitur fecisse; ac, cùm nuntiatum esset inter ista, quos adduxerat captivos naves suas incendisse, properè, relictis iis, perturbatum abiisse: &, ad mare cùm venisset, unâ adhuc salvâ inventâ, insulanos devoventem, eâ in patriam contendisse: atque inde sacrificium quodcunque turbulentum Creticum appellatum esse. Zenobius Cent. V. Proverb. L. Ἀγαμέμνων, ὥς φασι, χειμασθεὶς κατηνέχθη εἰς Κρήτην, καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ Πολυρρήνιον, θυσίαν ἐπετέλει· ἐν ταύτῃ δὲ οἱ αἰχμάλωτοι τὰς ναῦς ἐνέπρησαν. οὗ ἀπαγγελθέντος αὐτῷ, μεσούσης τῆς θυσίας, τὸ μὲν καιόμενον ἱερεῖον καταλιπεῖν λέγεται, ἐλθεῖν δὲ πρὸς θάλασσαν ταραχθέντα, καὶ μίαν μόλις εὑρόντα ναῦν, ἐπ' αὐτῆς ἀναχθῆναι, πολλὰ

καταρασάμενον τοῖς τὴν χώραν οἰκοῦσιν. ὅθεν, εἴποτε ταραχώδης θυσία γίνοιτο, Κρητικὴν καλεῖσθαι. *Agamemnon, ut ajunt, tempestate in Cretam delatus, & Polyrrhenium ingressus, sacra faciebat. Inter hæc verò captivi naves incenderunt; quod cum ipsi medio in sacrificio referretur, reliquisse victimam ardentem fertur, & ad mare abiisse perturbatum: cumque navem unicam vix reperisset, eâ domum rediisse, multa incolis regionis imprecatum. Hinc, cùm turbulentum aliquod sacrum fieret, id proverbio Creticum vocari solitum.* Quæ totidem verbis etiam Lucilius Tarrhæus refert. Suidas: Εἴποτε ταραχώδης θυσία γένηται, παροιμιακῶς Κρητικὴ καλεῖται. παρόσον Ἀγαμέμνων ἐκεῖσε χειμασθεὶς ἔθυεν, ἀναβὰς εἰς τὸ Πολυῤῥήνιον. ἐν τούτῳ δ᾽ οἱ αἰχμάλωτοι τὰς ναῦς ἐνέπρησαν. ὁ δ᾽ ὡς ἤκουσε, καταλιπὼν τὰς θυσίας, ἦλθεν εἰς τὸν αἰγιαλὸν καὶ, μίαν εὑρὼν τῶν νηῶν, ἀνήχθη εἰς αὐτὴν, τοῖς ἐγχωρίοις ἐπαρασάμενος. *Si quando sacrificium turbulentum factum fuisset, id proverbialiter Creticum vocabatur; eò quod Agamemnon, illuc tempestate appulsus, sacrificavit, Polyrrhenium profectus: sed captivi naves interim exusserunt. quo ille audito, relictis sacris, littus petiit: ac, repertâ unâ nave, eâ avectus est, diras incolis imprecatus.* Ac peculiariter Cretenses sacra facere hîc consueverunt. Indicat idem Suidas alibi: Πολύῤῥηνον, τόπος Κρήτης, ἔνθα τοῖς θεοῖς ἔθυον. *Polyrrhenum, locus Cretæ, ubi diis sacra faciebant.* Porrò Polyrrheniorum meminit etiam Polybius, lib. IV: Scylax, in Periplo: & Hesychius, in Σέρτης.

Præsus. Stephanus: Πραῖσος, πόλις Κρήτης. *Præsus, urbs Cretæ.* Ac corrigendus idem alibi: Στῆλαι, πόλις Κρήτης, πλησίον Πραίσου. *Stelæ, urbs Cretæ, propè Præsum.* Malè illic hodie editur: πλησίον Παραίσου. *propè Paræsum.* Nec apud Strabonem rectè scribitur, Πράσον, Πράσῳ, Πράσιοι, Πράσος. corrigendum, Πραῖσον, Πραίσῳ, Πραίσιοι, Πραῖσος. Meminit Præsiorum, etiam Herodotus, lib. VII. Κρῆτας πάντας, πλὴν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων. *Cretenses omnes, præter Polichnitanos, Præsiosque.* Et mox: Ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν, ὡς λέγουσι Πραίσιοι, ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἕλληνας. *In Cretam igitur, ut Præsii ferunt, cùm alios homines, tum præcipuè Græcos, immigrasse.* Athenæus, lib. IX. Πραίσιοι δὲ καὶ ἱερὰ ῥέζουσι ὑῒ, καὶ αὕτη προτελὴς αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται.

Præsii verò, etiam sacra faciunt sue: eamque hostiam ipsi præcidaneam habent. Habitabant eam urbem Eteocretes: ac Dictæi illic Jovis templum erat. Strabo, lib. X. τὸ δὲ νότιον Ἐτεοκρῆτας· ὧν εἶναι πολίχνιον Πραῖσον, ὅπου τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. *Austrinam plagam Eteocretas: eorumque esse oppidulum Præsum, ubi est Dictæi Jovis templum.* Et mox: Εἴρηται δέ, ὅτι τῶν Ἐτεοκρήτων ὑπῆρξεν ἡ Πραῖσος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. *Dictum autem est, Eteocretum urbem fuisse Præsum, ac Dictæi quoque Jovis illic templum.* Atque hinc canem adducere sibi Euxynthetum olim Leucocomas jussit. Strabo: Ἐκ δὲ Λεβλῶνος ἦν Λευκοκώμας τε καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ Εὐξύνθετος, οὓς ἱστορεῖ Θεόφρασος, ἐν τῷ περὶ ἔρωτος λόγῳ· ἄθλων ὧν ὁ Λευκοκώμας τῷ Εὐξυνθέτῳ προσέταξεν, ἕνα φησὶν εἶναι τοῦτον, τὸν ἐν Πραίσῳ κύνα ἀναγαγεῖν αὐτῷ. *Lebenii fuerunt, Leucocomas, & amator ejus Euxynthetus, quorum meminit Theophrastus, libro De amore: aitque, unum de laboribus, huic ab illo impositis, fuisse; ut canem Præso ei adduceret.* Sita autem erat Præsus inter Samonium, ac Cherronesum: & evertere Hierapytnii. Strabo: Μεταξὺ δὲ τοῦ Σαμωνίου, καὶ τῆς Χερρονήσου, ἡ Πραῖσος ἵδρυται· κατέσκαψαν δ' Ἱεραπύτνιοι. *Inter Samonium, ac Cherronesum, sita est Præsus: & everterunt Hierapytnii.* Alia verò ab hac fuit, ne confundas,

Priæsus. Ac distinguit clarè Stephanus: Πρίαισος, πόλις Κρήτης. *Priæsus, urbs Cretæ.*

CAP. XV.

Psychium. Pylorus. Pyranthus. Rhamnûs. Rhaucus; condita à profugis, quos è patriâ apes ejecerant. Rhizenia. Rhithymnia. Rhytium; Gortyni subjectum: ejusque cives à scolopendris urbe ejecti. Salomon. Bedæ error. Salyrus. Satra. Sibyrtus. Sitea, Episcopi sedes. Stelæ. Strenus. Syia, navale Elyri. Tanus. Tarrha. Ptolemæus emendatur; & Oraculum quoque vetus, apud Eusebium. Apollo Tarrhæus. Colonia ejus ad Caucasum. Lucilli patria. Tegea; à Talthybio condita, aut Agamemnone. Thennæ; ejusque nemus. Therapnæ. Tiresia. Tripodus; Pluti patria. Hodie quot urbes exstent, & earum item nomina. Terræ motus in Creta duo; quorum ultimo urbes plures centum numero perierunt: inde magna inundatio.

Psychium. Stephanus: Ψύχιον, τόπος Κρήτης· ἐν ᾧ πόλις ἦν ὁμώνυμος. *Psychium, locus Cretæ: in quo urbs ejusdem nominis.* Ptolemæus inter urbes lateris australis numerat.

Pylorus. Inter urbes mediterraneas Plinio commemoratur.

Pyranthus. Circa Gortynem erat. Stephanus: Πύρανθος, πόλις μικρὰ, ἢ κώμη, Κρήτης, περὶ Γόρτυνα. *Pyranthus, urbs Cretæ parva, sive vicus, juxta Gortynem.*

Rhamnus. Ptolemæus, inter urbes mari adjacentes ponit: Plinius, inter mediterraneas.

Rhaucus. Urbs erat mediterranea. Stephanus: Ῥαῦκος, πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης. *Rhaucus, urbs in medio Cretæ.* Meminit Polybius, in Excerptis Legationum, cap. xlv. Τὸ μὲν καλούμενον Λυκάστιον, προσένειμαν Ῥαυκίοις. *Lycasti urbis agrum, quem vocant, Rhauciis attribuerunt.* Et cap. c. Ἐπολέμησαν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Κνώσσιοι μετὰ Γορτυνίων πρὸς τοὺς Ῥαυκίους. *Per idem tempus Cnossii, & Gortynii, bellum cum Rhauciis gerebant.* Condidere illam profugi, patriâ ab apibus ejecti. Ælianus, Hist. Anim. lib. XVII. cap. xxxv. Ἐν λόγοις Κρητικοῖς Ἀντήνωρ λέγει, τῇ τῶν καλουμένων Ῥαυκίων πόλει, ἔκ τινος δαιμονίας προσβολῆς, ἐπιφοιτῆσαι μελιττῶν σμῆνος, αἵπερ οὖν καλοῦνται χαλκοειδεῖς. ἐγχρίμπτουσαι δὲ ἄρα αὐτοῖς τὰ κέντρα, εἶτα μὲν πικρότατα λυπεῖν οὕσπερ οὖν. ἐκείνους δὲ, τὴν προσβολὴν οὐ φέροντας, ἀναστῆναι τῆς πατρίδος. καὶ μέντοι καὶ εἰς χῶρον ἐλθεῖν ἄλλον, καὶ οἰκῆσαι φιλίᾳ τῆς μητρίδος, ἵνα Κρητικῶς εἴπω, Ῥαῦκον ἐν αὐτῇ, τῇ Κρήτῃ· εἰ καὶ τοῦ χωρίου ὁ δαίμων ἤλαυνεν αὐτοὺς, ἀλλὰ γοῦν τελείως ἀποσπασθῆναι τοῦ ὀνόματος οὐχ ὑπομείναντας. *Antenor, in libris rerum Creticarum, ait; in Rhauciorum urbem apum, quæ vocantur Chalcoïdes, examen divino quodam impulsu accessisse: &, aculeos infigentes obviis molestiam exhibuisse. illos autem, impetum non sustinentes, solum vertisse, & in alium quendam locum in ipsa Creta pervenisse; ibique condidisse oppidum quod, maternæ urbis amore, ut Creticè dicam, Rhaucum dixerint: ut, quantumvis patriâ ejecti essent vi fatali, nomen tamen retinerent.*

Rhizenia. Stephanus: Ῥιζηνία, πόλις Κρήτης. *Rhizenia, urbs Cretæ.*

Rhithymnia. Stephanus: Ῥιθυμνία, πόλις Κρήτης. *Rhithymnia, urbs Cretæ.* Meminitque ejus iterum, in Σπήλαις. Lycophron, in Tragædiâ Alexandrâ, per ει diphthongum scribit:

Ῥειθυ-

Ῥειθυμνιάτης κέπφος ὡς ἐνήξατο.

Tanquam Rhithymnia fulica enatavit.

Plinius, Rhitymna dicit; ſicut etiam Ptolemæus, qui in latere boreali eam ponit. Et Iſaacius Tzetzes, ad citatum Lycophronis verſum: Ῥέθυμνα, πόλις Κρήτης. *Rhithymna, urbs Cretæ.*

Rhytium. Stephanus: Ῥύτιον, πόλις Κρήτης. *Rhytium, urbs Cretæ.* Homerus, β΄.

Φαιςόν τε Ῥύτιόν τε πόλεις εὖ ναιεταώσας.

Phæſtumque, & Rhytium, urbes benè habitatas.

Sub Gortyniis fuiſſe, docet Strabo: Γορτύνιον δέ ἐςι καὶ τὸ Ῥύτιον σὺν τῷ Φαιςῷ. *Ad Gortynem pertinet Rhytium quoque cum Phæſto.* Inter urbes mediterraneas Plinius ponit. Deſerere aliquando cives urbem eam, propter vim ſcolopendrarum irruentium, coactos eſſe, memoratur Æliano, Hiſt. Anim lib. XV. cap. xxvj. Λέγουσι δὲ καὶ ὑπὸ σκολοπενδρῶν ἐξαναςῆναι Ῥυτιεῖς· πρὸς τὸ πλῆθος αὐτοῖς ἐπεφοίτα τούτων. *Rhytienſes ajunt ſedibus ſuis ejectos eſſe à ſcolopendris: præ earum irruentium multitudine.*

Salomon. Beda, De Nom. Loc. in Actis Apoſt. *Salomon, civitas maritima Cretæ inſulæ.* Verùm errat; nam nec *Salomon* in Actis, ſed *Salmone*, appellatur: neque urbs, ſed promontorium quoddam erat, quod Samonium aliis Auctoribus dicitur.

Salyrus. Vide *Elyrus.*

Satra. Vide *Eleutherna.*

Sibyrtus. Stephanus: Σίβυρτος, πόλις Κρήτης. *Sibyrtus, urbs Cretæ.* Puto eandem eſſe, quæ *Subrita* Ptolemæo; & inter urbes mediterraneas memoratur. In Synodo Chalcedonenſi Epiſcopus hujus urbis nominatur Cyrillus quidam: ſicut item Theodorus, in Nicenâ II.

Sitéa. In Leonis Imp. Novellâ, ſæpius citatâ, inter urbes Epiſcopales numeratur, quæ ſubjectæ erant Patriarchæ Conſtantinopolitano; ordine undecima.

Stelæ. Stephanus: Στῆλαι, πόλις Κρήτης, πλησίον Πραισοῦ, καὶ Ῥυθύμνης. *Stelæ, urbs Cretæ; juxta Præſum, & Rhithymnam.*

Strenus. Stephanus: Στρῆνος, πόλις Κρήτης. *Strenus, urbs Cretæ.*

Syia. Navale Elyri. Stephanus: Συία, πόλις μικρὰ Κρήτης, ἐπίνειον οὖσα τῆς Ἐλύρου. *Syia, urbs parva Cretæ, navale exiſtens Elyri.*

Syrinthus. Stephanus: Σύρινθος, πόλις Κρήτης. *Syrinthus, urbs Cretæ.*

Tanus. Stephanus: Τάνος, πόλις Κρήτης. *Tanus, urbs Cretæ.*

Tarba. Inter urbes in auſtrali parte ſitas memoratur Ptolemæo. Sed pro τάρβα, cenſeo legendum, τάῤῥα: nam

Tarrha urbs Cretæ erat. Scholiaſtes Apollonii, in ejus Vitâ: τάῤῥα ἡ πόλις Κρήτης· ὥς φησι Λογγῖνος, ἐν τοῖς Φιλολόγοις. *Tarrha verò, urbs Cretæ: ut refert Longinus, in Philologis.* In eâ Apollo, Tarrhæus cognomento appellatus, colebatur: & ab hâc, colonia ejusdem quoque, urbs ad Caucaſum Tarrha itidem nuncupata eſt. Stephanus: Τάῤῥα, πόλις Λυδίας. ἑτέρα Κρήτης, ἐν ᾗ Ἀπόλλων Ταῤῥαῖος τιμᾶται. ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Τάῤῥα, περὶ τὸν Καύκασον, Κρητῶν ἄποικος. *Tarrha, urbs Lydiæ. altera Cretæ eſt, in qua Apollo Tarrhæus colitur. Eſt & alia, ad Caucaſum, colonia Cretenſium.* Meminit autem Tarrhæ etiam Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib. II. cap. II. & Pauſanias, in Phocicis: tum Oraculum quoque vetus, apud Euſebium, Præparat. Euang. lib. V. iſto verſu:

> Φαιστοῦ, καὶ Τάῤῥας ναέται, Δίου τε πολύῤῥου.
>
> *Phæſti, & Tarrhæ incolæ, Diique multi flui.*

Quippe ita hîc legendum; neque, rectè τάρας editur, falliturque interpres doctus, qui *Tarenti* interpretatur. Ex hac urbe oriundus Lucillus, à Patria Tarrhæus dictus, cujus exſtant nunc Proverbia, olim edita ab Aldo Manutio: cui optimos quosque Auctores penè omnes debent viri literati. De hoc plura infra dicam.

Tegea. Hanc à Talthybio conditam commemorat Stephanus: Ἔστι καὶ Τεγέα ἐν Κρήτῃ, ὑπὸ Ταλθυβίου κτισθεῖσα. *Eſt & Tegea in Cretâ, à Talthybio condita.* Agamemnoni tribuit Vellejus, lib. I. *Agamemnon, tempeſtate in Cretam inſulam rejectus, tres ibi urbes ſtatuit; duas à patriæ nomine, unam à victoriæ memoria: Mycenas, Tegeam, Pergamum.*

Thennæ, ſive *Thenæ*. Stephanus: Θένναι, πόλις Κρήτης. *Thennæ, urbs Cretæ.* Aberat non longè Cnoſſo. Indicat Callimachus, Hymno I.

> Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα,
> Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε· Θεναὶ δ' ἔσαν ἐγγύθι Κνωσοῦ.
>
> *Cùm Thenas reliquit, Cnoſſum deferens,*
> *Jupiter pater, Nympha te: Thenæ verò proximæ Cnoſſo.*

Indi-

Indicat quoque idem Stephanus, alio loco: ὀμφάλιον τόπος Κρήτης, πλησίον θεννῶν, καὶ Κνωσοῦ. *Omphalium, locus Cretæ, prope Thennas, & Cnoßum.* Et adjunctum habebat nemus. Callimachi Scholiastes: θεναὶ, πόλις, καὶ ἄλσος. *Thenæ, urbs, & nemus.*

Therapnæ. Inter præcipuas Cretæ urbes recenset Solinus, cap. xvij. *Non stipata centum urbibus, sed magnis, & ambitiosis, oppidis: quorum principatus est penes Gortynam, Cydona, Cnossum, Therapnas, Dium, Lyctum.* Inter mediterraneas ponit Plinius.

Tiresia. Meminit Theophrastus, Hist. Plant. lib. III. cap. v.

Tripodus. Hîc Plutum ex Cerere & Jasione natum, tradit Diodorus Siculus, lib. V. Πλοῦτον δὲ γενέσθαι φασὶν ἐν Τριπόδῳ τῆς Κρήτης, ἐκ Δήμητρος καὶ Ἰασίωνος. *Plutum verò natum ferunt in Tripodo Cretæ, ex Cerere & Jasione.*

Habes urbes universim circiter centum, ac viginti. Hodiè verò, quæ aliquo quidem loco sint, vix quatuor exstant: *Castro*, metropolis, quæ Italis hodiè *Candia* dicitur; *Canéa*, *Retimo*, & *Sitia*: ut videre est apud Martinum Crusium, virum eruditum, Turcogræciæ lib. II. Periere autem, uti ferè accidere solet, sive bellis, sive etiam terræ motu: quem geminum sustinuit Creta. Ac prioris quidem, meminit Philostratus, De Vitâ Apollonii, lib. IV. cap. xj. Σεισμὸς ἀθρόως τῇ Κρήτῃ προσέβαλε. βροντὴ δὲ οὐκ ἐκ νεφελῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς ὑπήχησεν. ἡ θάλασσα δὲ ὑπενόστησε στάδια ἴσως ἑπτά. *Confestim terræ motus Cretam invasit; ac tonitru non è nubibus, sed è terrâ, insonuit: & mare ad stadia circiter septem recessit.* Estque idem, qui sub Nerone Claudio accidit, cùm, aperto Dictyis sepulcro, Historia illius de bello Trojano in eo reperta est. Suidas: Ἐπὶ Κλαυδίου τῆς Κρήτης ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθείσης, καὶ πολλῶν τάφων ἀνεωχθέντων, εὑρέθη ἐν ἑνὶ τούτων τὸ σύνταγμα τῆς ἱστορίας Δίκτυος, τὸν Τρωϊκὸν περιέχον πόλεμον. *Sub Claudio, concussâ terræ motu Cretâ, ac sepulcris multis apertis, repertum est in quodam horum opus historicum Dictyis, bellum Trojanum continens.* Accidit autem anno ejus decimo tertio. Septimius, in Epistola ad Arcadium, præfixâ Dictyi Cretensi: *Secutis temporibus, tertiodecimo anno Neronis imperii, in Gnoso civitate terræ motus facti, cùm multa, tum etiam sepulcrum Dictyis ita patefecerunt, ut transeuntibus arcula viseretur.* Alter fuit, quem sub Va-

lente, & Valentiniano, accidiſſe refert Zoſimus, lib. IV. Καὶ σεισμοὶ δὲ ἔν τισι συνηνέχθησαν τόποις. ἐσείσθη δὲ καὶ Κρήτη σφοδρότερον. *Terræ motus quoque quibusdam in locis evenerunt: ac vehementiùs concuſſa eſt Creta.* Accidit autem primo iſtorum Imperatorum conſulatu, qui incidit in annum Chriſti trecenteſimum ſexageſimum octavum: adeoque gravis fuit, uti urbes plures centum interciderent. Auctor Vitæ Athanaſii: Τοιούτων οὖν κατὰ πᾶσαν ἐπὶ τῆς πρώτης Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος ὑπατείας, καὶ τηλικούτων γενομένων κακῶν, εἰκότως ἄνθρωποι καὶ ταῖς ἄνω πληγαῖς ἐπαιδεύοντο. τότε μὲν γὰρ σεισμὸς ἐπισκήψας, οἷον οὔτε ὁ παρελθὼν ἤνεγκε χρόνος, οὔτε ὁ μέλλων οἴσειν ἠλπίζετο, πολλάς τε ἄλλας ἀνέτρεψε τῶν πόλεων, καὶ ἡ Κρήτη πλείους τῶν ἑαυτῆς ἢ ἑκατὸν χαλεπὸν εἶδε πτῶμα κατενεχθείσας. *Tantis igitur per totum orbem, in primo Valentiniani & Valentis conſulatu, & talibus illatis malis, haud dubie etiam homines cælitus immiſſis plagis caſtigabantur. Tunc enim terræ motus exſtitit tantus, quantum nec præterita ætas unquam tulit, nec futura allatura ſperatur; & cùm alias civitates multas evertit, tum Creta etiam ſuarum plures centum miſerè collapſas vidit.* Nec multo poſt, ſub Gratiano magna item inundatio miſerè inſulam afflixit. Cedrenus in deſcriptione imperii ejus: Καὶ τῆς Κρήτης δὲ, καὶ Ἀχαΐας καὶ Βοιωτίας, Ἠπείρου τε καὶ Σικελίας, πλεῖστα μέρη ἀπολέσθαι, (συνέβη,) τῆς θαλάσσης ἀνελθούσης, καὶ ἐπικλυσάσης αὐτά· ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ὀρέων ἀπορριφῆναι πλοῖα, ἄχρι σταδίων ἑκατόν. *Et magna pars Cretæ, Achaiæ, Bœotiæ, Epiri, ac Siciliæ, periit; mari inundante: adeò ut naves quoque fuerint rejectæ in montes, uſque ad centum ſtadia.* Ac prædixit hanc Sibylla: cujus vaticinium exſtat lib. V.

> Ἀσὶς δ' ἡ μεγάλη τότε παμφόρος ἔσεται ὕδωρ,
> Καὶ Κρήτης πεδίον. ———
> *Tunc Aſia illa magna, & fertilis, erit aqua:*
> *Et Cretæ tellus.* ———

Servius, è centum urbibus mox viginti quatuor factas; inde duas, Cnoſſum, & Hierapytnam, tantùm remanſiſſe tradit ad Æneid. lib. III. *Primò quidem (Creta) centum habuit civitates, unde Hecatompolis dicta eſt; pòſt viginti quatuor: inde, ut dicitur, duas, Gnoſòn, & Hierapytnam.*

JOAN-

JOANNIS MEURSI

CRETAE,

SIVE,

De insulæ istius rebus, & antiquitatibus,

LIBER II.

De locis illic memoratis, montibus, & aquis: tum de rebus ibi excellentioribus.

CAP. I.

Musæum. Sirenum cum Musis contentio de cantu. Corium. Palus Coresia, & Minerva Coresia. Omphalus. Omphalius campus. Jovi, dum à Curetibus, sive etiam Nymphâ quâdam, Thenis Cnossum defertur, umbilicus decidit. Callimachi versus apud Scholiasten Nicandri malè editus Onychium. Unguis anchoræ inhæret loco, dum coloniam deducunt Amyclæi. Othii campi, à sepulto illic Otho.

Urbibus commemoratis, loca quædam recensebimus. Inter hæc Musæum erat, juxta Apteram, & mare: inde dictum, quod Sirenes hîc cum Musis cantu olim concertarunt. Vide quæ notavi supra, cap. vj. cùm de urbe Apterâ agerem. Post hoc,

Corium occurrit, à puellâ, quæ Græcorum linguâ Κόρη appellatur, nominatum. Aderat Coresia palus, & Coresiæ Minervæ item fanum. Stephanus: Κόριον, τόπος ἐν Κρήτῃ, ἀπὸ Κόρης τινός· καὶ λίμνη Κορησία, καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν Κορησίας. *Corium, locus in Creta, à puella quâdam dictus: item palus Coresia, & Minervæ Coresiæ fanum.*

Om-

Omphalus, & *Omphalius campus.* Ita dictus, quia Jovis umbilicus hîc deciderit, dum gestatur à Curetibus. Erat verò ad Tritonem flumen situs. Diodorus, lib. V. φερομένου μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν Κουρήτων αὐτοῦ (τοῦ Διὸς) νηπίου, φασὶν ἀποπεσεῖν τὸν ὀμφαλὸν περὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον, Τρίτωνα· καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ τοῦτο τὸ καθιερωθὲν, ἀπὸ τοῦ τότε συμβάντος, ὀμφαλὸν προσαγορευθῆναι, καὶ τὸ περικείμενον πεδίον ὁμοίως ὀμφάλιον. *Dum enim à Curetibus infans (Jupiter) gestatur, umbilicum ejus ad fluvium, quem Tritonem dicunt, decidisse perhibent; unde territorium illud sacratum Omphalus, & Omphalius campus campus dicitur, qui circumjacet.* Callimachus, à Nympha quadam, non à Corybantibus, gestatum esse Jovem dicit; ac gestare Thenis Cnossum, quæ vicinæ urbes erant, voluisse. Verba ista, Hymno I.

Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα,
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε. (Θεναὶ δ' ἔσαν ἔγγυθι Κνωσσοῦ)
Τουτάκι τοι πέσε δαῖμον ἀπ' ὀμφαλός· ἔνθεν ἐκεῖνο
ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.
Postquam verò Thenas reliquit, ad Cnossum deferens;
Jupiter pater, te Nympha, (nam vicinæ Cnosso Thenæ,)
Ibi tum tibi, deus, decidit umbilicus: hinc istum
Omphalium deinceps campum nominant Cretenses.

Omphali loci, meminit Nicandri quoque Scholiastes, ad Alexipharmacorum ipsum initium: ὀμφαλὸς γὰρ τόπος ἐν Κρήτῃ, ὡς καὶ Καλλίμαχος. *Omphalus enim locus in Cretâ est, uti & Callimachus auctor.* Hinc adducit locum illum à Callimacho, quanquam paulò incorrectiùs ibi editum, & hoc modo emendaudum. Propè Thenam & Cnossum fuisse, quod apparet ex Callimachi istis versibus, etiam à Stephano dicitur. ὀμφάλιον, τόπος Κρήτης, πλησίον Θενῶν, καὶ Κνωσσοῦ. *Omphalium, locus Cretæ, prope Thenas, & Cnossum.*

Onychium. Nomen ex hac re accipit; quod, coloniam deducentibus Amyclæis, unguis anchoræ eo loco inhæsisset. Stephanus: ὀνύχιον, τόπος Κρήτης· ἀπὸ ὄνυχος ἀγκύρας, ἐνσχεθείσης ἐν αὐτῷ, τῶν Ἀμυκλαίων ἀποικησάντων. *Onychium, locus Cretæ; ab ungue anchoræ, qui ibi inhæsit, cùm coloniam Amyclæi deducerent.* Vide Histo-

Historiam universam apud Plutarchum, De Virt. Mul. ubi de Tyrrhenicis agit: quanquam nulla ibi Onychii mentio fiat.

Othii campi. Ita dicti, à sepulto ibi Otho gigante. Servius, ad Æneid. III. *Est in Sicilia, Enceladus; Othus in Creta, secundùm Salustium: unde Othii campi.*

CAP. II.

Labyrinthus; isque Gnossi, aut, ut alii, Gortyne; & domus erat, à Dædalo structa, ad Ægyptii similitudinem: quidam, antrum esse dicebant. Habebat autem multos flexus, & ambages; alii, cochleæ similem dicunt: unde & difficilis exitus. Proverbium, λαβυρίνθων σκολιώτερα. Λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις. *Custodia etiam fuisse dicebatur. Minotaurus ibi inclusus. Plures autem; in Ægypto, Lemno, Italiâ: sicut & apud Argivos. Liber quidam, cui* Parvus Labyrinthus *titulus, Origeni non rectè adscriptus. Labyrinthus Creticus posteà destructus planè: & Auctorum item in hâc re dissidium.*

Nobilissimus omnium erat Labyrinthus, quo se Cnossus urbs jactabat: siquidem ibi exstitisse, Auctores tradunt. Pausanias, in Atticis: Συνεχωρήθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ, καὶ παῖδας ἴσους, ἄγειν τῷ λεγομένῳ Μινωταύρῳ, τὸν ἐν Κνωσσῷ Λαβύρινθον οἰκῆσαι. *Concessum ipsi est, virgines in Cretam septem, ac pueros totidem, abducere Minois tauro quem vocabant, Labyrinthum, qui in urbe Cnosso erat, habitaturos.* Philostratus, De Vitâ Apollonii, lib. IV. cap. xj. καὶ προσπλεύσας εἰς Κνωσσὸν, τὸν μὲν Λαβύρινθον, ὃς ἐκεῖ δείκνυται, ξυνεῖχε δή ποτε, οἶμαι, τὸν Μινώταυρον, &c. *Ac cùm appulisset Cnossum, Labyrinthum quidem, qui ibi ostenditur, &, ut puto, Minotaurum olim tenuit, &c.* Plutarchus, Theseo: Καὶ ἀποβὰς, ἔφθασεν εἰς τὸν Κνωσσὸν παρελθὼν, καὶ, μάχην ἐν ταῖς πύλαις τοῦ Λαβυρίνθου συνάψας, ἀπέκτεινε τὸν Δευκαλίωνα, καὶ τοὺς δορυφόρους. *Et descensione factâ, cursu Gnossum contendit; &, confertâ in portâ Labyrinthi manu, Deucalionem ac satellites interfecit.* Huc pertinet istud Claudiani, in Epigramm.

Non Cretæus ager, nec amati conſcia tauri
Gnoſos, nec ſimiles paverit Ida feras.

Quanquam tamen alibi Gortyne ſtatuat, in VI. Conſ. Honorii:

In varios docto diſcurritur ordine gyros,
Quos neque ſemiferi Gortynia tecta juvenci,
Flumina nec crebro vincant Mæandria flexu.

Et huc faciunt hæc Cedreni: Καὶ πάντες, τὸν Μινώταυρον ἐν Γορτύνῃ ἀφέντες, σχῆμα φυγῆς ἐποιήσαντο. Γνοὺς δὲ αὐτὸς τὴν προδοσίαν, φεύγει εἰς τὴν Λαβύρινθον χώραν. *Et omnes, relicto Gortyne Minotauro, fugere ſe ſimulârunt: ille autem, cognitâ proditione, confugit in locum, Labyrinthum quem dicebant.* Ac domum fuiſſe, illic indicat, cùm *Gortynia tecta* dicit Claudianus: quod Ovidius etiam clarè, Metamorph. lib. VIII.

Deſtinat hunc Minos thalami removere pudorem:
Multiplicique domo cæcis includere tectis.

Catullus, in Carm. De Nuptiis Pelei:

Ne Labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti fruſtraretur inobſervabilis error.

Apollodorus, lib. III. Ἦν δὲ ὁ Λαβύρινθος, ὃν Δαίδαλος κατεσκεύασεν, οἴκημα, καμπαῖς πολυπλόκοις πλανῶν τὴν ἔξοδον. *Erat verò Labyrinthus, quem Dædalus ædificavit, domus, multiplicibus viarum flexibus exitum fallens.* Seneca Tragicus, in Hippolyto:

Monſtrique cæcam Gnoſſii vidit domum.

Et obſerva, in Apollodori verbis, à Dædalo exſtructum fuiſſe. In hanc rem & Dion Chryſoſtomus, Orat. LXX. Οὐ δοκεῖ μοι Δαίδαλος καλῶς εἰργάσθαι ἐν Κρήτῃ τὸν Λαβύρινθον. *Non rectè mihi Dædalus videtur feciſſe Labyrinthum in Cretâ.* Hyginus, Fab. XL. *Dædalus Minotauro Labyrinthum fecit inextricabili exitu.* Iſidorus, Orig. lib. XV. cap. ij. *Labyrinthus eſt perplexis parietibus ædificium, qualis eſt apud Cretam à Dædalo factus, ubi fuit Minotaurus incluſus.* Atque hinc eſt, quod *Dædaleum iter* dicit Propertius, lib. II. Eleg. XIV.

Nec ſic incolumem Minoïs Theſea vidit,
Dædaleum lino cum duce rexit iter.

Seneca, Hippolyto:

——— Aut

——— *Aut quis Cressius*
Dædalea vasto claustra mugitu replens
Taurus biformis, ———

Certè Dædalum struxisse, dicit etiam Ovidius, Metamorph. lib. viij; & Servius, ad Æneid. V: & Auctores plures alii. Struxit autem ad imitationem Ægyptii. Diodorus Siculus, lib. I. Φασὶ δέ τινες καὶ τὸν Δαίδαλον, εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα, καὶ θαυμάσαντα τὴν ἐν τοῖς ἔργοις τέχνην, κατασκευάσαι τῷ βασιλεύοντι τῆς Κρήτης Μίνωϊ λαβύρινθον, ὅμοιον τῷ κατ' Αἴγυπτον. *Sunt qui etiam Dædalum ferunt, in Ægyptum delatum, & operum illic solertiam miratum, Cretæ Regi Minoi Labyrinthum fecisse, similem ei qui in Ægypto erat.* Sed centesimam ejus partem vix repræsentasse, fidem Plinius facit, lib. XXXVI. cap. xiij. *Dicamus & Labyrinthos, vel portentosissimum humani ingenii opus; sed non, ut existimari potest, falsum: durat enim etiam nunc in Ægypto. Hinc utique sumpsisse Dædalum exemplar ejus Labyrinthi, quem fecit in Cretâ, non est dubium: sed centesimam tantùm portionem ejus imitatum.* Sunt qui dicunt, fuisse montem, & in eo antrum quoddam. Etymologici Auctor: Λαβύρινθος, ἐν τῇ Κρήτῃ νήσῳ ἐστὶν ὄρος, ἐν ᾧ ἐστι σπήλαιον. *Labyrinthus, mons est in Creta insula, speluncam habens.* Et antrum certè etiam Cedrenus statuit: Γνοὺς δὲ αὐτὸς (ὁ Μινώταυρος) τὴν προδοσίαν, φεύγει εἰς τὴν Λαβύρινθον χώραν, καὶ ἐν σπηλαίῳ λανθάνει κρυβείς. *Ille autem, (Minotaurus,) cognitâ proditione, fugit in locum, quem appellant Labyrinthum, ibique in antro occultatus delitescit.* Item Eustathius, ad Odyss. λ'. Λαβύρινθος δὲ, σπήλαιον ἐκεῖνο ὑπόγειον Κρητικὸν πολυέλικτον, εἶχεν ἐνδιαιτώμενον. *Labyrinthus verò, antrum illud Cretense subterraneum flexuosum, habebat inhabitantem.* Sedulius, Carm. Pasch. lib. I.

Quid Labyrinthéo Thesidæ erratis in antro?

Habebat autem multos flexus, & ambages. Gregorius Nazianzenus, Orat. xxxiv. Λαβύρινθος Κρητικὸς, δυσδιέξοδος, καὶ δυσέλικτος, ποιητικῶς εἰπεῖν, καὶ πολλάκις ἀπαντῶν ἑαυτῷ, τοῖς τῆς τέχνης σοφίσμασι. *Labyrinthus Cretensis, difficiles exitus, & ambages, habens, ut cum Poëtis dicam, & sæpe sibi occurrens, artis industriâ.* Boëthius, De Consol. Phil: lib. III. *Inextricabilem Labyrinthum rationibus texens; quo nunc quidem, quà egrediaris, introëas; nunc verò, quo intro-*

ieris, *egrediare*. Auguſtinus, De Civ. Dei, lib. XVIII. cap. xiij. *De Minotauro, quod beſtia fuerit incluſa Labyrintho: quò cùm intraſſent homines, inextricabili errore, inde exire non poterant.* Prudentius, in Apotheoſi:

Hos omnes quamvis anceps Labyrinthus, & error
Circumflexus, agit. ———

Quidam locum cochleæ ſimilem dixerunt. Suidas: Λαβύρινθος, κοχλιοειδὴς τόπος. *Labyrinthus, locus cochleæ ſimilis.* Quæ Heſychius totidem verbis. Joannes Tzetzes, Var. Hiſt. Chil. XI. cap. cclxxix.

ὁ Ἀθηναῖος Δαίδαλος τῷ Μίνωϊ ἐν Κρήτῃ
Φρούριον πολυέλικτον, κοχλιοειδὲς τὴν θέαν,
Δυσέκβατον εἰργάσατο, Λαβύρινθον τῇ κλήσει.

Athenienſis Dædalus Minoi in Creta
Cuſtodiam flexuoſam, & aſpectu cochleæ ſimilem,
Exitu difficilem fecit, Labyrinthum nomine.

Atque propter tot ambages, exitus difficilis erat: unde & Δυσέκβατον Tzetzes in citatis verbis dicit. Plato quoque, in Euthydemo: ὥσπερ εἰς Λαβύρινθον ἐμπεσόντες, οἰόμενοι ἤδη ἐπὶ τέλει εἶναι, περικάμψαντες πάλιν, ὥσπερ ἐν ἀρχῇ τῆς ζητήσεως ἀνεφάνημεν ὄντες. *Tanquam in Labyrinthum delati, cùm jam in fine nos verſari putaremus, reflexo rurſum itinere, quaſi in principio ipſo diſquiſitionis eſſe comperiebamur.* Simplicius, in Phyſic. lib. III. Τὸ μόγις ἔχον διέξοδον, ἢ διὰ τὸ μέγεθος, ἢ διὰ κατασκευὴν, ὡς ὁ Λαβύρινθος. *Quod exitum vix habeat, vel magnitudinis cauſâ, vel ſtructuræ, ut Labyrinthus.* Gregorius Thaumaturgus, in Panegyrico Origenis: Καὶ ὥσπερ ἔκ τινος Λαβυρίνθου, εἰς ὃν εἰσόδου φαινομένης μιᾶς, οὐδὲν ποικίλον ἐκ τοῦ ἔξωθεν ὑποτοπήσας τις, εἰσελθὼν διὰ τῆς φαινομένης θύρας μιᾶς, εἶτα προχωρήσας ἄχρι τοῦ ἐνδοτάτω, ποικίλον τε ἰδὼν τὸ θέαμα, καὶ κατασκεύασμα πάνσοφον, πολύπορόν τε, καὶ εἰσόδοις καὶ ἐξόδοις συνεχέσι σεσοφισμένον, ἐθέλων μέντοι καὶ ἐξιέναι, μηκέθ' οἷός τε εἴη, ἐναποληφθεὶς ἔνδον ὑπὸ σοφοῦ δοκοῦντος αὐτῷ κατασκευάσματος. *Ac tanquam ex Labyrintho aliquo, ad quem cùm unicus appareat aditus, nihil ſubdolum, ex iis quæ intus ſunt, ſuſpicatus quiſpiam, quà patet janua, ingreditur: deinde ad intima uſque progreſſus, poſtquam artificioſum ſolersque opificium, quaqua verſus pervium, ac perpetuis ingreſſibus, & egreſſibus, intextum*

atque

atque elaboratum contemplatus est, egredi cupiens, minimè potest, structurâ illâ, quam artificiosam judicabat, interceptus. Prosper, De Lib. Arb.

——— *& Labyrintho*
Fallitur, ambages dubiarum ingressa viarum.

Exstat quoque elegans in hanc rem locus apud Lucianum, in Hermolimo. Hinc λαβυρίνθων σκολιώτερα, *Labyrinthis magis tortuosa,* Dionysius Halicarnasseus, lib. De Thucidydis proprietatibus: Πρὸς ταῦτα ποιεῖ τὸν Ἀθηναῖον ἀποκρινόμενον λαβυρίνθων σκολιώτερα περὶ τῆς ἐλπίδος. *Ad hæc Atheniensem facit Labyrinthis tortuosiora respondentem de pace.* Et λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις, *Quæstiones Labyrinthi similes*, apud Lucianum, in Fugitivis: Ἄποροι καὶ ἄτοποι ἀποκρίσεις, καὶ δυσέξοδοι καὶ λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις. *Dubiæ, & absurdæ, responsiones; & inextricabiles, ac Labyrinthéæ, quæstiones.* Quemadmodum apud Sidonium, lib. II. Epist. VI. *Inextricabilem Labyrinthum negotii multiplicis incurrit.* Quidam, custodiam fuisse dicunt. Plutarchus, in Vitâ Thesei: Φιλόχορος δέ φησιν, οὐ ταῦτα συγχωρεῖν Κρῆτας· ἀλλὰ λέγειν, ὅτι φρουρὰ μὲν ἦν ὁ Λαβύρινθος, οὐδὲν ἔχων κακὸν ἀλλ' ἢ τὸ μὴ διαφυγεῖν τοὺς φυλαττομένους. *Verùm auctor est Philochorus, Cretenses ista non concedere; sed dicere, custodiam fuisse Labyrinthum, nullum aliud malum habentem, quàm quod custoditi haud effugere possent.* Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. XI. cap. ccclxxix. in citatis ante versibus:

φροῦρον πολυέλικτον. ———
Custodiam flexuosam. ———

Indicat idem Dion Chrysostomus, Orat. LXX. Οὐ δοκεῖ μοι Δαίδαλος καλῶς εἰργάσθαι ἐν Κρήτῃ τὸν Λαβύρινθον, οὗ εἰσερχόμενοι ἀπώλλυντο οἱ πολῖται αὐτοῦ, καὶ αἱ πολίτιδες. *Non rectè mihi Dædalus in Cretâ Labyrinthum fecisse videtur; quem cives ejus, mares pariter fœminæque, cùm intrassent, perierunt.* Et Nicetas Choniates, De Imperio Andronici Comneni, lib. I. Labyrinthum cum Ceada, Lacedæmoniorum carcere, conjungit: Ἢ Λαβύρινθον Κρητικὸν, ἢ Κεάδαν Λακωνικόν. *Aut Labyrinthum Creticum, aut Ceadan Laconicum.* Inclusum autem Minotaurum aliquando in hoc fuisse, cum quo Theseus decertaverit, res est notior, quàm ut pluribus memorari à me debeat:

quod cum fabulæ propius esse videatur, variè Auctores prisci explicare sunt conati; ut videre est apud Plutarchum, in Vita Thesei. Atque hinc Μυθικὸν λαβύρινθον, *Fabulosum Labyrinthum*, dicit Theophylactus Simocatta, in Præf. Hist. Mauric. διὰ μίτου τινὶ τῇ σαφηνείᾳ οὐ μυθικὸν περαιουμένη λαβύρινθον. *Tanquam filo quodam, dilucidâ explanatione per Labyrinthum non fabulosum me dirigens.* Fuere autem, ut hoc obiter etiam dicam, quanquam doctis nullo modo ignoratum, Labyrinthi numero plures; ac primus omnium Ægyptius, ad quem noster hic exstructus, ut initio capitis dixi: inde Lemnius, & Italicus: uti nobis auctor Plinius, lib. XXXVI. cap. xiij. & Isidorus, Orig. lib. XV. cap. II. Etiam apud Argivos, haud longè Naupliâ, antra erant, & in his ædificati Labyrinthi, Cyclopéa appellati. Strabo, lib. VIII. Ἐφεξῆς δὲ τῇ Ναυπλίᾳ, τὰ σπήλαια, καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς οἰκοδομητοὶ λαβύρινθοι, Κυκλώπεια δ᾽ ὀνομάζουσιν. *Deinde à Naupliâ, antra sunt, & exstructi in his ipsis Labyrinthi, quos appellant Cyclopéa.* Denique liber quidam erat, cui titulus *Parvus Labyrinthus* fuit, Origeni, sed falsò, adscriptus. Nicephorus Callistus, Hist. Eccles. lib. IV. cap. xx. *Redarguit quoque importunitatem eorum liber, qui parvus Labyrinthus dicitur, quem nonnulli ab Origene compositum esse autumant: sed eos stylus, & elocutionis forma, refellit.* Quod Cretensem nostrum attinet, eum suâ jam ætate periisse, nec vestigia ulla exstare, refert Plinius, loco citato: *Exstantque adhuc reliquiæ ejus, (Labyrinthi,) cùm Cretici, Italicique, nulla vestigia exstent.* Et ante illum, quanquam haud multò, Diodorus, lib. I. Ἀλλ᾽ ὁ μὲν κατὰ τὴν Κρήτην, (λαβύρινθος,) ἠφανίσθη τελέως, εἴτε δυνάστου τινὸς κατασκάψαντος, εἴτε τοῦ χρόνου τὸ ἔργον λυμηναμένου. *Atqui Cretensis quidem, (Labyrinthus,) vel à Principe aliquo destructus, vel longinquitate temporis vitiatus, intercidit.* Philostratus verò, in Apollonio Tyaneo, tanquam suo etiam ævo exstantis meminit, lib. IV. cap. xj. Καὶ προσπλεύσας εἰς Κνωσσὸν, τὸν μὲν λαβύρινθον, ὃς ἐκεῖ δείκνυται, ξυνεῖχε δὲ, οἶμαι, ποτὲ τὸν Μινώταυρον, βουλομένων ἰδεῖν τῶν ἑταίρων, ἐκείνοις μὲν ξυνεχώρει τοῦτο· αὐτὸς δὲ, οὐκ ἂν ἔφη θεατὴς γενέσθαι τῆς ἀδικίας τοῦ Μίνω. *Ac cùm Cnossum appulisset, Labyrinthum, qui ibi ostenditur, volentibus videre sociis, illis quidem id permisit; ipse verò, se injuriam Minois nolle aspectare,*

re, inquit. Et Isidorus, ubi de Labyrinthis agit, Orig. lib. XV. cap. ij. *Omnes ita constructi, ut dissolvere eos nec ulla secula quidem possint.*

CAP. III.

Antrum Jovis; in Dicta monte, ubi natus memoratur: superque eâ re Hesiodus restitutus: & in Idâ, ubi educatus. Dissidium Auctorum in hanc rem compositum. Athenagoræ, & Diodori Siculi, loca emendantur: uti etiam Scholiastæ Juvenalis. Ac Dictæum quidem antrum, nemini intrare licitum: & ex eo ignis certo anni tempore effulgebat. Quidam, intrare temerè ausi, ideò mutati in aves. Antoninus Liberalis restitutus. In Idæ ostio, donaria erant; & fructum ferens populus nigra, sive salix. Plinii memoriæ lapsus. In interiore eo, thronus erat, Jovi stratus. Minos nono quoque anno Jovem hîc accedere solitus. Ingressus quoque Epimenides, & Pythagoras. Maximi Tyrii error indicatus. ἀρκέσιον *illud nuncupatum, à Titanibus; qui, Saturni olim iram fugientes, illic sese occultassent. Cnosso ad hoc ipsum iter commodissimum pariter & amœnissimum.*

Antrum quoque Jovis illic, & sepulcrum, visebatur. Cyprianus, De Idol. Van. *Antrum Jovis in Creta visitur, & sepulcrum ejus ostenditur.* Sed de antro, priùs dicam: hinc, quæ ad sepulcrum pertinent, explicabo. In hoc Jupiter educatus ferebatur, à Caprâ Nymphâ, & à cane item aureo custoditus. Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. xxxvj. Ἡνίκα Ῥέα, φοβουμένη Κρόνον, κατέκρυψεν ἐν τῷ κευθμῶνι τῆς Κρήτης τὸν Δία, τότε αὐτὸν ἐξέτρεψεν Αἲξ νύμφη, μαστὸν ὀρέγουσα· τὴν αἶγα δὲ, Ῥέας βουλῇ, κύων Χρύσεος ἐφύλαττεν. *Quo tempore Rhea, Saturnum metuens, Jovem in spelunca Cretæ occultavit, Capra Nympha eum aluit, ubera præbens: Capram verò, Rheâ ita cupiente, canis aureus custodivit.* Erat autem in monte Dictâ. Maximus Tyrius, Dissert. xxviij. Ἐν Δικταίῳ Διὸς τῷ ἄντρῳ κείμενος. *In Dictæi Jovis antro jacens.* Lucretius, lib. II.

Dictæos

Dictæos referunt Curetas, qui Jovis illum
Vagitum in Creta quondam occultâsse feruntur.

Dionysius Halicarnasseus, De Minoë loquens, Ant. Rom. lib. II. Καὶ φοιτῶν εἰς τὸ Δικταῖον ὄρος, ἐν ᾧ τραφῆναι τὸν Δία μυθολογοῦσιν οἱ Κρῆτες ὑπὸ τῶν Κουρήτων, ἔτι νεογνὸν ὄντα, κατέβαινεν εἰς τὸ ἱερὸν ἄντρον. *Ac discedens ad montem Dictæum, in quo Jovem, recens natum, à Curetibus educatum fabulantur Cretenses, descendit in antrum sacrum.* Servius, ad Georg. lib. II. *Antequam regnaret Jupiter, qui est in Dictæo monte nutritus.* Et ipse Virgilius, Georgic. IV.

Nunc age. naturas apibus quas Jupiter ipse
Addidit, expediam: pro quâ mercede, canoros
Curetum sonitus, crepitantiaque æra, secutæ,
Dictæo cæli regem pavere sub antro.

Ubi iterum Servius: *Jovem Ops, Saturni uxor, Curetibus custodiendum dedit in monte Cretæ Dictæo.* Lutatius, ad Achill. lib. II. *Rhea Jovem Nymphis commendavit in monte Cretæ Dictæo.* Aratus, in Phænomenis:

Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο,
Ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν.
Dictæo in odoro, montem prope Idæum,
In antro posuerunt, & aluerunt per annum.

Ac respexit huc Calphurnius, Eclogâ IV.

Jupiter ipse parens, cui tu jam proximus ipse
Cæsar abis, posito paulisper fulmine, sæpe
Cressia rura petit, viridique reclivis in antro
Carmina Dictæis audit Curetica sylvis.

Certè Curetibus furtim à Rheâ Jovem educandum datum, consensu Auctores tradunt. Itaque est corrigendus Athenagoras, in Orat. pro Christ. ubi de Jove agit: Τοῦ νεωτέρου μὲν Οὐρανοῦ καὶ Γῆς, νεωτέρου δὲ Κουρητῶν, οἱ ἐξέκλεψαν αὐτὸν, μὴ ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρός. *Qui Cælo & Tellure junior est; junior etiam Curetibus, qui furtim eum abduxerunt, ne à patre occideretur.* Non rectè hactenus editur: νεωτέρου δὲ Κρητῶν. *Junior etiam Cretensibus.* Et ad furtivam hanc educationem respexit Statius, Achill. lib. III.

Sis

Sis felix, taceasque, precor; quo more tacebat
Creta Rheæ. ——

Alii Idæ monti tribuunt. Diogenes Laërtius, in Vita Pythagoræ, lib. VIII. Εἶτα ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμενίδῃ κατῆλθεν εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον. *Deinde in Creta cum Epimenide deſcendit in Idæum antrum.* Tertullianus, in Apologetico: *Oblitus (Jupiter) antrum illud Idæum, & æra Corybantia, & jucundiſſimum illic nutricis ſuæ odorem.* Neque aliter Diodorus, lib. V. Κατὰ δὲ τὴν Ἴδην, ἐν ᾗ συνέβη τραφῆναι τὸν θεόν, τό, τε ἄντρον, ἐν ᾧ τὴν δίαιταν εἶχε, καθιέρωται, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν λιμένες ὁμοίως ἀνεῖνται, περὶ τὴν ἀκρώρειαν ὄντες. *In Idâ autem, ubi deus hic (Jupiter) educatus eſt, & antrum, in quo vixit, conſecratum eſt, & portus, qui circa montis cacumen ſunt, dedicati.* Verùm, qui ſunt illi portus circa Idam, aut faſtigium ipſius? nam ἀκρώρειαν ita malo interpretari, quàm, quod Rhodomanus facit, promontorium. Omninò corruptum eſſe locum cenſeo, ac legendum: καὶ οἱ περὶ αὐτὸ λειμῶνες ὁμοίως ἀνεῖνται. *Et quæ juxta illud ſunt prata ſimiliter dedicata.* Conſecratum, inquit, eſt & antrum in Ida monte, in quo educatus Jupiter, & quæ juxta illud prata in faſtigio ipſo montis. Nam non portus ulli erant circa montem, qui in media inſula ſitus; & planities in faſtigio habebatur, in qua prata, quæ ſimiliter ſacra erant, ſicut antrum, quod in imo monte erat. Nam in media inſula fuiſſe Idam, non ad mare, neque portus ideò habere ullos potuiſſe, luculentus teſtis Strabo, lib. X: cujus verba proferam ſequenti cap. xx. ubi de hoc monte agam. Campos autem, eosque magnos, in Idâ fuiſſe, clarè Theophraſtus dicit, lib. De Ventis: ἔστι γὰρ πεδία ἐν τοῖς Ἴδης ὄρεσιν εὐμεγέθη. *Sunt enim & campi in Idæ montibus ſatis magni.* Sed diſſidium de antro, in quo educatus Jupiter, quod Auctores quidam Dictæ, alii aſſcribunt Idæ, ſic compono. In Idæo quidem antro, educatus Jupiter fuit; verùm in Dictæo natus: quod confuſum, controverſiam hanc peperit. Atqui natum in Dictæo antro Jovem, &, cùm ad virilem ætatem perveniſſet, urbem quoque juxta Dictam condidiſſe, clarè Diodorus dicit, jam citato à me libro. Ἀνδρωθέντα δ' αὐτὸν (τὸν Δία) φασὶ πρῶτον πόλιν κτίσαι παρὰ τὴν Δίκταν, ὅπου καὶ τὴν γένεσιν αὐτοῦ γενέσθαι μυθολογοῦσιν. *Virum autem factum ipſum (Jovem) ajunt primum urbem condidiſſe juxta Di-*

K *ctam,*

ctam, ubi natum eum esse fabulantur. Atque inde Δίκτη, quasi Τίκτη, appellatus quoque traditur. Etymologici Auctor: εἴρηται (Δίκτη) παρὰ τὸ δίκτη, τίκτα τις, οὖσα, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ τεχθῆναι τὸν Δία. *Dicitur Dicta à* Τίκτω, *Pario, quasi Ticta: quia ibi natus Jupiter memoratur.* Certè natum in Creta Jovem, etiam alii testantur. Minutius Felix, in Octavio: *Cùm cælum, & fulmina, & fulgura, longè antè fuerint, quàm Jupiter in Creta nasceretur.* Arnobius, lib. IV. *Tertius verò (Jupiter,) Saturno (progenitus,) apud insulam Cretam & sepulturæ traditus, & procreatus.* Psellus, in Reductionibus, De Tantalo: Αὐτόν τε γὰρ (τὸν Δία) καὶ τὸν πατέρα τούτου Κρόνον, οἱ μῦθοι ἀπὸ Κρήτης γεννῶσι. *Ipsum enim, (Jovem,) & Saturnum ejus patrem, in Creta natum fabulæ tradunt.* Latinus Pacatus, in Panegyrico: *Cedat his terris terra Cretensis, parvi Jovis gloriata cunabulis.* Et quidem natalis illi urbs Lyctus fuit; Rhea illuc commigrante, cum eum paritura esset, ut Saturnum, liberos suos devorantem, sic evaderet. Docet illud nos Hesiodus, in Theogonia sua:

Πέμψαν δ᾽ ἐς Λύκτον, Κρήτης ἐς πίονα δῆμον,
Ὁππότ᾽ ἄρ᾽ ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν. ———

Miserunt autem Lyctum, Cretæ ad pinguem populum,
Cùm ultimum filiorum esset paritura,
Jovem magnum. ———

Sed legendum ibi censeo; Πέμψαν δ᾽ ἐς Δίκτον. Nam Dictum, sive Dicta, (utroque enim modo efferebant,) mons Cretæ notissimus, sub quo antrum, in quo natum Jovem tradit Diodorus, in citatis statim verbis. Jovem autem, ut in Creta insula natum, ita educatum esse, res est extra controversiam. Non possum itaque, quin emendem Scholiasten Juvenalis, in hac re corruptum nimis. Ubi enim explicat, cur *Municipes Jovis lagenas* Poëta dicat, ita hodie legitur: *Geticas. quia Jupiter ibi nutritus est.* Sine dubio, pro *Geticas*, legendum est, *Creticas.* Ad Dictæum verò antrum quod attinet, in quo natus fuit Jupiter, nemini intrare illud, neque deo, neque homini, licuisse, traditum fuit; certo autem quodam tempore ignem inde effulsisse: & inhabitasse apes, Jovis nutrices. Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. xix. Ἐν Κρήτῃ λέγεται εἶναι ἱερὸν

ἄντρον

ἄντρον μελισσῶν, ἐν ᾧ μυθολογοῦσι τεκεῖν Ῥέαν τὸν Δία· καί ἐστιν ὅσιον οὐδένα παρελθεῖν, οὔτε θεὸν, οὔτε θνητόν. ἐν δὲ χρόνῳ ἀφωρισμένῳ ὁρᾶται καθ' ἕκαστον ἔτος πλεῖστον ἐκλάμπον ἐκ τοῦ σπηλαίου πῦρ. τοῦτο δὲ γενέσθαι μυθολογοῦσιν, ὅτ' ἂν ἐκζέῃ τὸ Διὸς ἐκ τῆς γενέσεως αἷμα. κατέχουσι δὲ τὸ ἄντρον ἱεραὶ μέλισσαι, τροφοὶ τοῦ Διός. *In Creta fertur esse antrum, apibus sacrum; in quo Rheam peperisse Jovem tradunt: & vel deum, vel hominem quenquam, præterire, est religio. Certo autem cujusque anni tempore plurimus cernitur ex antro effulgens ignis. fierique id fabulantur tunc, cùm sanguis de Jovis partu effervescit. Obtinent verò antrum istud apes, Jovis nutrices.* Tradit porrò, ingressos esse quodam tempore Laium, Colœum, Cerberum, & Ægolium, mellis auferendi causâ: ac, cùm illud abstulissent, fasciasque item Jovis, quibus involutus fuerat, conspexissent, ab irato ideò Jove in ejusdem nominis aves commutatos. Εἰς τοῦτο παρελθεῖν ἐθάῤῥησαν Λάϊος, καὶ Κολοιός, (ita enim ibi lego, non, ut editum est, Κελεός,) καὶ Κέρβερος, καὶ Αἰγωλιός, ὅπως πλεῖστον ἀρύσωνται μέλι· καὶ περιθέμενοι περὶ τὸ σῶμα πάντη χαλκὸν, ἠρύσαντο τοῦ μέλιτος τῶν μελισσῶν, καὶ τὰ τοῦ Διὸς ἴδον σπάργανα, καὶ αὐτῶν ὁ χαλκὸς ἐῤῥάγη περὶ τὸ σῶμα. Ζεὺς δὲ βροντήσας, ἀνέτεινε τὸν κεραυνόν· Μοῖραι δὲ, καὶ Θέμις, ἐκώλυσαν. οὐ γὰρ ἦν ὅσιον αὐτόθι θανεῖν οὐδένα. καὶ ὁ Ζεὺς πάντας αὐτοὺς ἐποίησεν ὄρνιθας. καί ἐστιν ἐξ αὐτῶν τὸ γένος τῶν οἰωνῶν, λάϊοι, καὶ κολοιοὶ, καὶ κέρβεροι, καὶ αἰγωλιοί. *Hoc antrum intrare ausi sunt, Laïus, Colæus, Cerberus, & Ægolius, mellis multi inde hauriendi causâ: ac, corpore undique ære tecto, mel hauserunt, & viderunt fascias Jovis. Tum & æs, quo corpus suum communierant, ruptum fuit; Jupiterque edito tonitru, jam & fulmen intendebat: sed id Parcæ, atque Themis, vetuere: quasi nefas esset ibi mori quenquam. itaque Jupiter eos omnes aves fecit; suntque ab iis avium genera: laii, graculi, cerberi, ululæ.* In Idæ antro, ipso ostio, donaria erant; & populus nigra, fructum ferens. Theophrastus, Hist. Anim. lib. III. cap. v. Ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ αἴγειροι κάρπιμοι πλείους εἰσί· μία μὲν, ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ἄντρου ἐν τῇ Ἴδῃ, ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα ἀνάκειται. *In Creta verò populi nigræ fructum ferentes sunt multæ: una quidem, in antri, quod in Idâ est, ostio, ubi donaria dedicata asservantur.* Plinius pro populo nigrâ salicem refert, memoriâ lapsus, lib. XVI. cap. xxvj. *Una (salix) tamen proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descen-*

su Jovis speluncæ. In interiore, erat thronus quidam, Jovi stratus. Cyrillus, ex Porphyrio, contra Julianum, lib. X. *Ut autem descendit in antrum, quod vocatur Idæum, habens nigra sacrificia, legitimos tres & novem dies ibi mansit: & descendens, spectavit secundùm consuetudinem Jovi stratum illic thronum.* Iu hoc antro Minos cum Jove nono quoque anno se conversari simulabat. Plato, in dialogo Minoë: Ἐφοίτα οὖν δι' ἐνάτου ἔτους εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως. *Frequentavit nono quoque anno Jovis antrum Minos.* Maximus Tyrius, Dissert. XXII. Τί δὲ οἱ Κρῆτες; ἢ σοὶ οὐ δοκοῦσιν ὑπὸ βασιλεῖ τῷ Μίνῳ κοσμηθέντες καλῶς, ἀγασθέντες τῆς ἀρετῆς, διδάσκαλον αὐτῷ ἐπιφημίσαι τὸν Δία; εἶναι μὲν αὐτόθι ἐν τῇ Ἴδῃ ἄντρον Διὸς, φοιτῶντα δὲ τὸν Μίνω δι' ἐνάτου ἔτους, συγγινόμενον τῷ Διῒ, μανθάνειν παρ' αὐτοῦ τὰ πολιτικά; *Quid autem Cretenses? nonne eos æquum est credere, cùm pulcrè à Minoë ornati essent, virtutem viri admiratos, præceptorem ipsi Jovem tribuisse? & antrum ibi in Idâ monte exstitisse, quod frequentans nono quoque anno, cum Jove in eo ageret, & ab illo item disceret rerum civilium peritiam?* Diodorus, lib. V. θεῖναι δὲ καὶ νόμους (τὸν Μίνωα) τοῖς Κρησὶν οὐκ ὀλίγους, προσποιούμενον παρὰ Διὸς τοῦ πατρὸς λαμβάνειν, συνερχόμενον εἰς λόγους αὐτῷ κατά τι σπήλαιον. *Ac non paucas leges (Minoëm) Cretensibus tulisse, fingentem se à Jove patre has accepiße, ad colloquium ipsius in speluncam quandam venire solito.* Meminere item alii; & in his Jamblichus quoque, lib. I. cap. v. Ingressus quoque est Epimenides, atque illic multos annos somnum cepit. Maximus Tyrius id narrat, sed confundit, sicut alii, cum Dictæi Jovis antro, Dissert. XXVIII. Ἀφίκετό ποτε ἀνὴρ Κρὴς Ἀθήναζε, ὄνομα Ἐπιμενίδης, κομίζων λόγον, οὕτωσι ῥηθέντα, πιστεύεσθαι χαλεπόν· ἡμέρας ἐν Δικταίου Διὸς τῷ ἄντρῳ κείμενος ὕπνῳ βαθεῖ ἔτη συχνὰ, ὄναρ ἔφη ἐντυχεῖν αὐτὸς θεοῖς, καὶ θεῶν λόγοις. *Cretensis quidam Athenas venit, Epimenides nomine; qui adferebat quædam creditu haud facilia: se, cùm aliquando interdiu in Dictæi Jovis antrum secessisset, annos multos somno profundo oppressum, in deos, & eorum sermones incidiße.* Et errorem quidem Maximi, Diogenes Laërtius arguit; qui disertè memorat Idæum antrum, ac Pythagoram cum eo ingressum fuisse. Verba, in Pythagoræ Vita, ecce tibi, lib. VIII. Εἶτα ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμενίδῃ κατῆλθον εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον. *Deinde in Creta cum Epime-*

Epimenide descendit in Idæum antrum. Atque id Ἀρκέσιον nuncupatum fuit à Titanibus; quod, Saturnum fugientes, ejus ope salvi evaserint. Etymologici Auctor: Ἀρκέσιον. οὕτω καλούμενον ἄντρον τῆς Κρητικῆς Ἴδης· παρὰ τὸ ἀρκέσαι, τὸ βοηθῆσαι. φασὶν αὐτὸ ὑπὸ Κουρήτων ὀνομασθῆναι· ὅτι τὸν Κρόνον αὐτοῖς φεύγουσι, καὶ εἰς αὐτὸ καταδῦσι, καὶ κρυπτομένοις, ἐπήρκεσεν. *Arcesium. ita appellatum est antrum Idæ Creticæ; ab* Ἀρκέσαι, *quod est, Opitulari. Ajunt ipsum à Curetibus nomen istud accepisse; quod Saturnum fugientibus, cùm ingressi istud essent, ac se illic occultarent, opem tulerit.* Ad hoc antrum Cnosso euntibus, via erat commodissima pariter & amœnissima. Eleganter hanc describit nobis Plato, De Leg. lib. I. Πάντως δή γε ἐκ Κνωσοῦ ὁδὸς εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ ἱερὸν, ὡς ἀκούομεν ἱκανή· καὶ ἀνάπαυλαι κατὰ τὴν ὁδὸν, ὡς εἰκὸς, πνίγους ὄντος τανῦν, ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσίν εἰσι σκιαραί. καὶ μήν ἐστί γε, ὦ ξένε, προϊόντι κυπαρίττων τε ἐν τοῖς ἄλσεσιν ὕψη καὶ κάλλη θαυμάσια, καὶ λειμῶνες, ἐν οἷσιν ἀναπαυόμενοι διατρίβωμεν ἄν. *Omnino sanè è Cnosso ad Jovis antrum, ac fanum, via, ut audimus, satis commoda est; ac, siquidem jam æstus est, mansiones juxta viam, uti convenit, sub arboribus excelsis umbrosæ. Ac sanè, hospes, ulteriùs progredienti sunt in sylvis cupressi miræ altitudinis, & pulcritudinis: & prata, in quibus requiescentes sermonem serere possimus.*

CAP. IV.

Sepulcrum Jovis, idque Cnossi. Inscriptio ejus, variè commemorata. Cretenses eo nomine à Callimacho mendacii accusati: & ex eo item à Theologis quibusdam Græcis, ac Latinis. Ad quæ usque tempora commemoretur, & à quibus item Auctoribus: ac, quando deniqueperierit.

Postquam de Idæo antro, & Dictæo, hoc nativitatis loco, illo educationis, verba feci, consequens est, ut jam de sepulcro Jovis, quæ Veteribus memorata sunt, exponam. Meminere ejus plures; inter quos est Mela, lib. II. cap. vij. *Ibi sepulti Jovis penè clarum vestigium sepulcrum est: cui nomen ejus inscriptum esse, accolæ ostendunt.* Lucianus, in Timone: Ἐπιδείξαις τινὰ χολὴν ἀνδρώδους καὶ νεανι-

νεανικοῦ Διὸς, εἰ μὴ ἀληθῆ ἐστι τὰ ὑπὸ Κρητῶν περὶ σοῦ, καὶ τῆς σῆς ταφῆς μυθολογούμενα. *Ostendi iram aliquam strenui ac juvenilis Jovis: nisi vera sunt, quæ à Cretensibus de te, tuaque sepulturâ, fabulosè feruntur.* Theophilus, ad Autolycum, lib. I. Καὶ ὁ μὲν Ζεὺς, παῖς Κρόνου, βασιλεὺς Κρητῶν γενόμενος, ἔχει τάφον ἐν Κρήτῃ. *Ac Jupiter quidem, Saturni filius, qui Rex Cretæ fuit, sepulcrum in Creta habet.* Arnobius, lib. IV. *Tertius verò (Jupiter) Saturno (progenitus) apud insulam Cretam, & sepulturæ traditus.* Oracula Sybillina, lib. VIII.

—— ποῦ Ῥείης, ἠὲ Κρόνοιο,
Ἠὲ Διὸς γενεὴ, καὶ πάντων ὧν ἐσεβάσθης
Δαίμονας ἀψύχους, νεκρῶν εἴδωλα καμόντων;
Οὓς Κρήτη καύχημα τάφου ἡ δύσμορος ἴσχει.
—— ubi Rheæ Saturnique propago,
Aut Jovis? & quorum tot relligiosa colebas
Manes exanimos, simulacraque luce carentum?
Infelix quorum se jactat Creta sepulcris.

Erat autem Cnossi. Lactantius, lib. I. cap. xj. *Et sepulcrum ejus (Jovis) est in Creta, in oppido Gnosso.* Ac sepulcri inscriptionem memorat Chrysostomus, in Epistolam Pauli ad Titum, Hom. III. οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τοῦ Διὸς, ἐπιγράφοντες τοῦτο. ἐνταῦθα κεῖται Ζὰν, ὃν Δία κικλήσκουσι. *Cretenses sepulcrum Jovis habent, ita inscriptum: Hîc Zan jacet, quem Jovem vocant.* Cyrillus, à Pythagora eam esse refert. Ecce verba, contra Julianum, lib. X. *Descendit in antrum, quod vocatur Idæum, habens nigra sacrificia; legitimos tres & novem dies ibi mansit: & descendens, spectavit secundùm consuetudinem Jovi stratum illic thronum, insculpsitque in sepulcro epigramma. Pythagoras Jovi. Summus hic magnus jacet Zan, quem Jovem appellant.* Aliter inscriptionem Lactantius memorat, loco citato. *Inque sepulcro ejus est inscriptum antiquis literis Græcis:* ὁ Ζεὺς τοῦ Κρόνου. Scholiastes Callimachi, per errorem factum tradit; vitiatâ temporis tractu inscriptione, in hunc modum, ad Hymn. I. Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο· Μίνωος τοῦ Διὸς τάφος. τῷ χρόνῳ δὲ, τὸ τοῦ Μίνωος ἀπηλείφθη· ὥστε περιλειφθῆναι, τοῦ Διὸς τάφος. *In Creta, in sepulcro Minois inscriptum erat; Minois Jovis sepulcrum: temporis progreßu verò, illud MINOIS deletum fuit, ita ut relinqueretur,*

JOVIS SEPULCRUM. Aliter rurſum Cedrenus: Καὶ μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν καὶ ταφὴν τὴν ἐν τῇ Κρήτῃ, κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ, οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ ναὸν καὶ μνημεῖον οἰκοδομήσαντες κατέθαψαν, ᾧ καὶ οὕτως ἐπέγραψαν· Ἐνθάδε κεῖται θανὼν Πῖκος, ὁ καὶ Ζεύς. *Cùm mortuus eſſet; & ſepultus in Creta, ut mandaverat, ejus neceſſarii fanum ipſi & monumentum condentes, inſcripſerunt: Hic ſepultus eſt poſt mortem Picus, qui & Jupiter.* Callimachus ipſe, mendacii Cretenſes arguit, iſtis verbis:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ᾽ οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Cretenſes ſemper mendaces. etenim ſepulcrum, ô Rex, tuum
Cretenſes fabricârunt: tu autem non mortuus es, ſed ſemper exiſtis.

Mendacii arguit & Lucanus, extremo VIII.

Tam mendax Magni tumulo, quàm Creta Tonantis.

Et Nonnus, Dionyſiac. lib. VIII.

Οὐ γὰρ ἀεὶ παρέμιμνε Διὸς ψευδήμονι τύμβῳ,
Τερπομένη Κρήτεσσιν, ἐπεὶ πέλον ἠπεροπῆες.

Nec enim ſemper manebat apud Jovis mendacem tumulum,
Oblectata Cretenſibus, cùm eſſent mendaces.

Et ex Callimacho, quem citavi, Clemens, in Protreptico: Ζήτει σου τὸν Δία· μὴ τὸν οὐρανόν, ἀλλὰ τὴν γῆν πολυπραγμόνει. ὁ Κρής σοι διηγήσεται, παρ᾽ ᾧ καὶ τέθαπται. Καλλίμαχος ἐν Ὕμνοις,

—— καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· ——

Quære Jovem tuum; ne ſcruteris curioſè cœlum, ſed terram. Narrabit tibi Cretenſis, apud quem ſepultus eſt: Callimachus, in Hymnis:

—— etenim ſepulcrum, ô Rex, tuum
Cretenſes fabricârunt. ——

Sedulius, in Epiſtolam Pauli, ad Titum: *Callimachus Cyrenenſis de laudibus Jovis contra Cretenſes dixit, qui dicebant, apud eos ſepultum, quem credebant raptum in cœlum.* Hieronymus, in eandem Epiſtolam: *Sunt qui putant hunc verſum de Callimacho Cyrenenſi ſumtum, & aliquâ ex parte non errant. Siquidem & ipſe in laudibus Jovis adverſus Cretenſes ſcriptitans, qui ſepulcrum ejus ſe oſtendere gloriabantur, ait: Cretenſes ſemper mendaces, qui & ſepulcrum ejus ſacrilegâ mente fabricati ſunt.* Videndus etiam Origenes, contra

tra Celſum, lib. III; & Epiphanius, Adverſ. Hær. lib. I. Tom. iij. Aliquid quandoque in hoc à Cretenſibus peccatum: ſed quo modo, in incerto eſt: & Antiochus Sophiſta cauſam egit. Philoſtratus, in ejus Vita, Sophiſt. lib. II. Ἄρισα δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν Κρητῶν ἀπολελόγηται, τῶν κρινομένων ἐπὶ τῷ τοῦ Διὸς σήματι. *Optimè quoque pro Cretenſibus cauſam dixit, ob ſepulcrum Jovis accuſatis.* Atque exſtitiſſe quidem hoc ſepulcrum, etiam ſuo tempore, teſtis eſt Cicero, De Nat. Deor. lib. III. *Tertium (Jovem) Cretenſem, Saturni filium: cujus in illa inſula ſepulcrum oſtenditur.* Et coætaneus ipſi, Diodorus Siculus, ubi de hoc Jove agit, lib. III: Προσαγορεῦσαι δὲ καὶ τὴν νῆσον ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἰδαίαν, ἐν ᾗ καὶ τελευτήσαντα ταφῆναι, δεικνυμένου τοῦ τῆς ταφῆς τόπου μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων. *Ac inſulam ab uxore ſua Idæam appellaſſe; in qua etiam mortuus ſepulcrum acceperit: cujus locus etiam ad noſtra uſque tempora oſtendatur.* Et, qui ſub Trajano vixit, Lucianus, in Jove Tragædo: οἵ γε ἐκ Κρήτης ἥκοντες, ἄλλα ἡμῖν διηγοῦνται, τάφον τινὰ κἀκεῖθι δείκνυσθαι, καὶ στήλην ἐφεστάναι, δηλοῦσαν, ὡς οὐκέτι βροντήσειεν ἂν ὁ Ζεὺς, τεθνεὼς πάλαι. *Qui huc ex Creta commeant, alia nobis narrant; ſepulcrum quoddam illic oſtendi, atque cippum juxta ſtare, qui ſignificet, non tonare ampliùs Jovem, olim jam vitâ functum.* Theophilus, qui ſub Antonino Vero vixit, ad Autolycum, lib. II. Εἰς Κρήτην (ἐπορεύθη ὁ Ζεὺς) ὅπου καὶ τάφος αὐτοῦ ἕως τοῦ δεῦρο δείκνυται. *In Cretam (conceſſit Jupiter,) ubi & ſepulcrum ejus etiam hodie oſtenditur.* Et ſub Alexandro Mamææ Origenes, contra Celſum, lib. III. Καταγελῶμεν τῶν προσκυνούντων τὸν Δία, ἐπεὶ τάφος αὐτοῦ ἐν Κρήτῃ δείκνυται. *Ridemus eos qui Jovem adorant, quandoquidem ſepulcrum ipſius apud Cretenſes oſtenditur.* Etiam ætate eâdem Minutius Felix, in Octavio: *Jupiter Cretæ, excluſo patre, regnavit; illic obiit, illic filios habuit: adhuc antrum Jovis viſitur, & ſepulcrum ejus oſtenditur.* Ac non multo poſt, ſub Valeriano, & Gallieno, Cyprianus, De Idol. Van. *Antrum Jovis in Creta viſitur, & ſepulcrum ejus oſtenditur.* Denique, ſub Conſtantio, & Conſtante, Julius Firmicus, De Err. Prof. Relig. *A vanis Cretenſibus adhuc mortui Jovis tumulus adoratur.* Ac periiſſe mox exiſtimo, magno illo terræ motu, primo Valentiniani & Valentis conſulatu, quo interciderunt urbes plures centum; uti ſupra à me dictum, cap. xv.

ac

ac duravit annos circiter bis mille trecentos viginti ſeptem: ſiquidem id intervallum à morte ipſius, & initio Regis Cretis, ejus filii, qui ſucceſſit, ad hoc tempus, computamus. Tumulum autem quendam oſtenſum ſuo ævo, refert Pſellus, qui ſub Conſtantino Duca, ante annos circiter ſexcentos vixit, in Reductione De Tantalo. Ἀυτόν τε γὰρ (τὸν Δία,) καὶ τὸν πατέρα τούτου Κρόνον, οἱ μῦθοι ἀπὸ Κρήτης γεννῶσι. καὶ τὸν μὲν, οὐκ ἴσασιν, ὅπου γῆς κατορώρυκται· τοῦ δὲ, τὸν ἐπὶ τῷ τάφῳ δεικνύουσι κολωνόν. *Et ipſum enim, (Jovem,) & Saturnum, ejus patrem, fabulæ in Creta natum eſſe dicunt. & hic quidem, ubi terrarum ſit ſepultus, ignorant: hujus verò, ſupra ſepulcrum tumulum oſtendunt.*

CAP. V.

Montes ejus; Ida, in mediâ inſulâ ſita. Sol illic ante ortum videbatur. Magnitudo. In ejus ſummo collis πότνια: *unde* ἱερὰ πότνια *dicta. Morycus. Arbius. Jupiter Arbius. Hieron. Panacra. Carma. Alyſis. Jupiter Alyſius. Styracium. Apollo Styracites. Cedrius. Aſteruſia. Ab eo urbs in Indiâ quædam, Cretenſium colonia. Berecynthus. Diodori Siculi locus reſtitutus. Ignis uſus ibi inventus; & æris ferrique natura, ac præparatio. Tityrus. Dictynnæ fanum. Montes Albi. Solini locus illuſtratus. In his ſylvæ, ac cupreſſi. Nomina eorum; Cadiſcus & Dicta. Unde nomen habeat. Quàm longè ab Ida abfuerit. Arati, & Theonis, error indicatus. Servius correctus. Callimachi ſententia, de cauſa nominis, exploſa. Jupiter, ut quidam volunt, ibi natus: qui adultus, urbem quoque illic condidit. Sacrum ibidem arcanum fieri ſolitum. Montes iſti, olim etiam habitati, & fructus varios ferebant. Antenoridarum tumulus. Promontoria. Tota inſula montoſa, ac ſylvis denſa; ideoque equitatui minus commoda.*

Poſtquam urbes, atque loca item alia, memoravimus, conſectaneum eſt ut montes, fontes, fluviosque referamus. Et in montibus,

Ida occurrit. De quo Strabo, lib. X. ἴδη γὰρ τὸ ὄρος τό, τε Τρωϊκὸν, καὶ τὸ Κρητικόν. *Ida enim mons eſt & Trojæ, & Cretæ.* Vibius Sequeſter,

De mont. *Ida, in Troade: alius, in Cretâ.* Tacitus, Hist. lib. V. *Inclytum in Creta Idam montem.* Erat verò in media insula, ubi latissima censebatur, cæterosque Cretæ montes altitudine excellebat; stadia habens in circuitu sexaginta, optimasque circùm urbes. Strabo: Ἐν μέσῳ δ᾽ ἐστὶ καὶ τὸ εὐρυχωρότατον τῆς νήσου τὸ Ἴδαιον ὄρος, ὑψηλότατον τῶν ἐκεῖ, περιφερὲς δ᾽ ἐν κύκλῳ σταδίων ἑξήκοντα· περιοικεῖται δ᾽ ὑπὸ τῶν ἀρίστων πόλεων. *In medio insulæ, quà latissima est, mons est Ida, altissimus omnium qui in ea sunt; rotundus, ambitu stadiorum sexaginta: circumhabitatur verò ab optimis urbibus.* Et altitudinis quidem indicium, quod sol illic ante ortum videretur. Solinus, cap. xvij. *Præter cæteros (montes) Ida est, qui ante solis ortum solem videt.* Certè altitudinem summam etiam Diodorus tradit, de eo agens, lib. V. Τοῦ τόπου δ᾽ ὄντος ὑψηλοῦ καθ᾽ ὑπερβολήν. *Loco verò illo majorem in modum excelso existente.* Magnitudinem celebrat quoque Dionysius Alexandrinus, in sua Descript. orbis.

Ἴδη καλλικόμοισιν ὑπὸ δρυσὶ τηλεθόωσα·
Καὶ τῆς τοι μέγεθος περιώσιον. ———
Ida pulchricomis sub quercubus eminus virescens:
Atque hujus quidem magnitudo ingens. ———

Ubi illud quoque observa; sylvam in ea exstitisse. In summo ejus, collis erat, Πύτνα dictus: à quo urbs Ἱερὰ Πύτνα. Strabo: Τῆς δὲ Ἴδης λόφος, Πύτνα· ἀφ᾽ οὗ Ἱερὰ Πύτνα ἡ πόλις. *Idæ verò collis, Pytna est: unde urbs Hierapytna.*

Morycus. Commemoratur Plinio, lib. IV. cap. xij. Sed legendum ibi, *Corycus:* ut supra à me dictum, cap. viij.

Arbius. A quo etiam Jupiter Arbius. Stephanus: Ἔστι καὶ ἐν Κρήτῃ Ἄρβιος ὄρος, ἔνθα τιμᾶται Ἄρβιος Ζεύς. *Est & in Creta mons Arbius, ubi Jupiter Arbius colitur.*

Hieron. Commemoratur Ptolemæo. Hujus meminit Antoninus Liberalis, canemque aureum custodem à Jove appositum esse dicit, Metamorph. cap. xxxvj. Τὸν δὲ κύνα τὸν χρύσεον ἀπέδειξε φυλάττειν τὸ ἱερὸν ἐν Κρήτῃ. *Canem verò aureum Hieri in Creta custodem constituit.*

Panacra. In ipso Idâ: erantque apes illic plurimæ. Callimachus, Hymno in Jovem:

Γέντο γὰρ ἐξαπιναῖα Πανακρίδος ἔργα μελίσσης,
Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τά τε κλείουσι Πάνακρα.
Exstiterunt enim subitò opera Panacridis apiculæ,
Idæis in montibus; quos vocant Panacra.

Stephanus: Πάνακρα, ὄρη Κρήτης. *Panacra, montes Cretæ.*

Carma. Meminit Plinius, lib. XXI. cap. xiv.

Alysis. A quo Jupiter, Alysius dictus. Theon, in Aratum: Ἔστιν Ἀλυσίου Διὸς τέμενος, παρὰ τὸ παρακείμενον ἐκεῖ ὄρος Ἄλυσις. *Est Alysii Jovis fanum, à monte Alysi adjacente.*

Styracium. Illic Apollo Styracites colebatur. Stephanus: Στυράκιον, ὄρος Κρήτης· οἱ οἰκοῦντες, Στυρακῖται. Στυρακίτης γὰρ Ἀπόλλων. *Styracium, mons Cretæ; qui inhabitant, Styracitæ: Apollo etenim Styracites.*

Cedrius. Juxta Idam erat. Theophrastus, Hist. Plant. lib. III. cap. v. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ πλησίον ὄρει τῆς Ἴδης, ἐν τῷ Κεδρίῳ καλουμένῳ. *Sunt etiam in vicino Idæ monte, quem Cedrium vocant.*

Asterusia. Ad australem partem erat, mare spectans: unde & in Indiâ urbs Asterusia, Cretensibus hinc in coloniam missis. Stephanus: Ἀστερουσία, ὄρος Κρήτης, πρὸς νότιον μέρος, ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν. ἀφ' οὗ καὶ πόλις ἐπὶ τὸν Καύκασον Ἰνδικὴ Ἀστερουσία κέκληται, Κρητῶν ἀποικίας ἐκεῖσε σταλείσης. *Asterusia, mons Cretæ, ad australem partem situs, versus mare: à quo & urbs Indica ad montem Caucasum Asterusia appellata est, missâ illuc Cretensium coloniâ.* Eustathius, ad Iliad. β' ἔστι δὲ καὶ Ἀστερουσία Κρήτης, φασὶν, ὄρος· καὶ πόλις, περὶ τὸν Ἰνδικὸν Καύκασον. *Est verò etiam Asterusia Cretæ, ut ajunt, mons: item urbs, ad Caucasum Indicum sita.*

Berecynthus. Erat in territorio Apteræorum: ac Idæi Dactyli ibi traduntur invenisse cùm ignis usum, tum æris & ferri naturam, ac præparationem. Diodorus Siculus, lib. V. Οἱ δ' οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ πυρὸς χρῆσιν, καὶ τὴν τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, τῆς Ἀντισαπτεραίων χώρας περὶ τὸν καλούμενον Βερέκυνθον, καὶ τὴν ἐργασίαν δι' ἧς κατασκευάζεται. *Cæterùm Idæi Dactyli in Creta traduntur invenisse usum ignis, & æris ferrique naturam, in Berecyntho, Antisapteræorum regionis monte: tum etiam ejus præparandi rationem.* Sed corruptus est hic locus. Nam quis Antisapte-

ræos unquam in Creta fando audivit? Censeo legendum esse: τοῦ σιδήρου φύσιν (παραδέδονται) ἐξευρόντες, ἐν τῇ Ἀπτεραίων χώρᾳ, περὶ τὸ καλούμενον Βερέκυνθον. *Ferri naturam (traditi sunt) invenisse, in Apteræorum regione, juxta montem Berecynthum appellatum.* De Aptera verò urbe, dixi supra, cap. vj.

Tityrus. Erat in Cydoniæ agro: & habebat fanum Dictynnæ. Strabo, lib. X. Τῆς μέντοι Κυδωνίας, ὄρος ἐστὶ Τίτυρος· ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον, ἀλλὰ Δικτυνναῖον. *Cydoniæ autem, est mons Tityrus: in quo fanum, non Dictæum, sed Dictynnæum.* Meminit etiam montis Phranzes, sed plurali numero ponit, Chron. lib. I. cap. xxxvj. *Cydonia verò, comparatione fuit maxima; ad occidentem, & fines insulæ, posita: montes vicini, & sublimes, Tityri vocantur.*

Montes Albi. Ptolemæus, lib. III. ὄρη δὲ ἐστὶν ἐπίσημα ἐν τῇ Κρήτῃ, τὰ Λευκὰ καλούμενα ὄρη. *Montes verò in Creta sunt insignes, qui appellantur Montes Albi.* Erant verò in parte insulæ occidentali; & habebant longitudinem stadiorum trecentorum: ac crepidinem quasi quandam, mari objectam, statuebant, in angustum desinentem. Strabo nobis sic describit, istis verbis: Τῶν δ' ὀρῶν τὰ μὲν πρὸς δύσιν, καλεῖται Λευκὰ, οὐ λειπόμενα τοῦ Ταϋγέτου κατ' ὕψος· ἐπὶ τὸ μῆκος δ' ἐκτεταμένα ὅσον τριακοσίων σταδίων, καὶ ποιοῦντα ῥάχιν, τελευτῶσάν πως ἐπὶ τὰ στενά. *De montibus, qui versus occasum sunt, Albi dicuntur, altitudine Taygeto non cedentes; in longitudinem, porrecti ad trecenta stadia: efficiuntque littoream crepidinem, in angustum quodammodo desinentem.* Callimachus numero singulari eos nominat, Hymno in Dianam:

—— βαῖνε δὲ κούρη
Λευκὸν ἐπὶ Κρηταῖον ὄρος, κεκομημένον ὕλῃ.

—— ibat autem puella
Album in Cretensem montem, frondescentem sylvâ.

Ubi Scholiastes: Ἑνικῶς οὕτως εἴρηκε, Λευκὰ γὰρ ὄρη λέγονται πληθυντικῶς. *Singulariter ita dixit: siquidem pluraliter Montes Albi dicuntur.* Et observa sylvam in iis, in Callimachi istis verbis. Ac cupressi illic erant. Theophrastus, Hist. Plant. lib. IV. cap. j. Ἐν Κρήτῃ γοῦν φασιν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι, καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὅπερ οὐδέποτε λείπει χιὼν, κυπάριττον εἶναι. *Itaque in Creta ajunt, in Idæis montibus, atque Albis appellatis, in culminibus, ubi nix nunquam*

quam deficit, cupressum esse. Quæ transscripsit ita Plinius, ubi de cupresso agit, lib. XVI. cap. xxxiij. *In Creta, quocunque loco terram moverit quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat: Illa verò, etiam non appellato solo, ac sponte, maximeque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima.* Ratio nominis manifesta; quia summa eorum juga semper nivibus alberent: uti vidimus in citatis Theophrasti, & Plinii, verbis. Fuerint verò illi montes, proprio seorsim nomine appellati, Cadiscus, & Dicta. Colligo ex Solini verbis, Polyhist. cap. xvij. *Albet (Creta) jugis montium, Dictynnæi, & Cadisci: qui ita excandescunt, ut eminus navigantes magis putent nubila.* Ubi montes ille Dictynnæos dicit, quos Dictæos omnes alii; quia hinc Dictynna se præcipitavit: ut mox dicam. Et proferebant dupliciter, Δίκτη, & Δίκτον. Etymologici Auctor: Δίκτη, ὄρος τῆς Κρήτης, καὶ ἄκρα, κειμένη κατὰ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. καλεῖται δὲ καὶ οὐδετέρως. *Dicta, mons Cretæ; & promontorium, versus mare Libycum. Effertur verò & neutro genere.* Ac neutro quidem, usurpatur ab Arato; & Hesiodo, ut ego quidem emendandum monui supra, cap. xviij. Et

Cadiscus quidem iste, etiam Plinio memoratur. *Montes (Cretæ) Cadiscus, Idæus, Dictæus, Morycus.* De

Dictâ autem, ita Stephanus: Δίκτη, ὄρος Κρήτης. *Dicta, mons Cretæ.* Totidem verbis Scholiastes Callimachi, Hymno in Jovem; & Isacius Tzetzes in Lycophronem. Situs verò mons hic erat versus mare Lybicum. Etymologici Auctor: Δίκτη, ὄρος τῆς Κρήτης, καὶ ἄκρα, κειμένη κατὰ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. *Dicta, mons Cretæ, & promontorium, versus mare Libycum situm.* Arato Dictum appellatur, in Phænomenis; ac prope Idam collocatur.

> Δίκτῳ ἐν εὐώδει, ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο.
>
> *In Dicto suaveolenti, prope montem Idæum.*

Ubi Theon. Δίκτον, ἀκρωτήριον τῆς Κρήτης, πλησίον τῆς Ἴδης, τοῦ Κρητικοῦ ὄρους. *Dictum, promontorium Cretæ, propè Idam, montem Cretensem.* Verùm errat ipse, & Interpres ejus: quippe mille stadiorum intervallum inter montem utrumque erat: idque olim etiam notavit Strabo. Καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλησίον. οὐχ, ὡς Ἄρατος,

——— σχεδὸν ὄρεος Ἰδαίου.

καὶ γὰρ χιλίους (σταδίους) ἡ Δίκτη τῆς Ἴδης ἀπέχει. *Etenim in propinquo est Dicta; non, ut Aratus ait,*

——— *propè montem Idæum.*

Nam mille (stadiis) Dicta ab Ida distat. Ex hoc monte Britomartis, Minöem persequentem fugiens, cùm præcipitem se dedisset, & in retia piscatorum, quæ dicuntur Δίκτυα Græcis, incidisset, ipsa quidem Dictynna appellata fuit, ac mons Dicta. Callimachus, Hymno in Dianam, ubi hanc de Britomarti fabulam narrat;

——— ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμφαν μὲν, Δίκτυνναν, ὄρος δ᾽ ὅθεν ἥλατο νύμφη,
Δικταῖον καλέουσιν. ———

——— *Unde posteà Cydonii*
Nympham quidem, Dictynnam; montem verò, è quo ea desiliit,
Dictæum vocant. ———

Servius, de hoc monte agens, & casu Britomartis, Æneid. III. *Mons dictus est à Nymphâ Dicte, quæ ibi colitur, quam cùm minùs Rex amaret, & insequeretur per loca avia, illa se amore castitatis præcipitem dedit: & excepta piscatorum retibus, in vitam reducta est. à qua Rex abstinuit, & nomine ejus Dictæa loca appellari jussit.* Sed corrupta in principio verba illa sic restituo. *quam cùm Minos Rex amaret.* Sed Callimachi hanc sententiam à nonnullis olim etiam explosam, tradit Strabo: οὐκ εὖ γὰρ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασὶν, ὡς ἡ Βριτόμαρτυς, φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα· καὶ διὰ τοῦτο αὕτη μὲν, Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνίων προσαγορευθείη· Δίκτη δὲ, τὸ ὄρος. *Ac neque Callimachum rectè dixisse ajunt, Britomartyn, vim Minois fugientem, à Dictâ desiliisse in piscatorum retia; ideoque ipsam quidem, à Cydoniis Dictynnam; montem verò, Dictam appellatum esse.* Idem quoque est videre apud Diodorum Siculum, lib. V. Alia verò nominis istius ratio à Phurnuto memoratur, lib. De Nat. Deorum, capite penultimo. Natum autem illic Jovem, & adultum oppidum ibidem quoddam, quod destructum suâ jam ætate esset, condidisse, refert idem Diodorus, libro eodem. Ἀνδρωθέντα δ᾽ αὐτὸν (τὸν Δία) φασι πρῶτον πόλιν κτίσαι παρὰ τὴν Δίκταν, ὅπου καὶ τὴν γένεσιν αὐτοῦ γενέσθαι μυθολογοῦσιν, ἧς ἐκλειφθείσης ἐν

τοῖς

τοῖς ὕστερον χρόνοις, διαμένειν ἔτι καὶ νῦν ἔρματα τῶν θεμελίων. *Ac virum factum ipsum (Jovem) ajunt, primum urbem condidisse ad Dictam, in qua natus perhibetur, cujus posteà destructæ, fundamentorum reliquiæ supersunt.* Ac fortasse est hoc ipsum, quod in nomine Dictam montem repræsentat; & Dictamnum Ptolemæo, & Dictynna Melæ dicitur: uti supra à me dictum, cap. ix. De nativitate Jovis in hoc monte, confirmatur ab Agathocle Babylonio: qui & addit, sacrum ibi fieri arcanum solitum. Ecce verba, è libro primo De Cyzico, apud Athenæum, lib. ix. Μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίκτης, ἐν ᾗ καὶ ἀπόρρητος γίνεται θυσία. *Fabulantur in Creta fuisse Jovis nativitatem in Dicta, in quo sacrum item fit arcanum.* Sed de Britomarty, sive Dictynnâ, alio loco sum dicturus; sicut & de antro Jovis, quod nonnulli exstitisse illic tradunt: etiam dictamno herbâ, quam hîc nasci consuevisse, quidam scribunt. Sylvam verò habuisse, discere licet ex Calphurnii Ecloga IV.

Carmina Dictæis audit Curetica sylvis.

Et hæc quidem, quæ de montibus insulæ comperta habeo; quos sciendum est, olim quoque habitatos, ac tulisse item fructus: verùm suo tempore jam desiisse, auctor nobis Theophrastus, lib. De Ventis: Λέγουσιν ἄλλοι τε καὶ οἱ περὶ Κρήτην, ὡς ἄρα νῦν μείζονες οἱ χειμῶνες, καὶ χιὼν πλείων πίπτει. τεκμήρια φέροντες, ὡς τότε μὲν ᾤκητο τὰ ὄρη, καὶ ἔφερε καρπὸν καὶ τὸν σιτηρὸν, καὶ τὸν δενδρίτην, πεφυτευμένης καὶ διειργασμένης τῆς χώρας. ἔστι γὰρ πεδία ἐν τοῖς Ἴδης ὄρεσιν εὐμεγέθη, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὧν νῦν οὐδ' οὐδὲν γεωργοῦσι, διὰ τὸ μὴ φέρειν. *Ferunt cùm alii, tum Cretenses, majores nunc apud eos hiemes esse, ac plus nivium item cadere; eo argumento, quod montes olim habitarentur, ac fructum ferrent sata pariter arboresque, quia coleretur terra, & arboribus consita esset. nam & campi sunt ingentes in montibus Idæ, aliisque; qui nunc, quod non ferunt fructum, non coluntur ullâ ex parte.*

Ac, cùm montes jam dixerimus, meritò post hos dicetur

Antenoridarum tumulus. Ita dictus ab Antenoris filiis, Glauco, & Erymantho: qui cum Menelao in Trojam proficiscentes, naufragio in Cretam ejecti, sedem ibi posuerunt. Isacius Tzetzes, in Lycophronem: Πολλὰ εἰπὼν ὁ Λυκόφρων περὶ Μενελάου, περὶ τῶν Ἀντήνορος υἱῶν οὐκ ἐμνημόνευσε, Γλαύκου, φημὶ, καὶ Ἐρυμάνθου· οἱ μετὰ τοῦ Μενελάου

πλέον·

πλέοντες, ὡς ναυαγήσαντες ἐξῆλθον περὶ τὴν Κρήτην, καὶ οὐκ ἔτι ἐκείνῳ ἐπείσθησαν συμπλεῖν, ἀλλ' ᾤκησαν ἐν Κρήτῃ τῷ ἀπ' αὐτῶν Ἀντηνοριδῶν λόφον κληθέντι. *Cùm multa de Menelao Lycophron dixerit, nullam mentionem Glauci, & Erymanthi, Antenoris filiorum, facit: qui, cum Menelao navigantes, naufragio in Cretam ejecti, perſuaderi haud potuerunt, ut cum ipſo ulteriùs navigare vellent: verùm in Creta habitârunt, in Antenoridarum tumulo, ſic ab ipſis appellato.* Nunc ad promontoria, ut veniamus, quæ non injuriâ conjunguntur, ordo poſtulat. Ea ſunt, Corycus, Criû metopon, Hermæa, Leo, Granus, Erythræum, Ampelus, Samonium, Zephyrius, Dium, Drepanum, Cyanum, Pſacum. Hæc Straboni, Ptolemæo, Dionyſio, aliisque referuntur. Erat itaque, uti patet ex jam dictis, regio montoſa, & aſpera: niſi quod convalles alibi. Idque expreſſè Strabo dicit: Ἔστι δ' ὀρεινὴ, καὶ δασεῖα, ἡ νῆσος· ἔχει δ' αὐλῶνας εὐκάρπους. *Eſt autem inſula montoſa, & arboribus denſa: habetque convalles fertiles.* De Leg. lib. IV. ΑΘ. Τί δ' αὖ πεδίων τε καὶ ὄρων καὶ ὕλης, πῶς μέρος ἑκάστων ἡμῖν εἴληχε; ΚΛ. Προσέοικε τῇ τῆς ἄλλης Κρήτης φύσει ὅλη. ΑΘ. Τραχυτέραν αὖ ἢ πεδινωτέραν αὖ λέγοις; *ATH. Sed agrorum, montium, ac ſylvarum, quomodo ſe habet ſitus? CL. Totâ naturâ Cretæ cæteræ eſt adſimilis. ATH. Aſperam igitur potiùs, quàm planam, eſſe dixeris.* Ideóque equitatui etiam minus commoda erat. Idem Plato, ejusdem Operis, lib. I. Τὴν γὰρ τῆς χώρας πάσης Κρήτης φύσιν ὁρᾶτε, ὡς οὐκ ἔστι, καθάπερ ἡ τῶν Θετταλῶν, πεδιάς. διὸ δὴ καὶ τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται μᾶλλον, δρόμοισι δὲ ἡμεῖς. *Cretenſis enim regionis univerſæ ſitum videtis; neque planam eam eſſe, qualis eſt Theſſalorum: quâ de cauſâ & equis illi magis utuntur, nos verò curſu.*

CAP.

CAP. VI.

Fontes ejus; in his unus, Sauri dictus: aliique, ad Gortynam, & Arcadiam. Horum ultimi, cùm periissent, restituti. Fluvii; Tethrin; cui assita terra, olim à tauro devastata. Jardanus. Triton; apud quem Minerva nata fuit, inde Tritogenia dicta. Lethæus. Vibii Sequestri locus emendatus. Harmonia mariti Cadmi hîc oblita: atque inde nomen datum. Massalia. Cæratus. Oceanus. Theron; atque ibi nuptiæ Jovis, & Junonis: & anniversarium sacrum. Electra. Pothereus; & discrimen pecorum, ex utraq; ejus parte pascentium. Vitruvius emendatus. Oaxes. Servius reprehensus. Didymi. Mænomenus. Cedrisus. Amphimela. Mesapolis; sive, Mesapus. Pycnus. Aqua; cui insidentes, pluviæ tempore, minimè tamen madescebant: quaque se Europa abluit, post concubitum cum Jove. Maria, quæ circumfluxerint; & in istis valdè procellosum Creticum, quod vocatum.

Montibus commemoratis, fontes, fluviosque, dicam, qui interfluunt: inde mare, quod circumfluit. Inter fontes, primus sese nobis offert,

Sauri dictus. Aberat ab Idæ antro duodecim stadiorum spatio, & habebat populos arbores nigras multas, atque has ferentes fructum. Theophrastus, Hist. Plant. lib. III. cap. v. Ἐν Κρήτῃ δὲ καὶ αἴγειροι κάρπιμοι πλείους εἰσί. μία μὲν, ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ἄντρου ἐν τῇ Ἴδῃ, ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα ἀνάκειται. ἄλλη δὲ μικρὰ, πλησίον. ἀπωτέρω δὲ, μάλιστα δώδεκα σταδίους, περὶ τὴν κρήνην Σαύρου καλουμένην, πολλαί. *In Creta populi nigræ, quæ fructum ferunt, sunt plures; una ad ostium antri, quod in Ida existit, ubi servantur deorum donaria: altera parva, in propinquo: longiùs verò, ad duodecim summum stadia, circa fontem, quem appellant Sauri, multæ.* Ac fortasse sic legendum apud Claudianum erit, in Laudibus Herculis:

Æstus habet Cretam; pereunt sylvæque, lacusque,
Graminaque, & fontes Sauri. ——

Hactenus est in libris editis; *& fontes sacri:* quam si tamen lectio-

nem aliquis tueri velit, non repugno. Alius quoque, cujus nomen ignoratur, circa oppidum Gortynam memoratur Theophrasto, Hist. Plant. lib. I. cap. xv. & ex eo item Plinio, lib. XII. cap. j. Verba utriusque Auctoris supra protuli, ubi de Gortyna ago, cap.x. Illic, si est tanti, vide. Erant porrò circa urbem Arcadiam fontes; eâ eversâ, desinentes: & deinde instauratâ, restituti. Seneca Philosophus, Nat. Quæst. lib. III. *Idem ait, circa Arcadiam, quæ urbs in Creta insula fuit, fontes, & lacus, substitisse, quia desierit terra coli, dirutâ urbe: posteà verò quàm cultores receperit, aquas quoque recuperasse.* Meminit eorundem Plinius, lib. XXXI. cap.iv. Inter fluvios,

Tethrin erat: cui adjacentem terram olim taurus devastavit. Pausanias, in Atticis: Κρησί τὴν τε ἄλλην γῆν, καὶ τὴν ἐπὶ ποταμῷ Τεθρίνι, ταῦρος ἐλυμαίνετο. *Cretensium agrum cùm alium, tum eum qui Tethrini amni adjacet, taurus infestum reddebat.*

Jardanus. Cydoniæ urbi adfluebat. Observare est apud Pausaniam Eliac. lib. II. Παραγενέσθαι γὰρ αὐτὸν (φασὶν) ἀπὸ Κυδωνίας τῆς Κρητικῆς, καὶ τοῦ Ἰαρδάνου ποταμοῦ. *Advenisse verò eum (ajunt) è Cydonia, urbe Cretæ, & fluvio Jardano.*

Triton. Ad hujus fontes natam esse Minervam tradebant, inde Tritogeniam dictam. Diodorus Siculus, lib. V. Μυθολογοῦσι γὰρ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν κατὰ τὴν Κρήτην ἐκ Διὸς ἐν ταῖς πηγαῖς τοῦ Τρίτωνος γεννηθῆναι. διὸ καὶ Τριτογένειαν ἐπονομασθῆναι. *Fabulantur verò, etiam Minervam in Creta ad Tritonis fluvii fontes ex Jove natam esse: atque hinc cognominatam Tritogeniam.* Et Jovis quoque infantis, dum à Curetibus gestatur, umbilicum decidisse ad hunc fluvium fabulantur. Idem Diodorus alibi, eodem libro: Φερομένου μὲν γὰρ ὑπὸ Κουρήτων αὐτοῦ νηπίου, φασὶν ἀποπεσεῖν τὸν ὀμφαλὸν περὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Τρίτωνα. *Dum enim à Curetibus (Jupiter) infans gestatur, umbilicum ejus ad fluvium, quem Tritonem vocant, decidisse perhibent.*

Lethæus. De hoc fluvio, vide quæ commemoravi paulo antè, ubi de Gortyna urbe verba facio, lib. I. cap x. Causam nominis, Vibius Sequester tradit, lib. De Flum. *Lethæus, insulæ Cretæ, dictus; quod Harmonia, Veneris filia, Cadmi viri ibi oblita dicitur.* Ita enim ibi emendo: siquidem hodie perperam *Lethecus* editur. Quintus Smyrnæus, lib. X.

ὃν τέκε δῖ' Ἀρέθουσα παρ' ὕδασι Ληθαίοιο,
Κρήτῃ ἐν ἀμφιάλῳ. ———
Quem peperit generoſa Arethuſa ad aquas Lethæi,
In Creta mari cinctâ.

Meminit ejus quoque Dicæarchus.

Maſſalia. Meminit ejus Ptolemæus.

Cæratus. Vide quæ de eo ſupra, ubi de urbe Cnoſſo ago, lib. I. cap. viij.

Oceanus. Heſychius: Ὠκεανὸς, ἀὴρ, θάλασσα, καὶ ποταμὸς ὑπερμεγέθης· φασὶ δὲ, καὶ ὁμώνυμον αὐτοῦ ἐν Κρήτῃ. *Oceanus, aër, mare, & fluvius ingens: ajunt verò, & ejusdem nominis quendam eſſe in Creta.*

Theron. Perluebat territorium Gnoſſiorum; atque Jovis ibi nuptias cum Junone celebratas affirmabant: & in hanc rem fanum erat, ubi ſacrum anniverſarium, in memoriam nuptiarum, & earum imitationem item, Sacerdotes faciebant. Diodorus, lib. V. Λέγουσι δὲ καὶ τοὺς γάμους τοῦ τε Διὸς καὶ τῆς Ἥρας ἐν τῇ Κνωσίων χώρᾳ γενέσθαι κατά τινα τόπον πλησίον τοῦ Θήρωνος ποταμοῦ, καθ' ὃν νῦν ἱερόν ἐστιν, ἐν ᾧ θυσίας κατ' ἐνιαυτὸν ἁγίους ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἱερέων συντελεῖσθαι. καὶ τοὺς γάμους ἀπομιμεῖσθαι, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς γενέσθαι παρεδόθησαν. *Nuptias quoque Jovis & Junonis in Gnoſſiorum terra celebratas volunt, ad Theronem flumen: quo in loco nunc fanum eſt, in quo ejus regionis Sacerdotes ſacrum quoque anno celebrant, nuptiasque imitantur, ſicut eæ primùm celebratæ eſſe memorantur.*

Electra. Meminit ejus Ptolemæus.

Pothereus. Gnoſſiorum, & Gortyniorum agrum interluebat: quæque pecora ad eam partem, quæ ſpectabat urbem Gnoſſum, paſcebantur, ſplenem habebant; quæ ad eam, quæ Gortynam verſus erat, non habebant. Vitruvius, lib. I. cap. iv. *Licet animadvertere, & cognoſcere, ex agris Cretenſium, qui ſunt circa Pothereum flumen, quod eſt Cretæ, inter duas civitates, Gnoſon, & Gortynam: dextra enim, & ſiniſtrâ, ejus fluminis, paſcuntur pecora. ſed ex iis, quæ paſcuntur proximè Gnoſon, ſplenem habent: quæ autem ex alterâ parte, proximè Gortynam, non habent apparentem ſplenem.* Sed legendum: *circa Lethæum flumen.*

De quo paulo antè dixi; & lib. I. cap. x. ubi de Gortyna urbe. Certè Gnoſon, & Gortynam, urbes confines fuiſſe, ſatis clarum ex Strabone, lib. X. ubi, Gnoſon mediam tradit inter Lyctum, & Gortynam: tum Lethæum etiam Gortynam præterlapſum produnt quidam Auctores: idque omninò veriſimile eſt fuiſſe ab ea parte, quæ objecta Gnoſo erat. Ergo certa emendatio.

Oaxes. Vibius Sequeſter, lib. De Flum. *Oaxes, (fluvius) Cretæ: à quo civitas Oaxia.* Virgilius, Eclog. I.

——— & rapidum Cretæ veniemus Oaxem.

Neque rectè ibi Servius *Cretam* appellativè ſumit, ut Grammatici loquuntur, pro terra alba. Ab hoc urbs Oaxus dicta, illi aſſita: uti ſuprà à me dictum, cap. xij. Quin & γαίης Οἰαξίδος, *terræ Oaxidis*, ſive *Oaxo adjacentis*, dixit Apollonius, Argonaut. lib. I.

Amniſus. Vide ſupra, cap. vj. Ubi de ejusdem nominis urbe ago.

Didymi, *Mænomenus*, *Cedriſus*, *Amphimela*, & *Meſſapolis*, memorantur à Dicæarcho, in Vita Græciæ, ubi de Cretâ:

Ποταμοὺς δ' ἔχει, Λήθαιον, εἶτα λεγομένους
Διδύμους, ἔπειτα Μαινόμενον, εἶτ' ἐχόμενον
Κεδρισὸν, Ἀμφιμέλαν τε καὶ Μεσσάπολιν.
Fluvios verò habet, Lethæum; inde dictos
Didymos, inde Mænomenum, inde contiguum
Cedriſum, Amphimelamque, & Meſſapolin.

Ubi qui Meſſapolis eſt Dicæarcho, Scylaci Meſapus dicitur. καὶ ποταμὸς Μεσάπιος ἐν αὐτῇ ἐστι. *Et fluvius Meſapus in ea eſt.*

Pycnus. Ejus mentio exſtat apud Ptolemæum. Et hi quidem fontes pariter fluviique in hac inſula memorantur; præter quos & aqua fuit, cui ſi qui pluviæ tempore inſiderent, illi ſicci permanebant. Solion, De Flum. Ἐν Κρήτῃ ὀχετὸς ὕδατός ἐστιν, ὃν οἱ διαβαίνοντες, ὕοντος τοῦ Διὸς, ἄβροχοι διαβαίνουσιν, ἐφ' ὅσον ἐν τῷ ὀχετῷ εἰσιν. *In Creta aquæ rivus eſt, quem qui tranſeunt, pluente Jove, ſicci tranſeunt, quàm diu quidem ſunt in rivo.* Et Europa, poſt concubitum cum Jove, eâ lota ferebatur. Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap. clxxix. Καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν Κρήτην ὕδατος, οὗ οἱ ὑπερκαθίζοντες, ὅταν ὑετὸς ᾖ, διατελοῦσιν ἄβροχοι. παραδεδόσθαι ὑπὸ τοῖς Κρησὶν, ἀπ' ἐκείνου λούσασθαι τὴν Εὐρώπην, ἀπὸ τῆς τοῦ Διὸς μίξεως. *Item de aqua in Creta, cui inſidentes, dum pluit,*

pluit, ſicci manent: ac tradi apud Cretenſes, eâ ſe Europam quondam abluiſſe, poſtquam cum Jove rem habuiſſet.

Poſtquam autem fontes dixi, fluviosque, qui in inſula, & per eam labebantur, ſupereſt, ut maria dicam, quæ circumfluunt. Ea erant, à ſeptentrione, Ægæum, Creticumque: à meridie, Libycumque, & Ægyptium. Strabo, ubi de Creta agit, lib. X. κλύζεται δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων, τῷ Αἰγαίῳ πελάγει, καὶ τῷ Κρητικῷ· ἀπὸ δὲ τοῦ νότου, τῷ Λιβυκῷ, τῷ συνάπτοντι πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. *Alluique à ſeptentrione quidem, mari Ægæo, Creticoque: à meridie autem, Libyco, quod Ægyptio contiguum eſt.* Ac Straboni conſentit Solinus, cap. xvij. *Pronius eſt Cretam dicere, quàm abſolvere, in quo mari jaceat. Ita enim circumflui illius nomina Græci permiſcuerunt, ut, dum aliis alia inferunt, penè oblimaverint univerſa. Quantâ poſſumus tamen fide in deſignando operam locabimus. Inter ortum porrigitur, & occaſum, tractu longiſſimo: hinc Græciâ, illinc Cyrenis objacentibus. à ſeptentrione, Ægæis, & ſuis, id eſt Creticis, verberatur: ab auſtro, Lybicis undis perfunditur, & Ægyptiis.* Aliter tradit Ptolemæus, Geograph. lib. III. Ἡ Κρήτη περιορίζεται, ἀπὸ μὲν δυσμῶν, ὑπὸ τοῦ Ἀδριατικοῦ πελάγους· ἀπὸ δὲ ἄρκτων, ὑπὸ τοῦ Κρητικοῦ· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας, ὑπὸ τοῦ Λιβυκοῦ· ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν, ὑπὸ τοῦ Καρπαθίου πελάγους. *Creta terminatur, ab occidente, mari Adriatico; à ſeptentrione, Cretico; à meridie verò, Libyco: ab ortu verò, mari Carpathio.* Aliter quoque Servius, ad Æneid. lib. III. *De Creta omnes dubitant, in quo ſit mari. Nam parte Libycum, parte Ægyptium, parte Achaicum, parte Jonicum reſpicit.* Rurſum aliter Oroſius, lib. I. cap. ij. *Inſula Creta finitur ab oriente, Carpathio mari; ab occaſu, & ſeptentrione, mari Cretico; à meridie Libyco, quod & Hadriaticum vocant.* Quæ ex Æthico transſcripſit Auctor iſte verbo tenus. Inter iſta, maximè ſanè procelloſum erat Creticum: unde illud Sophoclis eſt, in Trachiniis:

——— Τὸν δ' αὔξει βιότου
Πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος
Κρήσιον. ———

——— *Auget autem vitam,*
Multis ærumnis obnoxiam, ceu mare
Creticum. ———

Ubi Scholiastes: κρήσιον. ὡς πάνυ χειμαζομένης τῆς περὶ Κρήτην θαλάσσης. *Creticum: quia mare circa Cretam vehementer procellis agitatur.* Item istud Horatii, lib. I. Od. xxvj.

Musis amicus tristitiam, & metus,
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis. ——

CAP. VII.

Fruges à Cerere in Creta inventæ. Amylum præstans. Equi quoque illic boni; etsi usus minimè frequens, nisi apud sagittarios. Canes item; quales & Lacænæ erant: ac de istis obiter dictum. Et Cretensium, duo genera: & Διάπνοι illi dicti, isti Πάρεγποι. Canis Procridis, à Minoë dono datus. Capræ; quæ, sagittis ictæ, medicinam à dictamno sibi petunt. Arietes, in agro Gortynio, & hi quales. Theocriti locus illustratus. Cervi, tantùm prope Cydoniam. Apri. Erinacei. Apes, in monte Idâ; & hæ quales. Mel, quod muscæ non attingunt; optimum ubi. Auctor Geoponicorum emendatus. Cera etiam perquam bona.

Vidimus insulam, incolasque; &, quas habitarunt, urbes: tum insigniora loca, montes, fontes, fluvios, aquas, mariaque, quæ circumfluunt: nunc, quæ illic animalia, quæ non fuerint; arbores, frutices, fructus, herbas, quæque alia memorantur, uti quæque sese offerent, referemus. Et in primis,

Fruges Cererem in Creta invenisse, etiam Diodorus narrat, lib. V. exprimuntque locum quidam, apud Cnossum. Solinus, cap. xvij. *Cnossii Minervam deam civem numerant; primumque apud se fruges satas affirmant, audacter cum Atticis contendentes.* Et, ex illis quod fiebat, amylum commemoratur. Dioscorides, lib. II. cap. cxxiij. ἄμυλον ὠνόμασται, διὰ τὸ χωρὶς μύλου κατασκευάζεσθαι. ἄριστον δέ ἐστι, τὸ σκευαζόμενον ἐκ πυροῦ σητανίου. Κρητικὸν ἢ, ἢ Αἰγύπτιον. *Amylum inde appellatum est, quod sine mola fieret. Optimum autem est, quod è tritico trimestri paratur: idque Creticum, aut Ægyptium.* Plinius, lib.

lib. XVIII. cap. vij. *Maximè laudatur amylum Creticum, mox Ægyptium.* Sed, ut animalia dicam,

Equi iſtic laudabantur. Oppianus, ubi varia eorum genera dicit, Cyneget. lib. I.

Τυρσηνοὶ, Σικελοὶ, Κρῆτες, Μάζηκες, Ἀχαιοί.
Tyrrheni, Siculi, Cretenſes, Mazaces, Achivi.

Et paulo poſt laudat eos à velocitate, ac longitudine:

Ἵπποι Τυρσηνοὶ μὲν, καὶ ἄπλετα Κρήσια φῦλα,
Ἀμφότερον, κραιπνοί τε θέειν, δολιχοί τε πέλονται.
Equi autem Tyrrheni, & ingentia Cretica ſecula,
Simul & veloces ad currendum, & longi ſunt.

Quanquam ſanè eorum uſus intra inſulam, quod montoſa ea eſſet, minus frequens. Plato hâc de re Cliniam Cretenſem ita loquentem introducit, De Leg. lib. 1. Τὴν γὰρ τῆς χώρας πάσης Κρήτης φύσιν ὁρᾶτε, ὡς οὐκ ἔστι, καθάπερ ἡ τῶν θετταλῶν, πεδιάς. διὸ δὴ καὶ τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται μᾶλλον, δρόμοισι δὲ ἡμεῖς. ἥδε γὰρ ἀνώμαλος αὖ, καὶ πρὸς τὴν τῶν πεζῇ δρόμων ἄσκησιν μᾶλλον σύμμετρος. *Cretenſis enim regionis univerſæ naturam videtis, non æquâ planitie, ut Theſſalorum regionem, patere. quâ ſanè de cauſâ & equis illi potius utuntur, nos verò pedeſtri curſu. Nam inæqualis iſte ſitus pedeſtris illius curſus exercitationi magis eſt accommodatus.* Iterum, lib. VIII. ἵππων δὲ ἡμῖν χρεία μὲν οὔ τίς ἐστι πολλῶν, οὔτε πολλή, κατά γε δὴ Κρήτην. *Equorum verò nobis neque multorum, neque multus, uſus eſt, certè in Creta.* Utebantur autem tamen ſagittarii, ad pugnandum. Plato idem, eodem loco: Τοξότης δὲ ἀφ᾽ ἵππων Κρὴς οὐκ ἄχρηστος, οὐδ᾽ ἀκοντιστής. *Verùm ſagittarius Cretenſis, ex equo pugnans, non eſt inutilis.* Huc pertinet Valerii Flacci iſte verſus, lib. I.

Omnis equis pleniſque redit Gortyna pharetris.

Celebrantur etiam,

Canes: veluti ſagaces admodum. Libanius, in Paraſito: Μικρὸν γάρ τι καὶ τῶν Κρητῶν κυνῶν αἱ ῥινηλατοῦσαι πρὸς ἡμᾶς. *Parum enim præ nobis valent ſagace nare canes Cretenſes.* Claudianus, in Stiliconem, Paneg. III.

— *Variæ*

——— *Variæ formis, & gente, sequuntur,*
Ingenioque canes: illæ gravioribus aptæ
Morsibus, hæ pedibus celeres; hæ nare sagaces,
Hirsutæque fremunt Cressæ, tenuesque Lacænæ.

Meminit eorum quoque Oppianus, Cynegetic. lib. I. Pollux, lib. V. cap. v. Gratius, in Cynegetico. Certè inter canes sagaces fuisse, aperte ostendit & Lucani iste locus, lib. IV.

Aut dum dispositis attollit retia varis
Venator, tenet ora levis clamosa Molossi:
Spartanos, Cretasque, ligat. nec creditur ulli
Sylva cani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit, & prædâ nescit latrare repertâ,
Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.

Plutarchus, in Amatorio: Καὶ θηρατικὸς ἐ τοῖς ἄῤῥεσι χαίρει μόνον, ἀλλὰ καὶ Κρήσσας τρέφει, καὶ Λακαίνας, σκύλακας. *Et, qui venationi deditus est, non masculis tantùm canibus gaudet, sed etiam Cretenses, ac Spartanas, caniculas alit.* Videndus quoque Xenophon, lib. De Venat. Erant autem leves, & saltu valebant. Ælianus, Hist. Anim. lib. III. cap. ij. Κύων Κρῆσσα κούφη, καὶ ἀλτικὴ, καὶ ὀρειβασίαις σύντροφος. *Canis Cretica levis est, & saltu valet, ac cursibus montanis innutrita.* Et observa, cum Lacænis canibus conjungi, à Claudiano, Lucano, & Plutarcho, in citatis antè verbis. Ita facit etiam Gratius, in Cynegetico:

Sparta suos, & Creta suos promittit alumnos.

Nam & istæ maximâ sagacitatis laude erant. Eustathius, De Ismeniæ Am. lib. IX. Ἀναπλύξας τὸ γράμμα, κατὰ Λάκαιναν κύνα, καὶ νοῦν καὶ λέξιν ἀνώρυττον, καὶ ὅλον καλιχνηλάτουν, τὸ ἐπιστόλιον. *Apertâ epistolâ, canis Lacænæ instar, mentem & verba effodiebam, ac universum epistolium indagabam.* Hesychius Presbyter, Ἀντιῤῥητικῶν, Cent. I. cap. xcvj. Ζητεῖ τοὺς πολεμίους, ὥσπερ κύων Λακωνικὸς τὸν λαγωὸν ἐν λόχμαις. *Quærit hostes, velut canis Laconicus leporem in cubilibus.* Et Sophocles, in Ajace:

Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.
Ceu canis Lacænæ naso valentis gressus.

Ubi cum valentem naso esse dicit, indicat, sagacitate eam excellere.

Et

Et hunc Sophoclis locum reſpexit Manuel Palæologus Imp. Orat. VI. Μὴ τοίνυν, εἴ τῳ τι πέπρακται τῶν κακῶν, πολυπραγμονῶμεν, ὥσπερ αἱ τὰ θηρία ῥινηλατοῦσαι Λάκαιναι κύνες· (εὔρινας ταύτας εἶπεν αὖ Σοφοκλῆς.) μήθ' ἡμᾶς δικαιῶμεν, ὀρθῶς δοκοῦντες βεβιωκέναι. *Ne itaque, an quid mali aliquis fecerit, curioſè inquiramus, quemadmodum canes Lacænæ feras naribus veſtigant, (naſo valentes has dixit Sophocles,) neque juſtos nos putemus, quaſi vitâ benè actâ.* Atque de Lacænis canibus obiter hæc dicta ſunto, per occaſionem iſtam. Creticorum autem canum, ut ad hos nunc redeamus, erant duo genera; & Διάπονοι quidam ex illis, quidam Πάριπποι dicebantur. Rem, & cauſam, tradit Pollux, loco citato: Τῶν δέ γε Κρητικῶν κυνῶν, οἱ μὲν Διάπονοι, οἱ δὲ Πάριπποι καλοῦνται. Διαπόνους μὲν οὖν φασι, καὶ τὰς νύκτας ταῖς ἡμέραις ἐν ταῖς πρὸς τὰ θηρία μάχαις ἐπιλαμβάνειν· καὶ πολλάκις παραδυναθῆναι τοῖς θηρίοις, μεθ' ἡμέραν ἄρχεσθαι τῆς μάχης. οἱ δὲ Πάριπποι, τοῖς ἵπποις συνθέουσιν, οὔτε προεξιόντες, οὔτε μὴν ἀπολειπόμενοι. *Ex canibus Creticis, hi quidem Diaponi, illi Parhippi appellantur. ac Diaponos quidem ajunt, in pugnâ cum feris noctes diebus continuare, & cum iis ſæpenumerò ſomnum capere, ac redintegrare pugnam die exorto. Parhippi verò, cum equis currunt: neque præcurrentes ipſi, neque etiam relicti.* Memoratur ante omnes, quem donârat Minos Procridi; adeò velox, ut effugere nulla eum fera poſſet: de quo vide Antoninum Liberalem, Metamorph. cap. xlj. Pollucem, loco citato: Apollodorum, lib. II. & Ovidium, Met. lib. VII.

Capræ. Solinus, cap. xvij. *Ager Creticus ſilveſtrium caprarum copioſus eſt.* Meminit earum etiam Antigonus Caryſtius; dicitque, vulneratas medicinam ſibi à dictamno petere, Mirab. cap. xxxvj. Τὰς δ' ἐν Κρήτῃ αἶγας τὰς ἀγρίας, ὅτ' ἂν τοξευθῶσι, ζητεῖν τὴν δίκταμνον. *Capras ſilveſtres in Creta, cùm ſagittis ictæ ſint, quærere dictamnum.* Claudianus, in Epigr.

——— *eripiunt trucibus Gortynia capris*
Cornua. ———

Arietes. In agro Gortynio rufi erant, quadricornes, ac villoſi: ita ut capris, quàm ovibus, ſimiliores viderentur. Oppianus, Cyneg. lib. II.

Εἰσὶ δ᾽ ὄϊς ξανθοὶ, πυμάτης ἐνὶ τέρμασι Κρήτης,
Ἐν χθαμαλῇ γαίῃ Γορτυνίδι, τετρακέρωτες,
Λάχνη πορφυρόεσσα δ᾽ ἐπὶ χροὸς ἐστεφάνωται,
Πολλή τ᾽ οὐχ ἁπαλή τε· τάχ᾽ αἰγὸς ἂν ἀντιφερίζοι
Τρηχυτάτῃ χαίτῃ, δυσπαίπαλος, οὐκ ὀΐεσσι.

Sunt autem arietes rufi, extremæ in finibus Cretæ,
In humili terra Gortynia, quadricornes,
Lana autem purpurea pelli circumdata est,
Multa, & non tenera: prope est ut capræ similis sit
Asperrimo villo, rigida, non ovibus.

Et ex arietis Cretici lanâ fuerit, quâ poculum coronari jubet venefica apud Theocritum, Idyll. II.

Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ.
Corona calicem purpureâ arietis lanâ.

Cervi. Pauci admodum illic erant; unde egere, rectè dixit Solinus; cùm carere, minimè posset. *Ager Creticus silvestrium caprarum copiosus est, cervo eget.* Nam habebat certè aliquos, quamvis paucos; eosque tantùm propè Cydoniam. Plinius, lib. VIII. cap. lviij. *Mirabilius, in eadem insula, (Cretâ,) cervos, præterquàm in Cydoniatarum regione, non esse: item apros, & erinaceos.* Meminit cervarum Creticarum Seneca, Hippolyto:

——— *tua Getulos*
Dextra leones, tua Cretæas
Sequitur cervas. ———

Apri, & *Erinacei*, itidem in Cydonio agro tantùm erant: ut videre est in citatis Plinii verbis.

Apes. Harum ea illic solertia erat, ut, promontorium aliquod circumvolaturæ, ne abripiantur, lapillis quibusdam, in os sumptis, se saburrent. Plutarchus, De solertia Anim. ὅμοια δὲ καὶ τὰ τῶν Κρητικῶν μελισσῶν. ἐκεῖναι μὲν γὰρ, ἀνεμῶδές τι μέλλουσαι κάμπτειν ἀκρωτήριον, ἑρματίζουσιν ἑαυτὰς, ὑπὲρ τοῦ μὴ παραφέρεσθαι, μικροῖς λιθιδίοις. *Similia verò etiam sunt, quæ apes Creticæ faciunt. Eæ enim, ventosum aliquod promontorium prætervolaturæ, ne transversæ abripiantur, lapillis exiguis se saburrant.* De apibus, quia Jovem in Idæo antro educassent, eam referunt gratiam ipsum retulisse illis, ut colorem haberent,

rent, æri similem, & auro: tum ut nullo frigore afficerentur. Diodorus, lib. V. Τὸ δὲ πάντων παραδοξότατον, καὶ μυθολογούμενον περὶ τῶν μελιττῶν, οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν. τὸν γὰρ θεὸν (τὸν Δία) φασὶν ἀθάνατον μνήμην τῆς πρὸς αὐτὰς οἰκειότητος διαφυλάξαι βουλόμενον, ἀλλάξαι μὲν τὴν χρόαν αὐτῶν, καὶ ποιῆσαι χαλκῷ χρυσοειδεῖ παραπλησίαν· τοῦ τόπου δ᾽ ὄντος ὑψηλοῦ καθ᾽ ὑπερβολὴν, καὶ πνευμάτων τε μεγάλων ἐν αὐτῷ γινομένων, καὶ χιόνος πολλῆς πιπτούσης, ἀνεπαισθήτους αὐτὰς, καὶ ἀπαθεῖς, ποιῆσαι, δυσχειμερωτάτους τόπους νεμομένας. *Quod verò omnium maximè inopinatum est, ac de apibus fabulosè memoratur, dignum est ne omittatur. Nam deum (Jovem) ajunt, ut memoriam suæ cum apibus familiaritatis immortalem conservaret, colorem ipsis immutasse, similemque æri, auri formam referenti, effecisse: &, cùm locus admodum excelsus esset, ac ventosus item maximè, nixque ibi multa caderet, ne quid mali paterentur, in horrentibus frigore locis pabulantes, sensum ademit.* Certè, apes Idâ in monte exstitisse, res est planè indubitata: sed coloris immutatio, & privatio quoque sensus, ob hanc rem à Jove facta, fabulosa. Ac de apibus in Ida, æris formam referentibus, & pungentibus acerbissimè, suo quoque tempore reliquias quasdam exstitisse, memorat item Ælianus, Hist. Anim. lib. XVII. cap. xxxv. Callimachus, Hymno. I.

——— Πανακρίδος ἔργα μελίσσης,
Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσι, τά τε κλείουσι Πάνακρα.
——— *Panacridis opera apiculæ,*
Idæis in montibus, quos vocant Panacra.

Erant & in monte Carmâ: quarum mel à muscis nunquam gustabatur. Plinius, lib. XXI. cap. xiv. *Aliud in Creta miraculum mellis. Mons est Carma, novem millium passuum ambitu: intra quod spatium muscæ non reperiuntur, natumque ibi mel nusquam attingunt.* Erant & in promontorio Samonio: earumque mel commendat Auctor Geoponicorum, lib. XV. cap. vij. Ἄριστον μέλι, τὸ Ἀττικόν· καὶ τοῦ Ἀττικοῦ, τὸ Ὑμήττειον. καλὸν δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς νήσοις· τοῦ δὲ Σικελικοῦ, τὸ Ὑβλαῖον· τοῦ δὲ Κρητικοῦ, τὸ ἀκραμαμμώριον. *Optimum mel, est Atticum; & ex Attico, Hymettium. Bonum etiam, quod fit in insulis; ex Siculo quidem, Hyblæum: ex Cretensi, Acramammorium.* Sed corruptus omnino locus; ac legendum: τοῦ δὲ Κρητικοῦ, τὸ ἄκρας Σαμωνίου.

μωνίȣ. *ex Cretensi autem, quod in promontorio Samonio fit.* Nam inter promontoria Cretæ, Samonium erat: uti supra memoravi, cap. xx. Denique, ut mel, ita cera quoque bona. Plinius, citato loco: *Optima, (cera,) quæ Punica vocatur; proxima, quàm maximè fulva, odorisque mellei, pura, natione Pontica: quam constare equidem miror inter venenata mella. deinde Cretica.* Dioscorides, lib. II. cap. cv. Κηρὸς ἄριστός ἐστιν ὁ ὑπόκιῤῥος, καὶ ὑπολίπαρος, εὐώδης τε καὶ πτοῖον μελιτώδη ἀποφορὰν ἔχων· ἔτι ἢ καθαρὸς, καὶ γένει Ποντικὸς, ἢ Κρητικός. *Cera optima est subfulva, subpinguis, odorata, & halitum quadantenus melleum referens: insuper etiam pura, & natione Pontica, aut Cretica.*

CAP. VIII.

Nullus ibi lupus, vulpes, serpens: neve animal noxium ullum, præter phalangium. Solini locus, hactenus luxatus valdè, restitutus. Neque noctua item ulla: ac, si quando aliunde inferretur, ea statim moriebatur. Isidorus emendatus. Beneficium id fingitur ab Hercule esse; propter natum ibi Jovem, & educatum: vel ab ipso quoque Jove, ob causam eandem. Nihilominus canum rabie maximè vexata fuit.

QUæ habuerit animalia Creta, dixi: nunc, quæ non habuerit, dicam. In his lupus, vulpes, serpens; aliaque, quæ nocerent. Solinus, cap. xvij. *Lupos, vulpes, aliaque quadrupedum noxia, nunquam educat: serpens nulla.* Isidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *Lupos, & vulpes, aliaque ferarum noxia, nusquam gignit, serpens ibi nullus.* Ælianus, Hist. Anim. lib. III. cap. xxxij. Ἡ Κρήτη καὶ τοῖς λύκοις, καὶ τοῖς ἑρπετοῖς θηρίοις, ἐχθίστη ἐστί. *Creta lupis, & serpentibus, inimicissima est.* Omninò feris carentem tradit Plutarchus, De cap: ex Inim. Util. Χώραν μὲν ἄθηρον, ὥσπερ ἱστοροῦσι τὴν Κρήτην, εὑρεῖν ἐστι. *Regionem ferarum expertem, quod de Creta memoratur, invenire licet.* Gregorius Nazianzenus, Carm. XIII.

Χώραν μέν τιν' ἄθηρον ἀκούομεν, ὥς ποτε Κρήτην.
Est regio, ut quondam Cretæa, ignara ferarum.

Anti-

Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap. x. Λέγουσιν, οὐδὲ ζῶον θανάσιμον οὐδὲν τὴν χώραν (τὴν Κρήτην) φέρειν. *Ajunt, hanc regionem (Cretam) neque lethale animal ullum tolerare.* Sed non planè tamen noxiis animalibus carebat: nam phalangium habebat, ſed id ſolum. Plinius, lib. VIII. cap. lviij. *Non ſunt lupi in Cretâ inſula; non vulpes, urſive; atque omnino nullum maleficum animal, præter phalangium: aranei id genus, de quo dicemus ſuo loco.* Solinus, loco citato: *Lupos, vulpes, aliaque quadrupedum noxia, nunquam educat. ſerpens nulla; phalangium, aranei genus, eſt: ſi niſum quæras, nulla vis eſt; ſi poteſtatem, ictum hominem veneno interficit.* Ita locum illum luxatum reſtituo; & disjecta nimium verba in ordinem ſuum reduco: tum & levi interpunctione juvo. Verùm, non duntaxat feras Creta noxias non habebat, ſed nec inter aves noctuam: quæ, ſi inferatur, moritur. Antigonus, citato loco: Ἐν τῇ Κορωνικῇ μόνῃ οὐ γίγνεται τοῦτο τὸ ζῶον· ἀλλὰ, κἂν εἰσαχθῇ, τελευτᾷ, καθάπερ αἱ γλαῦκες ἐν Κρήτῃ. *In ſolo Coronico agro animal illud non naſcitur; ac, ſi importetur, moritur: ſicut & in Creta noctuæ.* Solinus: *Avem noctuam Creta non habet: &, ſi invehatur, emoritur.* Iſidorus, lib. XII. cap. vij. *Noctua dicitur, pro eo quod nocte circumvolat. Hanc autem inſula Cretenſis non habet: &, ſi veniat aliunde, ſtatim moritur.* Iterum, lib. XIV. cap. vj. *Noctua nulla; &, ſi inveniatur, moritur.* Sed reſcribo, ex Solino: *&, ſi invehatur, moritur.* Ælianus, Hiſt. Anim. lib. V. cap. ij. Ἐν τῇ Κρήτῃ γλαῦκα μὴ γίνεσθαί φασι τὸ παράπαν, ἀλλὰ καὶ εἰσκομισθεῖσαν ἔξωθεν, ἀποθνήσκειν. *In Creta noctuam omnino nullam naſci ajunt; &, ſi aliunde importetur, mori.* Et hoc beneficium ab Hercule accepiſſe Cretam, propter natum ibi Jovem, & educatum, tradit Diodorus Siculus, lib. IV. Πρὸ δὲ τῆς ἀναγωγῆς, τιμηθεὶς (ὁ Ἡρακλῆς) ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων μεγαλοπρεπῶς, καὶ βουλόμενος τοῖς Κρησὶ χαρίσασθαι, καθαρὰν ἐποίησε τὴν νῆσον τῶν θηρίων. διόπερ ἐν τοῖς ὕστερον χρόνοις οὐδὲν ἔτι τῶν ἀγρίων ζώων ὑπῆρχεν ἐν τῇ νήσῳ· οἷον ἄρκτων, λύκων, ὄφεων, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ταῦτα δ᾽ ἔπραξεν, ἀποσεμνύνων τὴν νῆσον, ἐν ᾗ μυθολογοῦσι καὶ γενέσθαι, καὶ τραφῆναι, τὸν Δία. *Antequam diſcederet, magnificè honoratus (Hercules) ab indigenis, ac Cretenſibus cupiens gratificari, à feris inſulam purgavit; ut nec ferum animal ullum, urſi, lupi, aut ſerpentes, neve alia iſtiusmodi,*

remanerent. Atque hæc fecit, magis Cretam reddere venerandam cupiens, quod in eâ natum Jovem, atque educatum, ferrent. Alii, ipsius Jovis, gratiam insulæ hanc reddentis, beneficium esse tradunt. Ælianus, loco proximè citato: Πυνθάνομαι δὲ ἔγωγε λόγοις Κρῆτας ᾄδειν, καὶ διδάσκειν ἐκεῖνα, καὶ πρὸς τούτοις ἤδη διωνυσμένοις δῶρον λαβεῖν τὴν γῆν τὴν Κρητικὴν ἐκ Διὸς, οἷα δήπου τροφὸν, καὶ τὴν κρύψιν τὴν ὑμνουμένην ἀποκρύψασαν αὐτὸν, ἐλευθέραν εἶναι θηρίου πονηροῦ, καὶ ἐπὶ λύμῃ γινωμένου, παντός. καὶ μήτε αὐτὴν τίκτειν, μήτε ἔξωθεν κομισθὲν τρέφειν. *Intelligo præterea cantu celebrare Cretenses, ac commemorare, præter ea, quæ jam perfecta, donum à Jove accepisse terram Cretensem, veluti nutricem ejus, quæque ipsum celebratâ adeò occultatione abscondERIT, ut libera esset à fera omni mala & noxiâ: & nec ullam ipsa ferret, neque aliunde illatam educaret.* Aristoteles simpliciter illud contigisse scribit, propter natum ibi Jovem, lib. De Mir. Aud. Ἐν Κρήτῃ λύκους, καὶ ἄρκτους, τούς τε ἔχεις, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις θηρία, οὔ φασι γίνεσθαι, διὰ τὸ τὸν Δία γενέσθαι ἐν αὐτῇ. *In Creta ajunt, lupos, ursos, serpentes, & similia animalia, non nasci, quia natus illic Jupiter.* Et hæc quidem quanquam ita se habuerint, tamen canibus rabidis vexata fuit frequentissimè. Cælius Aurelianus, De Morb. Acut. lib. III. cap. xv. *Hæc enim insula, (Creta,) aliorum venenosorum animalium difficilis, atque penè libera, solâ canum rabie vexatur frequentissimè.*

CAP. IX.

Vites plures; in quibus quædam, Θελνία *dicta: arboresque. Vinum, dulce; passum, Cnossi fieri solitum: & in lagenis inde avectum. Vinum Therhæum. Pollucis locus emendatus. Amphoræ, eæque magnæ. Vini quædam conditura Cretensibus oraculo monstrata. Ficus Cypria. Theophrastus emendatus: uti etiam Athenæus. Cupressi in montibus Albis, & Idâ. Lucus earum, juxta Cnossum. Cæsæ, in quâdam insulæ parte repullulabant: idque juxta urbem Tarrham. Herbæ Sabinæ genus alterum, Cretica cupressus dictum. Cedrus. Populus nigra: eaque ubi. Theophrasti locus alter restitutus. Palma. Malus Cydonia, & Punica: ejusque, species quædam, Promenea dicta. Lignum,* Παρῆβον *appellatum.*

Erat

Erat etiam, *larga vitis*, *arborarii proventus abundantes*, ut Solini verbis dicam. Et Isidorus; *Larga est vitibus*, *& arboribus*. Sed de vitibus, & earum fructu vino, priùs dicam: inde arbores narrabo. Inter vites, quædam erat, quæ Θρινία dicebatur. Hesychius: Θρινία· ἄμπελος ἐν Κρήτῃ. *Thrinia, vitis in Creta.* Ac vinum quidem, ut dulce, memorat Clemens, Pædag. lib. II. καὶ Κρής τις (οἶνος) γλυκὺς, καὶ Συρακούσιος ἡδύς. *Et Creticum quoddam (vinum) dulce, & Syracusanum suave.* Refert quoque Ælianus, Var. Hist. lib. XII. cap. xxxj. Martialis passum memorat, apud Cnossum fieri solitum, lib. XIII. Xenio ciij. quod *Passum* inscribitur:

Cnossia Minoœ genuit vindemia Cretæ.

Et in lagenis inde avehi solebat: quod apparet ex his versibus Juvenalis, Sat. XIV.

Qui gaudes pingue antiquæ de littore Cretæ
Passum, & municipes Jovis advexisse lagenas.

Memoratur & Theræum, à Polluce, lib. VI. cap. ij. Καὶ σισαίρεαιον ὃ ἐκάλουν, τὸ ἐκ γλεύκους ἑψημένον (οἶνον) γλυκύν· καὶ θηραῖον, τὸ ἐκ Κρήτης. *Sisæræum vocant ex musto coctum vinum, dulce: & Theræum, è Creta.* Sed legendum ibi puto: καὶ θεναῖον, τὸ ἐκ Κ. *& Thenæum, ex C.* Nam Thenæ, urbs Cretæ erat, uti suprà à me dictum. Quin & conditura quædam oraculo Cretensibus monstrata fertur. Palladius, lib. XI. lib. XIV. *Quod (vinum) Cretensibus oraculum Pythii Apollinis monstrasse memoratur.* Miror autem, quid viro docto in mentem venerit, ut ista Demetrii Pepagomeni, lib. De Podagrâ cap. xlv. οἴνου Μονεμβασιώτου, verteret, *Vini Cretici è Monembasiâ*: cùm Monembasia sit Epidaurus antiquorum; quæ est urbs Peloponnesi, non Cretæ. Itaque est manifestus satis error. Sic apud Nicolaum Myrepsum, Antid. cccclxvij. *Datur cum vino Monembasiatico.* Leonhartus Fuchsius, famâ inter Medicos clarus, qui Auctorem eum vertit, ediditque, accipit pro illo quod Malvaticum vulgò, id est Creticum, appellamus. Commodè verò, post vinum etiam amphora memoranda venit: satis magna, ut videtur. Indicat Philostrati locus, in Heroicis: Τὸ γοῦν κρανίον, ἐμφορησάντων ἡμῶν ἐς αὐτὸ οἶνον, οὐδὲ ὑπὸ δυοῖν ἀμφορέων ἐνεπλήσθη, τῶν ἐκ Κρήτης. *Calva autem, cùm in ipsam vinum nos infunderemus, ne duabus quidem expleri amphoris*

ris Cretensibus potuit. Inter arbores, ficus Cypria nominatur. Theophrastus, Hist. Plant. lib. IV. cap. ij. Ἔοικε δὲ παραπλησία πως ἡ φύσις τῆς ἐν Κρήτῃ καλουμένης Κυπρίας συκῆς. καὶ γὰρ ἐκείνη φέρει τὸν καρπὸν ἐκ τοῦ στελέχους, καὶ ἐκ τῶν παχυτάτων ἀκρεμόνων. πλὴν ὅτι βλαστόν τινα ἀφίησι μικρὸν, ἄφυλλον, ὥσπερ ῥιζίον, πρὸς ᾧ ὁ καρπός· τὸ δὲ στέλεχος, μέγα, καὶ παρόμοιον τῇ λεύκῃ, φύλλον δὲ τῇ πτελέᾳ. πεπαίνει δὲ τέτταρας καρποὺς, ὅσαι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. οὐδένα δὲ πεπαίνει, μὴ ἐπιτμηθέντος τοῦ ἐρινοῦ, καὶ ἐκρυέντος τοῦ ὀποῦ. ἡ δὲ γλυκύτης, προσεμφερὴς τῷ σύκῳ· καὶ ἔσωθεν τοῖς ἐρινεοῖς. *Proxima natura videtur ejus, quæ in Creta ficus Cypria appellatur. nam illa quoque fructum fert ex caudice, ac ramis crassissimis: nisi quod germen quoddam emittit, folio carens, ut radiculam, ad quod fructus est. Caudex verò, magnus, & similis populo: folium autem, ulmo. Fructus verò quater maturos reddit, quoties etiam germinat. sed nullum sanè ad maturitatem perducit, nisi incisâ caprifico, & emisso succo. dulcedo autem, non absimilis est ficui, & interna caprificis.* Sed est mendum, in his verbis: ὅσαι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις: ac legendum: ὅσαι περ αὐτοῦ καὶ αἱ βλαστήσεις. *Quot etiam sunt ejus germinationes.* Ita rectè est apud Athenæum lib. III. ubi Theophrastum hîc citat, & exscribit totum locum, in hunc modum: Περὶ δὲ τῆς ἐν Κρήτῃ καλουμένης Κυπρίας συκῆς, ὁ αὐτὸς Θεόφραστος, ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Φυτικῆς Ἱστορίας, τάδε γράφει. *De ficu verò, Cypriâ appellatâ, quæ in Creta est, idem Theophrastus, Historiæ plantarum libro quarto, ista scribit.* Inde verba repræsentat; sed ex Theophrasto ipso ibidem hîc emendanda: ac primò, pro πρόσω ὁ καρπός, rescribe, πρὸς ᾧ ὁ καρπός. deinde post, ὅσαι παρ αἱ βλαστήσεις, insere temerè omissa à librario festinante: οὐδένα δὲ πεπαίνει, μὴ ἐπιτμηθέντος τοῦ ἐρινοῦ, καὶ ἐκρυέντος τοῦ ὀποῦ. *sed nullum sanè ad maturitatem perducit, nisi incisâ caprifico, & emisso succo.* Plinius, in hunc modum expressit, etiamsi Theophrasti omisso nomine, lib. XIII. cap. VII. *Huic similis quadantenus quæ vocatur Cypria ficus in Creta. Nam & illa in caudice ipso fert pomum, & ramis, cùm in crassitudinem adolevere. Sed hæc germina emittit, sine ullis foliis, radicis similia. Caudex arboris, similis populo: folium, ulmo. Fructus quaternos fundit: toties & germinat. sed grossus ejus non maturescit, nisi incisurâ, emisso lacte. Suavitas, & interiora, ficis; magnitudo, sorbi.*

Erant

Erant etiam cupressi: meminitque Theophrastus, Hist. Plant. lib. III. cap. ij. & lib. IV. cap. vj. Et Hermippus, in Carmine quodam, quo commemorat, quæ quibusque locis propria optimaque habeantur, apud Athenæum, lib. I.

Ἡ δὲ καλὴ Κρήτη κυπάριττον τοῖσι θεοῖσι.

Pulcra autem Creta diis (fert) cupreßum.

Erant autem maximè in montibus Albis, quos vocabant, & in Ida. Theophrastus, Operis citati, lib. IV. cap. j. Ἐν Κρήτῃ γοῦν φασιν, ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι, καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὅπερ οὐδέποτε ἐπιλείπει χιὼν, κυπάριττον εἶναι. *In Creta insula itaque, in montibus Idæis, & quos Albos vocant, in fastigio, ubi nix nunquam deficit, cupressum esse ajunt.* Ac Plinius, ubi de cupresso item agit, locum hoc Theophrasti exprimens, etsi illius nomine dissimulato, lib. XVI. cap. xxxiij. *In Creta, quocunque loco terram moverit quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur, protinusque emicat. Illa verò, etiam non appellato solo, ac sponte, maximeque in Idæis montibus, & quos Albos vocant, summisque jugis, unde nives nunquam absunt, plurima.* Ac Theophrastus quidem, etiam alibi meminit, Hist. Plant. lib. III. cap. iij. item Nicander, in Theriacis:

Σπέρματα βουπλεύρου τε καὶ Ἰδαίης κυπαρίσσου.

Semina bupleurique, & Idææ cupressi.

Et erat lucus cupressorum, juxta Cnossum. Diodorus Siculus, lib. V. Τούτους δὲ τῆς Κνωσσίας χώρας (μυθολογοῦσιν) ἔχειν τὴν οἴκησιν, ὅπουπερ ἔτι καὶ νῦν δείκνυσθαι θεμέλια Ῥέας οἰκόπεδα, καὶ κυπαρίσσων ἄλσος, ἐκ παλαιῶν χρόνων ἀνειμένον. *Hos verò (fabulosè memorant) habitationem in agro Cnossio tenuisse; ubi nunc etiam ostenduntur fundamenta, & area domus Rheæ, & cupressorum lucus, ab antiquis temporibus sacer.* Et hic ipse lucus est, quem designat Plato, ubi viam describit, quâ Cnosso ibatur ad antrum Jovis: De Leg. lib. j. Καὶ μὴν ἐστί γε, ὦ ξένε, προϊόντι κυπαρίττων ἐν τοῖς ἄλσεσιν ὕψη, καὶ κάλλη, θαυμάσια. *Sunt verò, hospes, ulteriùs progredienti cupressi in lucis, mirâ proceritate, ac pulcritudine.* In quadam verò insulæ parte, etiam cæsæ repullulabant. Solinus, de Creta agens, cap. xvij. *In hujus tantùm insulæ parte repullulant cæsæ cupressi.* Atque id quidem juxta Tarram urbem erat. Theophrastus, Hist. Plant. lib. II. cap. ij. Κυπάριττος

δὲ, παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις, ἀπὸ σπέρματος· ἐν Κρήτῃ δὲ, καὶ ἀπὸ τοῦ στελέχους, οἷον καὶ ἀπὸ τῆς κουρᾶς ἐν Τάῤῥᾳ. παρὰ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ κουριζομένη κυπάριττος. αὕτη δὲ ἀπὸ τῆς τομῆς βλαστάνει, πάντα τρόπον τεμνομένη, καὶ ἀπὸ γῆς, καὶ ἀπὸ τοῦ μέσου, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνωτέρου. *Cupressus verò, cæteris quidem in locis, è semine provenit; in Creta autem insula, etiam trunco; quemadmodum & à cæsura in Tarrha. Apud hos enim cupressus cædua est: quæ ex cæsura germinat, modis omnibus præcisa, cùm à terra, tum à medio, ac summo.* Illud quoque obiter dicendum hoc loco, herbæ Sabinæ alterum genus Creticam cupressum dictum. Plinius, lib. XXIV. cap. xj. *Herba Sabina, brathy appellata à Græcis, duorum generum est: altera, tamarici similis folio; altera, cupresso. Quare quidam Creticam cupressum dixerunt.* Laudabatur etiam cedrus. Plinius, lib. XVI. cap. xxxix. *Cedrus in Creta, Africâ, Syriâ, laudatissima.* Et Vitruvius, ubi de cedro, ac junipero, verba facit, lib. II cap. ix. *Nascuntur autem hæ arbores maximæ Cretæ, & Africæ, & nonnullis Syriæ regionibus.* Erat autem ejus in medicina usus. Hippocrates, De Nat. Mul. Κέδρον Κρητικὴν ἐν οἴνῳ ἑψήσας, κλύζε. *Cedrum Creticam ubi vino decoxeris, colluito.* Etiam populus nigra, fructum ferens. Aristoteles, De Mirab. Aud. Ἐν Καππαδοκίᾳ,. φασὶν ἡμιόνους εἶναι γονίμους· καὶ ἐν Κρήτῃ, αἰγείρους καρποφόρους. *In Cappadocia, ajunt mulos esse fœcundos; & in Creta, populos nigras quæ fructum ferant.* Plinius, lib. XXIV. cap. viij. *Populus nigra efficacissima habetur, quæ in Creta nascitur.* Erat verò, ad aditum speluncæ Idææ, ad fontem Sauri, in monte Cedrio, aliisque item montibus, agro Præsio adjacentibus. Theophrastus, Hist. Plant. lib. III. cap. v. Ἐν Κρήτῃ δὲ αἴγειροι κάρπιμοι πλείους εἰσί. μία μὲν, ἐν τῷ στομίῳ τοῦ ἄντρου ἐν τῇ Ἴδῃ, ἐν ᾧ τὰ ἀναθήματα ἀνάκειται. ἄλλη δὲ μικρά, πλησίον· ἀπωτέρω δὲ, μάλιστα δώδεκα σταδίους, περὶ τινα κρήνην Σαύρου καλουμένην, πολλαί. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ πλησίον ὄρει τῆς Ἴδης, τῷ Κεδρίῳ καλουμένῳ. καὶ περὶ Τιρεσίαν δὲ, ἐν τοῖς ὄρεσιν. *In Creta & populi nigræ fructificant plures. una quidem, in introitu antri Idæi, ubi donaria dedicata: altera verò, parva, in propinquo. Ulteriùs autem, ad duodecim maximè stadia, juxta fontem, quem appellant Sauri, plurimæ. Et in monte ab Ida proximo, Cedrio dicto: nec non & circa Tiresiam, in montibus.* Sed corrupta ea verba in fine puto, ac legendum: καὶ περὶ

περὶ Πραισίαν δὲ, ἐν τοῖς ὄρεσιν. *& in agro Præsio, in montibus*. Nam inter urbes hujus insulæ Præsus erat. Vide supra, lib. I. cap. xv. Ac translata, sterilis fiebat. Idem Theophrastus, ejusdem Operis lib. II. cap. iij. Τὰ κάρπιμα ἄκαρπα γίνεται. καθάπερ τὸ Περσικὸν τὸ ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὁ φοῖνιξ ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ εἰ δή τις κομίσοι τὴν ἐν Κρήτῃ λεγομένην αἴγειρον. *Fructifera sterilescunt; velut Persicum Ægypti, & palma in Græcia, ac si quis in Creta nigram populum appellatam transferat.* Habebat autem & in medicina usum. Hippocrates, De Nat. Mul. Αἰγείρου Κρητικοῦ κόκκους ἐννέα τρίψας, ἐν οἴνῳ διδόναι πίνειν. *Populi nigræ Creticæ grana novem trita, ex vino bibenda dato.* Iterum, De Morb. Mul. lib. I. Αἰγείρου Κρητικῆς κόκκους ἐννέα τρίψας, ἐν οἴνῳ πινέτω. *Populi nigræ Creticæ grana novem trita, in vino bibat.* Palma quoque laudabatur: & nonnullæ illic bifidæ, quædam trifidæ: in Lappæo autem agro, etiam in quinque truncos quædam sese diffundebant. Theophrastus, citati Operis lib. II. cap. viij. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς ἐν Κρήτῃ, (φοίνικας,) πλείους εἶναι τοὺς διφυεῖς· ἐνίους δὲ, καὶ τριφυεῖς. ἐν δὲ τῇ Λαππαίᾳ, ἕνα καὶ πεντεκέφαλον. Quæ sic Plinius expressit, lib. XIII. cap. iv. *Quædam (palmæ) in Syria, & Ægypto, in binos dividunt se truncos; in Creta, & ternos; quædam, in quinos.* Et Cydonias malos dabat; quarum poma, quæ Cydonia inde dicimus, admodum celebria erant, & in terras exteras exportabantur. Plinius, lib. XV. cap. xj. *His proxima amplitudine mala, quæ vocamus cotonea, & Græci Cydonia, ex Creta insula advecta.* Nicander, in Alexipharmacis:

Ἄλλοτε δὲ στρούθεια, τό τε γλοιεροῖο Κύδωνος,
Κεῖνο φυτὸν Κρήτηθεν. ———
Struthiaque interdum, vel quæ devecta Cydone,
Ex Creta. ———

Ubi Scholiastes: Κύδωνος, τοῦ Κυδωνίου· ὃ μάλιστα ἐν Κρήτῃ φύεται· *Cydonis, Cydonii: quod maximè in Creta nascitur.* Samonicus, cap. xxv.

Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris,
Cocta lines. ———

Etiam ibi mali Punicæ præcellentes habebantur: & nonnullæ, Promenéæ dicebantur, à Cretensi quodam Promeno. Meminit Nicander, in Alexipharmacis:

Βρύκοι δ' ἄλλοτε καρπὸν ἅλις φοινώδεα σίδης
Κρησίδος, οἰνωπῆς τε, καὶ ἣν Προμένειον ἔπουσι.
Vel modò granati fructus Cretensis abundè
Mandat, & œnopes: tum quæ Promenéa vocantur.

Ad quem locum Scholiastes: Καὶ Προμένειον δὲ, εἶδος ῥοιᾶς· ὠνόμασε δὲ αὐτὴν ἀπό τινος Προμένους Κρητός. *Et Promenéum verò, genus mali Punici: ita autem appellavit à Prono quodam Cretensi.* Et Hesychius: Προμένειοι, ῥοιαί τινες. *Promenéæ, mala quædam Punica.* Denique & lignum quoddam illic erat, Παρῆβον dictum. Hesychius: Παρῆβον, παρὰ Κρησὶ ξύλον τι. *Parebum, lignum quoddam apud Cretenses.* Id fuisse & apud Indos, auctor est Ctesias, in Indicis: & ex ipso Apollonius, qui exponit ejus vires, Hist. Mirab. cap. xvij.

CAP. X.

Herbæ illic medicæ plures, & alibi natis meliores; inter quas dictamnum inprimis excellebat: quod variè scribi apud Auctores indicatum. Ac proferebat sola Creta. Scholiastes Euripidis restitutus; & Servii item error ostensus. Nomen datum, ut videtur, à monte Dictâ; in quo nasci solebat: quanquam alii Idam montem illi tribuant. Nascebatur autem in exiguo quodam loco, & haud frequens, capris etiam depascentibus. Tum & tria ejus genera: verùm Creticum supra omnia censebatur. Conducebat ad muliebres morbos varios; & faciliores partus etiam efficiebat: unde & Dianæ signum eo coronari solitum. Capræ, & cervi, ejus esu tela infixa expellebant: bestiæ aliæ venenatæ, odore abigebantur, & occidebantur tactu.

Postquam arbores memoravimus, age, herbas videamus: quarum usum medicina commendabat. Quò pertinent hæc Tertulliani, lib. De Jud. Dom.

Vitam aspirat ibi, quicquid pia terra virescit:
Et pulcrè redolet munus medicabile Cretæ.

Et hæ quidem ibi meliores habitæ, quàm quibusque aliis locis: quod Plinius innuit, lib. XXV. cap. viij. *Procedente persuasione illâ, quicquid in Creta nascitur, infinito præstare cæteris ejusdem generis,*

alibi

alibi genitis. Inter illas, nobilissima omnium dictamnus erat; sive, uti alii dicunt, neutro genere, dictamnum: quidam, etiam literam N abjicientes, dictamum scribunt. Et hanc quidem sola Creta proferebat. Plinius, lib. XXV. cap. viij. *Dictamnum non est alibi, quàm in Creta.* Theophrastus, Hist. Plant. lib. IX. cap. xvj. τὸ δὲ Δίκταμον, ἴδιον τῆς Κρήτης. *Dictamum verò, proprium est Cretæ.* Et paulo pòst: Τοῦτο μὲν οὖν, ὥσπερ ἐλέχθη, θαυμαστὸν ἅμα, καὶ ἴδιον τῆς νήσου. *Hoc igitur, uti dictum, admirandum est, propriumque insulæ Cretæ.* Corrupta sunt Euripidis Scholiastæ verba, ad Hippolytum: Δίκταμον (εἶναι) φασὶν ἐν Κρήνῃ μόνῃ. *Dictamum esse dicunt in solo fonte.* Omninò est restituendum: Ἐν Κρήτῃ μόνῃ. *in sola Creta.* Itaque Servium manifestum erroris teneo, qui ubique nasci tradit, ad Æneid. lib. XII. *Dictamnus herba, licet ubique nascatur, melior in Creta est.* Nisi fortè illi in animo pseudodictamnum, quod in multis terris nasci tradit Plinius: in quo tamen item errat, quod temerè confundat species. Nomen autem accepisse videri potest à monte Dictâ, ubi nascebatur: sicut tradit nobis Servius, ad Æneid. lib. III. *Dictæus mons est in Creta, ubi herba dictamnus nascitur.* Quanquam alii, & plures, in monte Idâ nasci consuevisse tradant. Virgilius, Æneid. lib. XII.

Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Ida.

Statius, Silv. lib. I. Carm. IV.

——— *Idæâ profert quam Creta sub umbra*
Dictami florentis opem. ———

Apuleius, De Virt. Herb. cap. lxij. *Nascitur (dictamnus) in insula Creta, in monte Idâ.* Et quidem non frequens nimium, quippe in exiguo loco, capris etiam depascentibus. Theophrastus, loco citato: Σπάνιον δέ ἐστι· καὶ γὰρ ὀλίγος ὁ τόπος ὁ φέρων· καὶ τοῦτον αἱ αἶγες ἐκνέμονται, διὰ τὸ φιληδεῖς. *Rarum verò est; etenim exiguus locus, qui producit: eumque capræ, quia ipso delectantur, depascuntur.* Ac breviter Plinius: *Non spatiosè, miréque capris expetitur.* Erant verò ejus genera tria. Plinius. *Dictamnum, ramis prætenue, pulegio simile, fervens & acre gustu: foliis tantùm utuntur. flos nullus ei, aut semen, aut caulis: radix tenuis, ac supervacua. Est & pseudodictamnum, multis in terris nascens, folio simili, ramulis minori-*

 bus,

bus, à quibusdam Chondris vocatum. Est & tertium genus, dictamnum vocatum; sed neque facie, neque effectu, simile: folio sisymbrii, ramis majoribus. Idem videre est etiam apud Theophrastum, Dioscoridem, Apuleium, locis citatis; & Oribasium, Collect. Medic. lib. XI. Eorum verò omnium, quæcunque Creta proferebat, præstantissimum censebatur. Theophrastus: Φασὶ δὲ τινὲς, ὅλως τῶν φύλλων, καὶ τῶν θάμνων, καὶ ἁπλῶς τῶν ὑπὲρ γῆς, τὰ ἐν Κρήτῃ διαφέρειν. *Ajunt autem nonnulli, omnino in herbarum & fruticum genere, ac, simpliciter ut dicam, omnium quæ terra profert, quæ in Creta quidem existunt, multò præstantissimum esse.* Ac certè vires ejus multæ; & Hippocrates ad varios morbos muliebres dari jubet, lib. De Nat. Mul. Δικτάμνου Κρητικοῦ ὅσον ὀβολὸν ἐν ὕδατι πιεῖν. *Dictamnum Creticum oboli pondere ex aqua potui exhibeto.* Et, De Morb. Mul. lib. I. Καὶ πιπίσκειν τὸ δίκταμνον τὸ Κρητικὸν ἐν οἴνῳ. *Et dictamnum Creticum ex vino propinato.* Rursum, lib. De Fœtus Mortui Exect. Καὶ ἢν ἔχῃς δίκταμνον Κρητικὸν, μεταπίσαι δός. *Et si habeas dictamnum Creticum, propinato.* Præterea, faciliores partus mulieribus præstabat. Theophrastus: θαυμαστὸν δὲ τῇ δυνάμει, καὶ πρὸς πλείω χρήσιμον· μάλιστα δὲ, πρὸς τοὺς τόκους τῶν γυναικῶν. *Admirandum est, & ad plurima utile: maximè verò, ad partus mulierum.* Plutarchus, De Sol. Anim. Αἱ δὲ Κρητικαὶ αἶγες, ὅταν τὸ δίκταμνον φάγωσιν, ἐκβάλλουσαι τὰ τοξεύματα ῥᾳδίως, καταμαθεῖν τῶν ἐγκύοις τὴν βοτάνην παρέσχον ἐκτρωτικὴν δύναμιν ἔχουσαν. *Capræ autem Creticæ, quod, dictamnum cùm comederint, facilè expellant tela, occasionem præbuere uterum ferentibus fœminis observandi, eam vim ejiciendi fœtus habere.* Ideò Dianæ quoque, quæ parturientibus opitulari à veteribus credebatur, simulacrum mos dictamno coronare. Scholiastes Euripidis, ad Hippolytum: Τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀρτέμιδος οἱ μὲν δικτάμνῳ στέφεσθαί φασι. τοῦτο δὲ ὠκυτόκιον εἶναι. διὸ καὶ ταῖς δυστοκούσαις δίδοσθαι, χάριν τοῦ ταχέως τίκτειν. *Simulacrum Dianæ nonnulli quidem dictamno coronari ajunt, quia partum illud facilem efficiat: ideoque difficulter parientibus exhiberi, ut faciliùs parere possint.* Ejiciebant etiam sagittas; corpori infixas, capræ, ejus esu. Vidimus in Plutarchi verbis, jam citatis: indicatque iterum, in Gryllo suo. Τίς δὲ (ἐδίδαξε) τὰς Κρητικὰς αἶγας, ὅταν περιπέσωσι τοῖς τοξεύμασι, τὸ δίκταμνον διώκειν; οὗ βρωθέντος, ἐκβάλλουσι τὰς ἀκίδας.

Quis *(*docuit*) *capras Cretenſes*, *ſagittis ictas*, *dictamnum quærere: quo comeſto*, *cuſpides ejiciunt?* Antigonus Caryſtius, Mirab. cap. xxxvj. Τὰς δὲ ἐν Κρήτῃ αἶγας τὰς ἀγρίας, ὅτ' ἂν τοξευθῶσι, ζητεῖν τὸ δίκταμνον· δοκεῖ γὰρ ἐκβλητικὸν εἶναι τῶν βελῶν. *Capras ſilveſtres in Creta*, *ſagittis ictas*, *dictamnum quærere: ut quod tela expellere valeat.* Cicero, De Nat. Deor. lib. II. *Capras autem in Creta feras*, *cum eſſent confixæ venenatis ſagittis*, *herbam quærere*, *quæ dictamnus vocaretur: quam cùm guſtaviſſent*, *ſagittas excidere dicunt è corpore.* Virgilius, Æneid. lib. XII.

Dictamnum genitrix Cretæâ carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, *& flore comantem*
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, *cùm tergo volucres hæſere ſagittæ.*

Videndi quoque, Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib. IX. cap. xvj. Dioſcorides lib. III. cap. xxxvij. Ælianus, Var. Hiſt. lib. I. cap. x. Nec de capris tantùm referunt, verùm etiam de cervis. Apulejus: *Si caprea*, *vel cervus; in venatione telo percuſſus fuerit*, *cùm pervenit ad herbam dictamnum*, *& eâ paſcitur*, *mox telum excutitur è plagâ*, *& ſanatur paſcendo dictamnum.* Plinius, lib. VIII. cap. xxvij. *Dictamnum herbam extrahendis ſagittis cervi monſtravere*, *percuſſi telo*, *paſtuque ejus herbæ ejecto.* & lib. XXV. cap. viij. *Dictamnum oſtendere cervæ vulneratæ*, *paſto ſtatim decidentibus telis.* Solinus, cap. xxij. *Dictamnum ipſi* (*cervi*) *prodiderunt*, *dum eo paſti excutiunt accepta tela.* Quin vis ejus tanta erat, uti beſtias venenatas interficeret, aut fugaret. Dioſcorides: Τοιαύτη δὲ τῆς βοτάνης ἡ δύναμις, ὡς καὶ ὀσφραινομένην διώκειν, καὶ προσαπτομένην ἀναιρεῖν τὰ ἰοβόλα θηρία. *Tanta verò herbæ vis eſt*, *uti ictu venenato ſævientes beſtiâs olfactu abigat*, *& contactu perimat.* Apuleius: *Tanta autem virtus eſt dictamni*, *ut non tantùm interficiat*, *ubicunque fuerint*, *ſerpentes præſentiâ ſui; ſed &*, *ſi odor ejus à vento ſublatus fuerit*, *ubicunque eos tetigerit*, *mox occidat.* Denique, ad plura alia conducebat: quæ videre eſt apud Dioſcoridem, & Apuleium, locis citatis.

CAP.

CAP. XI.

Nymphæa. Siser. Heraclium. Tragoriganum. Origanum. Tragacanthe. Anisum. Chamæleon albus. Tragium. Cæpa. Asplenum. Alimus. Melilotus. Aconitum. Acorus. Pseudobunium. Theangelis. Pæonia. Aristolochia. Daucus. Cyperus. Paratonium. Cicuta. Lithospermum. Seseli. Elleborus. Fucus marinus. Achates. Coralloachates. Idæus. Dactylus. Cos. Spongia. Casei, θαλέαι dicti, lati, ac tenues: & in sacris quibusdam parentationis loco offerri soliti.

Nunc minores quasdam herbas memorabo. Inter has erat, *Nymphæa.* Theophrastus, Hist. Plant. lib. IX. cap. xiij. γλυκεῖα μὲν, ἥτε νυμφαία καλουμένη. φύεται δὲ ἐν τῇ λίμναις, καὶ ἐν τοῖς ἑλώδεσιν· οἷον ἔν τε τῇ Ὀρχομενίᾳ, καὶ Μαραθῶνι, καὶ περὶ Κρήτην. *Dulcis quidem, quæ & Nymphæa est vocata. Nascitur autem in paludibus, & locis palustribus: veluti in Orchomeniensi agro, & Marathone, & in Creta.*

Siser. Plinius, lib. XX. cap. v. *Creticum (siser) odoratissimum omnium.*

Heraclium. Idem, eodem libro, cap. xvij. *Optimum autem (Heraclium) Creticum: nam & jucundè olet.*

Tragoriganum. Dioscorides, lib. III. cap. xxxv. ἀρίστη δὲ (τραγορίγανος) ἡ Κιλίκιος, καὶ ἡ ἐν Κῷ, καὶ Χίῳ, καὶ Σμύρνῃ, καὶ Κρήτῃ. *Optimum (Tragoriganum) est Cilicium: quodque in Co provenit, & Chio, Smyrnâ, ac Cretâ.* Oribasius, Collect. Medic. lib. XII. *Tragoriganum optimum est Cilicium, Smyrnæum, & Creticum.*

Origanum. Plinius, lib. XXI. cap. x. *Totidem & origani in coronamentis species, Alterius enim nullum semen: id cui odor est, Creticum vocatur.*

Tragacanthe. Theophrastus, Hist. Plant. lib. IX. cap. j. ἔχει δὲ δάκρυον καὶ ἡ τραγάκανθα καλουμένη. ταύτην δὲ πρῶτον ᾤοντο μόνον ἐν Κρήτῃ φύεσθαι. *Quin lacrymam habet etiam tragacantha dicta: quam primùm in Creta tantùm provenire existimabant.* Plinius, lib. XIII. cap. xxj. *Tragion fruticem sola Creta insula gignit: eadem & tragacanthen, spinæ albæ radice, multùm prælatam apud Medos, aut in Achaia, nascenti.*

Ani-

Anisum. Plinius, lib. XX. cap. xvij. *Laudatissimum (anisum) est Creticum.*

Chamæleon albus. Theophrastus, Hist. Plant. lib. IX. cap. j. Ἔχει δὲ δάκρυον καὶ ἡ ἰξία ἡ ἐν Κρήτῃ. *Habet verò lacrymam etiam chamæleon albus, qui in Creta nascitur.*

Tragium. Dioscorides, lib. IV. cap. xlix. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ. *Tragium in Creta tantùm nascitur.* Plinius, lib. XIII. cap. xxj. *Tragion fruticem sola Creta insula gignit.* Iterum, lib. XXVII. cap. xiij. *Tragion nascitur in Cretæ tantùm insulæ maritimis.* Oribasius, Collect. Medic. lib. XII. *Tragium in Creta solùm nascitur.* Meminitque ejus rursum, lib. XIV. cap. xlviij. & lx.

Cæpa. Theophrastus, Hist. Plant. lib. VII. cap. IV. Ἰδιωτάτη δὲ ἡ φύσις ἡ τῶν Κρητικῶν κρομμύων. *Peculiaris maximè natura est cæparum Creticarum.* Et paulo post: Ἐν Κρήτῃ γάρ ἐστί τι γένος, ὃ σπειρόμενον μὲν ῥίζαν ποιεῖ, φυτευόμενον δὲ καυλὸν, καὶ σπέρμα. *Est enim in Creta genus quoddam; quod satum quidem, radicem facit; plantatum autem, caulem, & semen.*

Asplenum. Plinius, lib. XXVII. cap. v. *Asplenum, sunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limosa, cavernosa, sicut filicis; candida, hirsuta: nec caulem, nec florem, nec semen habet. Nascitur in petris, parietibusque opacis, humidis: laudatissima in Creta.* Nascebatur verò juxta fluvium Pothereum, eâ parte, quæ Gortynam versus erat. Vide Vitruvium, lib. I. cap. iv.

Alimus. Solinus, cap. xvij. *Herba ibi est, quæ* Ἄλιμος *dicitur: ea admorsa diurnam famem prohibet.* Et ex eo Isidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *In Creta nascitur & alimus, quæ admorsa diurnam famem prohibet.*

Melilotus. Plinius, lib. XXI. cap. ix. *Est (melilotus) in Campania Italiæ laudatissima; Græcis, in Sunio: mox Chalcidica, & Cretica.*

Aconitum. Theophrastus, Hist. Plant. lib. IX. cap. xvj. Τὸ δ' ἀκόνιτον γίνεται μὲν ὡς φασὶ καὶ ἐν Κρήτῃ. *Aconitum verò, ut quidem ajunt, etiam in Creta nascitur.*

Acorus. Plinius, lib. XXV. cap. xiij. *Optimæ (acori) Ponticæ,*

P dein

dein Galaticæ, mox Creticæ. Sed primæ in Colchide, juxta Phasin amnem. Creticæ, candidiores Ponticis.

Pseudobunium. Dioscorides, lib. IV. cap. cxxv. Ψευδοβούνιον θαμνίον ἐστὶ σπιθαμιαῖον ἐν Κρήτῃ, ἔχον φύλλα βουνίῳ ὅμοια. *Pseudobunium frutex est in Creta, palmi altitudine, folia habens bunio similia.*

Theangelis. Plinius, lib. XXIV. cap. xvij. *Theangelida (tradunt) in Libano Syriæ, Dicte Cretæ montibus, nasci.*

Pæonia. Oribasius Simpl. lib. I. cap. lij.

Inventa Pæonia nomen auctoris retinet. Nascitur Cretæ.

Aristolochia. Plinius, lib. XXV. cap. viij. *Aristolochiæ quatuor genera servant.* Et mox: *Tertium, longissimæ tenuitatis, vitis novellæ, cui sit præcipua vis, quæ* κληματῖτις *vocatur, ab aliis Cretica.*

Daucus. Hesychius: Δαῦκος, ὁ θρασὺς, καὶ βοτάνη τις Κρητική. *Daucus, audax: & herba quædam Cretica.* Plinius, lib. XXV. cap.ix. *Dauci genera quatuor facit Petronius Diodotus; quæ persequi nihil attinet, cùm sint differentiæ duæ. Probatissimæ, in Creta.* Et mox, de eadem herba: *Ex aliis, usus seminis; ex Creta, radicis dulcis: & magis ad serpentes est.* Dioscorides, lib. III. cap. lxxxiij. Δαῦκος, οἱ δὲ, Δίρκαιον καλοῦσιν. ὁ μέν τίς ἐστι Κρητικός· μαράθρῳ ἔχων τὰ φύλλα ὅμοια. ὁ δέ τις αὐτῶν, ἐστὶ σελίνῳ ἀγρίῳ παραπλήσιος. διαφέρει δὲ ὁ Κρητικός. *Daucus; nonnulli Dircæum appellant. Ac quidam, est Cretensis; folia habens fœniculo similia: alter verò, apio silvestri similis est. Præstat autem Cretensis.* Et posteà: Ἡ δὲ χρῆσις τῶν μὲν ἄλλων, σπέρματος μόνον· τοῦ δὲ Κρητικοῦ, καὶ τῆς ῥίζης. ἥτις μάλιστα πρὸς τὰ θηρία πίνεται μετ' οἴνου. *Et aliorum quidem, solum semen usum habet; at Cretensis, etiam radix: quæ potissimùm adversus venenata animalia bibitur in vino.* Videndus quoque Oribasius, Collect. Medic. lib. XI.

Cyperus. Plinius, lib. XXI. cap. xviij. *Cyperus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosâ: laudatissimus in insulis, Cretâ, dein Naxo, & posteà in Phœnice. Cretico, candor odorque vicinus nardo.*

Parætonium. Plinius, lib. XXXV. cap. vj. *Parætonion nomen loci habet ex Ægypto; spumam maris esse dicunt, solidatam cum limo: & ideò conchæ minutæ inveniuntur in eo. Fit & in Creta insula, atque Cyrenis.*

Cicuta. Dioscorides, lib. IV. cap.lxxix. Ἐνεργέστατον δὲ τὸ κώνειόν ἐστι

τὸ

τὸ Κρητικὸν, καὶ Μεγαρικὸν, καὶ τὸ Ἀττικὸν, καὶ τὸ ἐν τῇ Χίῳ, καὶ Κιλικίᾳ, γινόμενον. *Efficacissima autem (cicuta) est Cretensis, & Megarensis, & Attica: item quæ in Chio, ac Ciliciâ, nascitur.* Plinius, lib. XXV. cap. xiij. *Maxima vis (cicutæ) natæ Susis Parthorum; mox Laconicæ, Creticæ, Asiaticæ: in Græcia verò, Megaricæ, deinde Atticæ.* Videndus etiam Oribasius, Collect. Med. lib. XI.

Lithospermum. Plinius, lib. XXVII. cap. xj. *Inter omnes herbas lithospermo nihil est mirabilius. Nascitur & in Italia, sed laudatissimum in Creta.*

Seseli. Dioscorides, lib. III. cap. lxiij. τορδύλιον. ἔνιοι δὲ Σέσελι Κρητικὸν καλοῦσι. *Tordylium. Nonnulli autem Seseli Cretense dicunt.* Oribasius, Collect. Medic. lib. XII. *Tordylon, quod aliqui Seseli Creticum vocant.*

Elleborus. Demetrius Constantinopolitanus, De Cura Accipitrum, cap. clxxviij. Ἐλλεβόρου Κρητικοῦ, γράμμα ἕν· ἴξους, τὸ ἀρκοῦν. *Ellebori Cretensis, scrupulum unum: arcti, quantum sufficit.*

Fucus marinus. Dioscorides, lib. IV. cap. c. Φῦκος θαλάσσιον, τὸ λευκὸν, φυόμενον δὲ ἐν Κρήτῃ πρὸς τῇ γῇ, εὐανθὲς ἄγαν, καὶ ἄσηπτον. *Fucus marinus, candidus, qui in Creta nascitur juxta terram, pulcrè floridus est, nec corruptioni obnoxius.* Videndus quoque Oribasius, collect. Medic. lib. XII. & Theophrastus, Hist. Plant. lib. IV. cap. vij.

Postquam herbas enarravi, lapides subjungere libet: inter quos *Achates* erat. Marbodeus, Dactyliothecæ cap. ij.

Hunc quoque corallo similem gerit insula Creta:
Cujus planities croceis est illita venis.
Iste nepæ virus fugat, & quod vipera fundit.

Loquitur autem de Coralloachate dicto: quippe variæ ejus species, ut videre est apud Plinium, lib. XXXVII. cap. x. Et ex his coralloachatem Creta sibi nostra vendicat. Plinius, citato loco: *Coralloachates, guttis aureis sapphiri modo distincta: qualis copiosissima in Creta, sacra appellata. Putant eam contra araneorum, & scorpionum, ictus prodesse.*

Idæus dactylus. Isidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *Gignit & lapidem Creta, qui Idæus dactylus dicitur.* Et videtur dactylus quidem appellatus, quod humani pollicis speciem referret. Plinius, lib.

XXXVII. cap. x. *Idæi dactyli in Creta, ferreo colore, pollicem humanum exprimunt.* Et Solinus, cap xvij. *Lapis quoque Idæus dactylus dicitur insulæ istius (Cretæ) alumnus, coloris ferrei, humano pollici similis.* Nascebatur autem in Ida monte: Unde & Idæus dictus, ut existimo. Psellus, lib. De Lap. ὁ Ἰδαῖος δάκτυλος, ἐν Ἴδῃ τῆς Κρήτης γίνεται· καὶ ἔστι τὸ σχῆμα δακτύλῳ ἀνδρὸς ἐμφερὴς τῷ ἀντίχειρι, χροιὰν σιδηρόχρους. *Idæus dactylus, in Ida Cretæ nascitur: ac formâ pollicem hominis refert, colore ferreus.*

Neque lapides pretiosi ægrè ferent, si adjiciam operarium: ignobiliorem quidem, sed majoris in humana vita usus, itaque nec postponendum. Atque hic

Cos est. Plinius, lib. XXXVI. cap. xxij. *Nunc ad operarios lapides transiisse conveniat, primumque cotes ferro acuendo. Creticæ diu maximam laudem habuere.* Memoratque cotes Creticas item Alfenus, in l. Cæsar. XV. Dig. De Publicanis: *Cæsar, cùm insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat.* Ne quis præter redemptorem post Idus Martias cotem ex insula Cretâ fodito, neve eximito, neve avellito. *Cujusdam navis, onusta cotibus, ante Idus Martias ex portu Cretæ profecta, vento relata in portum erat: deinde iterum post Idus Martias. Consulebatur, num contra legem post Idus Martias ex insula Creta cotes exisse viderentur.* Præstantissimæ verò erant juxta urbem Naxum: ut doceo abundè suprà, ubi de ea urbe ago, lib. I. cap. xij. Non immeritò addetur istis

Spongia; non ipsa lapis, sed quæ tamen in se habeat, quem Spongiten, & Tecolithon, appellârunt. Theophrastus, Hist. Plant. lib. IV. cap. vij. Γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ πρὸς βοῤῥᾶ (Κρήτῃ) καὶ πλεῖον, καὶ καλόν· ὥσπερ καὶ σπογγιαὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα. *Nascitur etiam in Creta, quâ ad boream sita est, copiosius, meliusque: ut etiam spongiæ, & similia.* Denique, corollarii vice, postquam herbas, lapidesque, explicavi, unum ex ciborum genere memorabo. Nempe & casei illic erant, lati, ac tenues, quos θαλείας appellabant, & in sacris denecalibus, uti Veteres loquebantur, offerebant. Athenæus, lib. XIV. τοὺς δὲ λεπτοὺς τῶν τυρῶν, καὶ πλατεῖς, Κρῆτες θαλείας καλοῦσι, ὥς φησι Σέλευκος, οὓς ἐν θυσίαις τισὶν ἐναγίζουσιν. *Ex caseis verò tenues, & latos, Cretenses thalias vocant, uti auctor est Seleucus: quos in sacrificiis quibusdam parentationis loco offerebant.*

JOAN-

JOANNIS MEURSI

CRETAE,

SIVE,

De insulæ istius rebus, & antiquitatibus,

LIBER III.

De Regno, & Republica, varioque ejus statu.

CAP. I.

Primus illic regnum tenuit Jupiter I; qui, uxorem Idæam habens, insulam ab ejus nomine appellavit: cujus & sepulcrum fuit, ibi ostensum. Huic Cres successit, filius: qui de suo nomine insulam Cretam dixit. Post eum, regnavit Ammon; qui, initio Libyæ Rex, ductâ Rheâ, Jovis I. nepte, ab ea repudiatus, in Cretam venit: &, uxore ibi acceptâ Cretis filiâ, Cretâ dictâ, cùm & regnum posteà obtinuisset, insulam ab ejus nomine ipse Cretam appellasse memoratur: obiterque Rex Melisseus indicatur. Ammon porrò inde, bello à Saturno, & Titanibus, impetitus, Bacchi ope victor factus, diem obit: atque successorem habet Jovem II.

Vidimus insulam, & res ejus memorabiles; nunc inspiciamus regnum, quique præfuerunt Reges: hinc rempublicam, atque ejus instituta. Ac, quod regnum quidem attinet, primus id obtinuit

Jupiter; ille omnium antiquissimus, Cœli frater: qui ex nomine Idææ conjugis insulam Idæam dixit. Cujus & sepulcrum ferunt, quod in Creta diu adeò permansisse, suprà ostendi, lib. I. cap. xix. Diodorus Siculus, lib. III. Γεγονέναι δὲ (μυθολογοῦσι) καὶ ἕτερον Δία, τὸν ἀδελφὸν μὲν Οὐρανοῦ, τῆς δὲ Κρήτης βασιλεύσαντα, τῇ δόξῃ πολὺ λειπόμενον τοῦ μεταγενεστέρου. τοῦτον μὲν οὖν, βασιλεῦσαι τοῦ σύμπαντος κόσμου· τὸν δὲ προγενέστερον, δυναστεύοντα τῆς προειρημένης νήσου, δέκα παῖδας γεννῆσαι, τοὺς ὀνομασθέντας Κούρητας. προσαγορεῦσαι δὲ καὶ τὴν νῆσον ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἰδαίαν· ἐν ᾗ καὶ τελευτήσαντα ταφῆναι, δεικνυμένου τοῦ τὴν ταφὴν δεξαμένου τόπου μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων. *Fuisse autem (fabulosè nobis referunt) & Jovem alterum, Cœli fratrem, ac Cretæ Regem, verùm gloriâ multò sanè postero inferiorem. Etenim hunc, sub imperio totum mundum habuisse; priorem verò, insulæ, de qua dixi, Principem, decem filios genuisse, qui Curetes nominati: appellasse autem insulam ab uxore suâ Idæam. In qua etiam vitâ functus, mox sepultus item fuerit: ac sepulcri quoque locus usque ad hæc nostra tempora commonstratur.* Ubi & observa, ejus filios Curetas esse: unde etiam Διογενέτορες, *Jove geniti*, ab Euripide dicuntur, in fabula Bacchis. De Jovis autem in Creta regno, est Prudentii iste locus, Contra Symmachum, lib. II.

Jupiter ut Cretæ domineris. ———

Post hunc regnum

Cres accepit, ejus ex Idæa filius, uti dixi; Curetum filiorum decem, ut videtur, natu maximus: isque insulam, quam de matris nomine Idæam pater appellaverat, mox de suo Cretam dixit. Stephanus: Οἱ δὲ (ὠνομασθεῖσαν τὴν Κρήτην φασὶν) ἀπὸ Κρητός, τοῦ Διὸς καὶ Ἰδαίας νύμφης παιδός. *Hi verò (appellatam Cretam dicunt) à Crete, Jovis & Idææ Nymphæ filio.* Marcianus, in Periegesi:

Αὐτῶν Ἔφορος εἴρηκεν εἶναι φησί τε
Ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
Τοῦ δὲ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος.

Ipsorum Ephorus dixit esse, atque ait,
Insulam denominatam à Crete quodam,
Qui Rex fuerit, & indigena.

Isidorus, Orig. lib. XIV. cap. vj. *Creta dicta à Crete quodam indigena, quem ajunt unum Curetarum fuisse.* Quæ verbo tenus transcripsit

pſit & Florentius Wigornienſis, Chronici cap. xvij. Atque eum Abrahami temporibus, anno ejus quinquageſimo & ſexto, regnum tenuiſſe, auctor nobis eſt Euſebius, in Chron. Can. κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἐβασίλευσε Κρὴς εἷς αὐτόχθων, ὃν ἕνα λέγουσι τῶν Κουρήτων. ἐξ αὐτοῦ δὲ Κρητὸς ἡ νῆσος ὠνομάσθη Κρήτη. *Secundùm hæc tempora regnum tenuit Cres indigena, quem ajunt unum Curetum fuiſſe. Ab ipſo autem Crete inſula nomen accepit.* Quanquam poſtea ad Iſaaci, ejus filii tempora referat, nempe ad viceſimum octavum annum: ſtatuitque intervallum annorum LXXII. Τινὲς τὸν αὐτόχθονα Κρῆτα πρῶτον Κρήτης βασιλεῦσαι φασί. καὶ ἄλλους, κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἀνωτέρω εἴπομεν. *Quidam indigenam Cretem primum Cretæ Regem tradunt: alii verò, eo tempore, quod ſuprà dixi.* Et ex eo Marianus Scotus: *Apud Cretam regnavit primo Cres indigena, unde Creta nuncupata: quemque ajunt unum Curetarum fuiſſe.* Gotfridus Viterbienſis, cum Nembroti filium facit, Chron. Parte III.

Obtinuit natos Nembrot, patriâ variatos;
Cres puer, ex fratrum numero primus reputatur:
Cujus & inprimis inſula Creta fuit.
Cres Rex primus erat, cujus fuit inſula Creta.

Paulo antè tamen patrem Cœli facit, & per conſequens Jovis quoque ipſius primi, de quo dixi: nam hi duo fratres erant, ut oſtendi; niſi fortè alio hic patre natus. Ecce tibi verba ejus: *Creta inſula dicta eſt à Crete, primo Rege Cretenſium, patre Cœli, qui poſteà genuit Saturnum.* Sed, qui Veterum id diceret, non inveni. Meminit ejus etiam Clemens, Strom. I. Huic mox ſucceſſit gener, nomine

Ammon; qui, initio Rex in parte quadam Libyæ, poſtquam primò uxorem Rheam habuiſſet, Jovis primi ex Cœlo ejus fratre neptem, ab eâ repudiatus, & in inſulam Cretam profugus, ubi regnum Cres tenebat cum Curetibus, fratribus ſuis, uxorem accepit Cretis filiam, Cretam dictam, ac cum ea quoque regnum: & adeptus, mox de nomine uxoris inſulam Cretam, ut nonnulli ſunt auctores, appellavit: quod à Crete tamen ſocero alii jam antè factum tradiderunt. Ac, initio regnum in Libyæ parte quâdam tenuiſſe, & uxorem illic Rheam, Cœli filiam, duxiſſe, clarè dicit Diodorus, lib. III. Φησὶ δ' οὖν (ὁ Θυμοίτης) Ἄμμωνα, βασιλεύοντα μέρους τῆς Λιβύης, Οὐρανοῦ γῆμαι θυγατέρα, τὴν προσαγορευομένην Ῥέαν, ἀδελφὴν οὖσαν Κρόνου τε καὶ τῶν ἄλλων Τιτάνων. *Ait igitur (Thymætes) Ammonem,*

monem, in parte quadam Libyæ regnantem, Rheam, Cœli filiam, Saturni aliorumque Titanum ſororem, matrimonio ſibi junxiſſe. Repudiatum verò ab eâ, in Cretam profugum veniſſe, cæteraque, quæ jam dixi, alio quodam loco poſteà eodem libro, idem Diodorus memorat, iſtis verbis: Λέγεται τὴν Ῥέαν, ὀργισθεῖσαν Ἄμμωνι, φιλοτιμηθῆναι λαβεῖν ὑποχείριον τὸν Διόνυσον. οὐ δυναμένην δὲ κρατῆσαι τῆς ἐπιβολῆς, τὸν μὲν Ἄμμωνα καταλιπεῖν, ἀπαλλαγεῖσαν δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς Τιτᾶνας, συνοικῆσαι Κρόνῳ τῷ ἀδελφῷ. τοῦτον δ' ὑπὸ τῆς Ῥέας πεισθέντα στρατεῦσαι μετ' αὐτῶν ἐπ' Ἄμμωνα, καὶ γενομένης παρατάξεως, τὸν μὲν Κρόνον ἐπὶ τοῦ προτερήματος ὑπάρξαι· τὸν δὲ Ἄμμωνα, σιτοδείᾳ πιεζόμενον, φυγεῖν εἰς Κρήτην· καὶ, γήμαντα τῶν τότε βασιλευόντων Κουρήτων ἑνὸς (τοῦ Κρητὸς) θυγατέρα Κρήτην, δυναστεῦσαί τε τῶν τόπων, καὶ τὸ πρὸ τοῦ τὴν νῆσον Ἰδαίαν καλουμένην ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὀνομάσαι Κρήτην. *Ajunt Rheam, Ammoni iratam, ambitioſè contendiſſe, ut in poteſtatem ſuam Dionyſium redigeret; ac, propoſiti ſui irritam, relicto Ammone, ſeſe ad Titanes fratres contuliſſe, & ex his Saturnum ſibi mox maritum adſciviſſe: illum autem, arma intuliſſe Ammoni, Rheæ ſuaſu; ac, conſertâ inde manu, ſuperiorem evaſiſſe. Ammonem verò, rei frumentariæ penuriâ actum, confugiſſe hinc in Cretam; atque ibi ductâ uxore Cretâ, filiâ (Cretis,) unius Curetum, qui tum regnum hîc tenebant, loci quoque principatum accepiſſe; inſulamque, anteà Idæam dictam, Cretam, ab uxoris nomine appellaſſe.* Et ex his Curetibus, quos cum Crete, fratre maximo, regnum tunc obtinuiſſe, diſcimus ex Diodori iſto loco, unum cenſeo fuiſſe Meliſſeum; cujus filiæ natum ſub id tempus Jovem educandum acceperunt: nam & ipſum Cretæ Regem Auctores dicunt. Hyginus, in Poët. Aſtronom. *Parmeniſcus autem ait; Meliſſea quendam fuiſſe Cretæ Regem. Ad ejus filias Jovem nutriendum eſſe delatum: quæ quod lac non haberent, capram ei admiſere, Amaltheam nomine.* Et Lactantius, lib. I. cap. xxij. *Didymus, in libris* Ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς, *ait; Meliſſea, Cretenſium Regem, primum diis ſacrificaſſe: ac ritus novos, ſacrorumque pompas, introduxiſſe. Hujus duas fuiſſe filias, Amaltheam, & Meliſſam: quæ Jovem puerum caprino lacte, ac melle, nutrierunt.* Neque video, quem Meliſſeo huic locum, inter inſulæ ejus Reges, alium poſſimus dare. Mox Saturnus, ac Titanes, non contenti hâc

inju-

injuriâ, in Cretam trajicientes, ibi Ammonem etiam infestis armis persequuntur; &, Ammoni auxilium ferente Jove, mox accurrit quoque Bacchus ex India, rei famâ excitatus, prælioque inde inito victor factus, è medio Titanes tollit, & Ammoni regnum asserit. Diodorus, quem habemus solum ducem in antiquitate istâ remotissimâ, fabulisque intricatâ, refert, alio quodam loco mox sequente: τὸν δ' οὖν Διόνυσον φασὶ, τὴν κατάβασιν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς ἐπὶ τὴν θάλατταν ταχεῖαν ποιησάμενον, καταλαβεῖν ἅπαντας τοὺς Τιτᾶνας, ἠθροικότας δυνάμεις, καὶ διαβεβηκότας εἰς Κρήτην ἐπ' Ἄμμωνα. προσβεβηκότος δὲ καὶ τοῦ Διὸς ἐκ τῆς Αἰγύπτου τοῖς περὶ τὸν Ἄμμωνα, καὶ πολέμου μεγάλου συνεστῶτος ἐν τῇ νήσῳ, ταχέως καὶ τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, καί τινας τῶν ἄλλων θεῶν νομισθέντων, συνδραμεῖν εἰς Κρήτην. γινομένης δὲ παρατάξεως μεγάλης, ἐπικρατῆσαι τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον, καὶ πάντας ἀνελεῖν τοὺς Τιτᾶνας. *Bacchum porrò ajunt, ocyùs ex India ad mare descendisse, ibique comperisse, Titanes, viribus collectis, contra Ammonem in Cretam transgressos esse. Cumque Jupiter ex Ægypto etiam suppetias Ammoni ferret, atque ingens jam in insula bellum excitatum foret, illicò accurrisse Bacchum, ac Minervam, aliosque, qui in diis censebantur, ac, post pugnam sanè acrem, Bacchum, & qui partes ejus sequebantur, mox superiores factos, funditùs Titanes omnes sustulisse.*

Et Jovem post eum Cretam, tenuisse, idem Diodorus prodit: Μετὰ δὲ ταῦτα, Ἄμμωνος καὶ Διονύσου μεταστάντων ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως εἰς τὴν ἀθανασίαν, τὸν Δία φασι βασιλεῦσαι τοῦ σύμπαντος κόσμου, κεκολασμένων τῶν Τιτάνων, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ τολμήσοντος δι' ἀσέβειαν ἀμφισβητῆσαι τῆς ἀρχῆς. *Post hæc verò, Ammone & Baccho ex rebus humanis ad immortalitatem translatis, Jovem orbis universi regnum tenuiße ajunt, jam Titanibus punitis, nec contendere de regno quoquam auso, quamvis impio.*

Q CAP.

CAP. II.

Cecrops. Cydon; ejus ætas: item filia Eulimene, Aptero desponsa: à Lycasto adamata, & vitiata. Cretensium contra eum seditio. Alius ab hoc, Cydoniæ conditor. Apterus, ejusque ætas. Lapes. Teutamus; qui Pelasgos, Æolesque, in Cretam ducit. Asterius, Teutami filius: raptam suo tempore à Jove Europam uxorem ducit, liberosque ex ea Jovis sibi adoptat. Exercitus ducem Taurum habuit; qui Europam inter prædam Tyro abduxit: & eorum, qui fuisse Regem dicunt, error obiter indicatus. Ab aliis Asterion dicitur. Alius ejusdem nominis, qui & Minotaurus dictus: ipse quoque à nonnullis Asterion nominatus. Isaacii Tzetzæ error. Minos I; cui initio lis de regno mota fuit: & quo modo id obtinuerit. Ejus autem uxor, Itona: filiusque regni hæres, Lycastus.

Hîc defectus in Historia Regum Creticorum ingens se ostendit: nam Eusebius inter Cretem, & Cydonem, nullum memorat; cùm ab anno primo Cretis, si à quinquagesimo sexto Abrahami, ut nonnulli, eum computes, ad principium Cydonis, spatium sit trecentorum nonaginta sex annorum: intra quod omninò oportet Reges plurimos fuisse. Inter eos, qui hoc temporis intervallo regnum Cretæ tenuerunt,

Cecrops fuit. Ita docet, non is quidem antiquus auctor, sed qui certè ex antiquo aliquo auctore hausisse est putandus, Gotfridus Viterbiensis, Chronici sui Parte IV.

Cùm dominum Cecropem Regem tenet insula Creta.

Ac confirmat istud Plautus, ubi Cretam, Rhadamanti olim sedem, uti notum, *insulam Cecropiam* vocat, in Trinummo, Act. IV. sc. ij.

——— *illum reliqui ad Rhadamantem, in Cecropia insulâ.*

Post hunc, memorandus

Cydon; quanquam & ille ordine omninò incerto: quem Eusebius collocat anno nonagesimo Hebræorum sub Ægyptiis servitutis. Verba ejus, Hieronymo interprete, ita habent: *Hoc tempore Cydon regnat in Creta.* Sed in Græco textu hæc desunt. Habuit autem hic filiam,

filiam, Eulimenen, quam Lycaſtus adamavit, Aptero, tunc inter Cretenſes loci principi viro, deſponſatam. Parthenius Erotic. cap. XXXV. Ἐν δὲ Κρήτῃ ἠράσθη Λύκαστος τῆς Κύδωνος θυγατρὸς Εὐλιμένης, ἣν ὁ πατὴρ Ἀπτέρῳ καθωμολόγητο, πρωτεύοντι τότε Κρητῶν. *In Creta amavit Lycaſtus Eulimenen, Cydonis filiam, quam pater Aptero deſponderat, viro inter Cretenſes primati.* Ac, ſeditione exortâ, cùm deficerent urbes plurimæ, & conſilii penderet, miſit ſciſcitatum oraculum; quod reſpondit, immolandam heroibus indigenis virginem eſſe: &, cùm ſorte ipſa Eulimene, ejus filia, peteretur, ut oraculo morem gereret, illam, ſicut juſſus erat, immolavit. Memorat Parthenius, citato loco, qui videndus. Alius eſt, ne quis confundat, multò tempore poſterior, Mercurii ex Acacallide Minois filius, qui Cydoniam urbem condidit, à ſe dictam: uti teſtis eſt Pauſanias, in Arcadicis; & Stephanus, in Κυδωνία: qui Apollinis, non Mercurii, filium facit. Mortuo autem Cydone, in regno ſucceſſit

Apterus: quem jam antè, uti docui ex Parthenio, generum ſibi deſtinaverat. Euſebius eum refert in annum Moſis octavum; qui erat ſexageſimus poſt initium Cydonis: Κρήτης ἐβασίλευσεν Ἀπτέρας, καὶ τὴν πόλιν ἔκτισεν. Hieronymus: *Hoc tempore in Creta regnavit Apteras, qui & urbem condidit.* Atque huic ſucceſſit

Lapes: collocatque eum Euſebius in anno nono Jeſu Nave, quadrageſimo ab initio Apteri. Ita enim illic ait: Κρήτης ἐβασίλευσε Λάπης. *Cretæ regnum tenuit Lapes.* Poſt hunc

Teutamus: qui invaſit, cum Æolibus, & Pelaſgis. Diodorus, lib. IV. Τεύταμος ὁ Δώρου, τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Δευκαλίωνος, εἰς Κρήτην πλεύσας μετὰ Αἰολέων, καὶ Πελασγῶν, ἐβασίλευσε τῆς νήσου. *Teutamus, Dori filius, Hellenis nepos, Deucalionis pronepos, cùm in Cretam navibus profectus eſſet, cum Æolibus, & Pelaſgis, inſulæ regnum occupavit.* Sed nec ille, nec, qui ante eum, Lapes, diu regnum habuere: ac ſucceſſit huic

Aſterius, etiam puer, ut videtur. Quippe Teutamus, poſtquam Cretam occupaſſet, ductâ uxore Crethei filiâ, Aſterium ex illa ſuſtulit. Diodorus, loco citato: Γήμας δὲ (ὁ Τεύταμος) τὴν Κρηθέως θυγατέρα, ἐγέννησεν Ἀστέριον. *Matrimonio autem (Teutamus) cum Crethei filiâ contracto, Aſterium genuit.* Atqui Euſebius Aſterium re-

gnum adiisse tradit ad vigesimum quartum annum Jesu Nave: qui est decimus & quintus post principium Regis Lapis. Itaque, si rectè ille tempus putat, neque Lapes, neque Teutamus, diu sanè regnavere: & Asterium quoque oportet, patre Rege in Creta natum, puerum adhuc regnum auspicatum esse. Atque is adultus posteà, uxorem Europam duxit; quæ ipsius tempore à Jove rapta, & in Cretam adducta erat; jamque filios tres pepererat, Minoëm, Rhadamanthum, & Sarpedonem: quos & sibi adoptavit, atque successorem ex his Minoëm habuit. Diodorus: Οὗ (Ἀστερίου) βασιλεύοντος ἐν Κρήτῃ, Ζεὺς, ὡς φασὶν, εὐρώπην ἁρπάσας ἐκ Φοινίκης, καὶ διακομίσας εἰς Κρήτην ἐπὶ ταύρου, μιγεὶς αὐτῇ, τρεῖς υἱοὺς ἐγέννησε, Μίνω, καὶ Ῥαδάμανθον, καὶ Σαρπηδόνα. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν Εὐρώπην Ἀστέριος ὁ βασιλεὺς τῆς Κρήτης ἔγημεν. ἄπαις δὲ ὢν, τοὺς τοῦ Διὸς παῖδας υἱοποιησάμενος, διαδόχους τῆς βασιλείας ἀπέλιπε. *Quo (Asterio) in Creta regnante, Jupiter, ut ajunt, abreptam è Phœnice Europam, in Cretam traduxit, tauro impositam: ac, cum ea congressus, tres filios sustulit, Minoëm, Rhadamanthum, & Sarpedonem. Europam verò posteà Asterius, Cretæ Rex, uxorem duxit: cumque liberos non haberet, eos sibi adoptatos regni hæredes reliquit.* Eusebius, contra auctoritatem veterum, hos Asterii filios facit, atque Jovis fabulosè dictos tradit: Εὐρώπῃ τῇ Φοίνικος Ζεὺς ἐμίγη. αὕτη δὲ ἦν Ἀστερίου, τοῦ Κρητῶν βασιλέως, γαμετή· ἐξ ἧς ἔσχε τρεῖς υἱοὺς, Μίνωα, καὶ Ῥαδάμανθον, καὶ Σαρπηδόνα. οἱ καὶ Διὸς ἐμυθεύοντο παῖδες εἶναι. Quæ sic vertit Hieronymus: *Europæ, filiæ Phœnicis, mixtus est Jupiter: quam posteà Asterius, Cretensium Rex, uxorem accipiens, Minoëm ex ea, & Rhadamanthum, & Sarpedonem procreavit.* Lycophron, quia Asterius Europam sibi uxorem duxit, eam Asterio raptam dicit, non Jovi. Ecce verba:

Αὖθις γὰρ ὕβριν τὴν βαρεῖαν ἁρπαγῆς
Κουρῆτες ἀντίποινον Ἰδαῖοι κάπροι
Ζητοῦντες, αἰχμάλωτον ἤμπρευσαν πόριν
Ἐν ταυρομόρφῳ τράμπιδος τυπώματι
Σαραπτίαν Δικταῖον εἰς ἀνάκτορον,
Δάμαρτα Κρήτης Ἀστερίῳ στρατηλάτῃ.
Rursus enim injuriam gravem raptus
Mutuam Curetes Idæi apri

Per-

Persequentes, captivam traxerunt juvencam
In tauriformi navigii vase
Sarapiam Dictæum in palatium,
Uxorem Asterio, Cretæ imperatori.

Asterii verò hujus exercitus ductor erat Taurus quidam: qui, expugnatâ urbe Tyro, inde inter aliam prædam abduxit etiam Europam, Agenoris filiam: quam Asterius matrimonio sibi junxit. Non rectè quidam eum Cretæ Regem faciunt; ut ostendam, cum de claris insulæ viris sum dicturus. Asterium verò hunc Europam sibi uxorem adscivisse, liberosque ejus ex Jove adoptasse, refert & Apollodorus; qui Asterionem tamen, non Asterium, eum vocat, lib. III. Εὐρώπην δὲ γήμας Ἀστερίων, ὁ Κρητῶν δυνάστης, τοὺς ἐκ ταύτης παῖδας ἔτρεφεν. *Europâ ductâ Asterion, Cretæ Rex, filios ex ea natos educavit.* Et Etymologici Auctor: Κατέμεινεν ἡ Εὐρώπη ἐν Κρήτῃ, Ἀστερίωνι γαμηθεῖσα. *Mansit Europa in Creta, Asterioni nupta.* Alius oportet fuerit, qui & Minotaurus dictus, &, inclusus Labyrintho, à Theseo occisus fuit. Itaque Isacius Tzetzes, qui confundit cum hoc Rege, valdè errat. Verba ejus, in Commentario ad Lycophronis anteà citatum locum, ita habent. Ταῦρος ὁ Κνώσσιος; στρατηγὸς παρὰ Ἀστερίου, τοῦ καὶ Μινωταύρου, βασιλέως Κρήτης, πεμφθεὶς, ἀφήρπασεν αὐτὴν (τὴν Εὐρώπην) ἀπὸ Σαραπίας, πόλεως Φοινίκης, μεταξὺ Σιδῶνος καὶ Τύρου κειμένης. *Taurus Cnossius, dux exercitus ab Asterio, qui & Minotaurus dictus, Cretæ Rege, missus, ipsam (Europam) rapuit ex Sarapiâ, urbe Phœniciæ, inter Sidonem & Tyrum sitâ.* Certè Minotaurum quidem etiam Asterionem dictum esse, observare quoque licet ex Pausaniæ Corinthiacis: Θησέα δὲ ἐλέγετο ἱδρύσασθαι καὶ ὀνομάσαι Σώτειραν, ἡνίκα, τὸν Ἀστερίωνα τὸν Μίνω καταγωνισάμενος, ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κρήτης. ἀξιολογώτατον δὲ εἶναι τοῦτο ἔδοξεν οἱ τῶν κατειργασμένων, οὐ τοσοῦτον (ἐμοὶ ἐδόκει) ὅτι ἀνδρείᾳ τοὺς ἀποθανόντας ὑπὸ Θησέως ὑπερέβαλεν ὁ Ἀστερίων· ἀλλὰ τότε ἐκ τοῦ λαβυρίνθου δυσέξοδον καὶ λαθόντα ἀποδρᾶναι μετὰ τὸ ἔργον, ἐποίησεν εἰκότα τὸν λόγον, ὡς προνοίᾳ θείᾳ καὶ αὐτὸς ἐσώθη Θησεὺς, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. *Dicatum id à Theseo tradunt, deamque ipsam Sospitatricem nominatam, cùm ille è Creta, interempto Asterione, Minois filio, rediisset. Fuisse autem omnium Thesei factorum hoc memoratu dignissimum existimo, non ob id solùm, quod Asterion viribus longè fuerit*

omnibus iis, quos Theseus confecit, superior; verùm multò magis, quòd, cùm ex Labyrintho clàm patrato facinore effugerit, omnesque loci difficultates superârit, certum dederit documentum, cùm se, tum socios, vi divinæ providentiæ servatos esse. Ubi illud item attende, etiam eum Asterionem appellare, quem Asterium Tzetzes dixit: sed cum Rege non confundit, quæ peritia ejus fuit. Asterium verò etiam Minotaurum dictum, memorat Apollodorus, libro citato: Ἡ δὲ Ἀστέριον ἐγέννησε, τὸν κληθέντα Μινώταυρον. *Hæc verò Asterium peperit, Minotaurum appellatum.* Asterius verò, Cretæ Rex, cùm sine liberis decederet, maximus adoptivorum, uti dixi, regnum accepit,

Minos I. qui uxore ductâ Itonâ, Lyctii filiâ, ex ea Lycastum genuit, sibi posteà successorem. Diodorus, lib. IV. Ἄπαις δὲ ὢν, (ὁ Ἀστέριος,) τοὺς τοῦ Διὸς παῖδας υἱοποιησάμενος, διαδόχους τῆς βασιλείας κατέλιπε. Μίνως δὲ, διαδεξάμενος τὴν βασιλείαν, καὶ γήμας Ἰτώνην τὴν Λυκτίου, Λύκαστον ἐγέννησεν. *Cùm sine liberis esset, (Asterius,) Jovis filios adoptatos, regni hæredes reliquit. Minos verò, regno suscepto, & uxore Itonâ ductâ, Lyctii filiâ, ex ea Lycastum sustulit.* Initio, cùm regnum cuperet suscipere, quamlibet prohiberetur, tamen tenuit. Fusè rem exponit omnem Apollodorus, lib. III. Ἀστερίου δὲ ἄπαιδος ἀποθανόντος, Μίνως βασιλεύειν θέλων Κρήτης, ἐκωλύετο. Φήσας δὲ παρὰ θεῶν τὴν βασιλείαν εἰληφέναι, χάριν τοῦ πιστευθῆναι, ἔφη· ὅ τι ἂν εὔξηται, γενέσθαι. καὶ Ποσειδῶνι θύων, ηὔξατο ταῦρον ἀναφανῆναι ἐκ τῶν βυθῶν, ὑποσχόμενος καταθύσειν τὸν φανέντα. τοῦ δὲ Ποσειδῶνος ταῦρον ἀνέντος αὐτῷ διαπρεπῆ, τὴν βασιλείαν παρέλαβε. *Asterio verò sine prole decedente, Minos, cùm adire regnum Cretæ vellet, vetabatur. Cumque illud se à diis accepisse affirmaret, uti fidem ipsis faceret, dixit, quicquid precaretur, id futurum. Hinc, Neptuno factis sacris, dari sibi ex imo mari taurum petit; & oblatum, immolaturum se promittit: itaque, Neptuno ipsi taurum egregium largito, regnum accepit.* Narrat quoque Joannes Tzetzes, var. Hist. Chyl. I. cap. xix. Eusebius, eum regnum iniisse tradit anno decimo & septimo post Asterium. Huic mortuo mox successit filius,

Lycastus. Diodorus, loco citato: Γήμας (ὁ Μίνως) Ἰτώνην τὴν Λυκτίου, Λύκαστον ἐγέννησεν· ὅς, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ γήμας

Ἴδην

ἴδλω τὴν Κορύβαντ☉, ἐγέννησε Μίνωα τ̀ δεύτερον, ὅν ἔνιες Διὸς υἱὸν ἀναγράφουσιν. *Ductâ (Minos) Itonâ, Lyctii filiâ, genuit Lycastum: qui, cùm regnum adeptus esset, ductâ uxore Corybantis filiâ Idâ, ex ea sustulit Minoëm secundum: quem nonnulli Jovis filium esse tradunt.* Ab hoc urbs Lycastus fortè condita est, & appellata. Vide, sodes, in hanc rem Eustathii verba, suprà prolata, ubi de hac urbe ago, lib. I. cap. xij.

CAP. III.

Lycasti filius, Minos II: qui imperium maris primus tenuit: & Cycladibus maximâ parte occupatis, inde Caribus ejectis, filios præfecit suos. Eusebii confusio. Proverbium, ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν. Rhadamanas Cretâ expulit, ut & Casum. Rapuit Ganymedem. Insulam in tres partes distribuit; & in singulis, præter alias item multas, singulas quoque urbes condidit: Cnossum, Phæstum, & Cydoniam. Leges tulit, quas à Jove se accipere simulavit. Bellum intulit Athenis; ob Androgei filii cædem: quæ in Paro Gratiis sacrificanti nuntiata. Parii quo modo Gratiis sacra fecerint. Megara expugnavit, & Nisum occîdit, ac Megareum. Inde, Dædali causâ, arma contra Cocalum sumsit, Camici in Sicilia Regem. Joannes Tzetzes emendatur, ut & Silius Italicus. Salustii error indicatus. Mortuus est apud Camicum, fraude filiarum Cocali. Monumentum ejus illustre Inferorum judex creditus: ac crudelis appellatus: idque à quibus, & quamobrem. Ejus fanum, apud Antiochenos. Uxor ejus, liberique: inter quos Deucalion, & Catreus, regno successere: Androgeus cæsus: Glaucus, in mellis dolio periit: ejusque item inquisitio, & sepulcrum permagnificum. Inter filias, Hecale; quæ Acacallis aliis dicitur: sicuti, quæ Ariadna apud alios nominatur, à Cretensibus Aridela dicta fuit. Apollodori confusio ostensa. Hippostrati de eo liber. Deucalion: ejusque fœdus, cum Atheniensibus ictum: ac sororis item Phædræ matrimonium cum Theseo. Ipse mox Athenas abit, & Olympii Jovis templum vetustissimum ibi condit, moriturque: ac Strabonis error ostensus. Ejus liberi: & de hic Apollodori, uti & Eustathii, error. Catreus: à quo urbs

Catrea structa, & appellata. Apollodorus, item Dictys, emendantur. Ejus liberi; & oraculum de morte. Althæmenis exilium voluntarium; & involuntarium parricidium. Κρητήνια, *locus Rhodi.*

Lycasto autem, vitâ functo, posteà successit filius *Minos II*: ut apparet ex citatis antè Diodori verbis. Et imperium hic maris primus tenuit. Diodorus, in sequentibus statim verbis: οὗτος, πρῶτος Ἑλλήνων, ναυτικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος, ἐθαλασσοκράτησε. *Hic, primus Græcorum classe instructâ memorabili, maris tenuit imperium.* Quod brevissimè Eusebius: Μίνως ἐθαλασσοκράτει. Hieronymus: *Minos mare obtinuit.* Sed confundit in majorem modum tempora: nam hæc refert in centesimum quinquagesimum quintum annum, post principium regni ejus. De imperio autem maris, confirmatur ab Aristotele, Politic. lib. II. cap. viij. τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ Μίνως. *Maris imperium Minos tenuit.* Et à Nicolao Damasceno, in Fragmento præclarissimo, quod apud Stobæum exstat, Serm. XLII. Κρῆτες, πρῶτοι Ἑλλήνων, νόμους ἔσχον, Μίνωος θεμένου, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησεν. *Cretenses, primi Græcorum, leges habuerunt, Minoë eas ferente: qui etiam primus tenuit imperium maris.* Solinus, cap. xvij. *Prima (Creta) mari potuit navibus.* Et erant certè rei nauticæ peritissimi; unde proverbium apud Græcos, ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν. *Cretensis mare:* in eos usurpari solitum, qui eorum, quæ novissent, ignorantiam præ se ferrent. Strabo, lib. X. Καὶ γὰρ ναυκρατεῖν πρότερον τοὺς Κρῆτας· ὥστε καὶ παροιμιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι ἃ ἴσασιν, ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν. *Etiam anteà maris imperium obtinuisse Cretenses; adeò ut proverbium in eos usurpatum fuerit, qui notitiam eorum, quæ sciebant, dissimulabant: Cretensis ignorat mare.* Et Aristænetus, lib. II. epist. xviij. Καὶ ὁ Κρὴς ἐδόκει τὴν θάλασσαν ἀγνοεῖν. *Ac Cretensis mare ignorare videbatur.* Meminere etiam, Suidas; & Zenobius, Cent. V. Proverb. xxxvj. De imperio autem maris, est Auctoris etiam incerti locus, apud Suidam, in Κρήσιος. Τοὺς Κᾶρας θαλασσοκρατῆσαι λέγεται μετὰ Μίνω τὸν Κρήσιον. *Feruntur Cares maris tenuisse imperium post Minoëm Cretensem.* Primus quoque prælio navali decertasse fertur. Plinius, lib. VII. cap. lvj. *Classe princeps depugnavit Minos.*

Minos. Atque ita maris potens dominatum ſic extendit: ut circumjacentes inſulas, quas appellabant Cycladas, univerſas penè ſibi ſubjugaret. Apollodorus, lib. III. Θαλασσοκρατήσας δὲ πρῶτος, (ὁ Μίνως,) πασῶν τῶν νήσων σχεδὸν ὑπῆρξεν. *Primus autem (Minos) imperio maris potitus, omnium penè inſularum dominatum eſt adeptus.* Et Diodorus, lib. V. Κτήσασθαι δ' (τὸν Μίνω φασὶ) καὶ δύναμιν μεγάλην ναυτικὴν, καὶ τῶν τε νήσων τὰς πλείστας καταστρέψασθαι, καὶ πρῶτον τῶν Ἑλλήνων θαλαττοκρατῆσαι. *Habuiſſe verò (Minoem ajunt,) magnam vim navium, & inſularum plurimas in poteſtatem redegiſſe, ac Græcorum quoque primum imperium maris tenuiſſe.* Ariſtoteles, Politic. lib. II. cap. xij. Τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ Μίνως· καὶ τὰς νήσους, τὰς μὲν ἐχειρώσατο, τὰς δ' ᾤκισε. *Habuit Minos imperium maris: & ex inſulis, has quidem ſubegit, illas autem incolis frequentavit.* Meminit etiam Philoſtratus, De Vita Apollonii, lib. III. cap. vij; & Julianus, contra Chriſtianos lib. VI: ac Cyrillus, contra eum, eodem libro. Anteà tenebant enim illas Cares; quos ejecit, filiosque his impoſuit. Thucydides, lib. I. Μίνως γὰρ, παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, ναυτικὸν ἐκτήσατο, καὶ τῆς νῦν Ἑλληνικῆς θαλάττης ἐπὶ πλεῖστον ἐκράτησε· καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε, καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο, Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας. *Nam Minos, eorum quos auditu cognovimus antiquiſſimus, claſſem comparavit; maximamque partem maris, quod nunc Græcum appellatur, tenuit: & Cycladum inſularum dominus fuit, primusque in plerasque illarum colonias duxit: atque, ejectis inde Caribus, filios ſuos illic principes conſtituit.* Cares autem ab eo ejectos è Cycladibus, memoratur & Libanio, in Antiochica: Ἐλθὼν ἐπ' αὐτοὺς, ὀξύτερον ἔκοψεν, ἢ Μίνως ἐκ τῶν Κυκλάδων τοὺς Κᾶρας. *In eos profectus, celeriùs ipſos profligavit, quàm Caras Minos è Cycladibus.* Et Iſocrati, in Panathenaicâ: Τὰς Κυκλάδας νήσους, περὶ ἃς ἐγένοντο πολλαὶ πραγματεῖαι, κατὰ τὴν Μίνω τοῦ Κρητὸς δυναστείαν. *Cycladas inſulas, de quibus, Minoë Cretenſi rerum potiente, multa certamina fuerunt.* Servius, ad Æneid. VIII. *Cares, inſulani populi fuerunt, piraticâ infames, victi à Minoe.* Atque ut Cares è Cycladibus ejecit, ſic è Creta Rhadamanas. Nonnus, Dionyſiac. lib. XXI.

Καὶ καλέσας Ῥαδάμανας ἀλήμονας, οὕς ποτε γαίης
Κρηταίης ἀέκοντας ἀπὸ χθονὸς ἤλασε Μίνως.
Ac cùm vocasset Rhadamanas vagos, quos olim terrâ
Cretensi invitos expulit Minos.

Etiam Casum. Libanius, in Antiochicâ: κινεῖ Κάσον ἐκ Κρήτης, αἴ τι ἀγαθὸν καὶ δεῦρο ἄγοι. τῷ δὲ ἄρα εἵπετο Κρητῶν τὸ δοκιμώτατον. ἐλθόντες δὲ, εὗρον τοὺς Ἀργείους ἀμείνους τῶν οἴκοι· Μίνως μὲν γὰρ φθονῶν, ἐξέβαλλεν. *Casum è Creta incitat, si quid inde bonum illuc adduceret. itaque hunc sequuti sunt Cretensium præcipui; qui cùm venissent, Argivos suis meliores invenerunt: etenim expulerat Minos, præ invidia.* Rapuit verò Ganymedem: quem à Jove, aquilæ induto speciem, Poëtæ raptum fabulantur. Vide fusè memorantem Suidam, in Μίνως: meminitque Athenæus, lib. XIII. Ἐχεμένης, ἐν τοῖς Κρητικοῖς, οὐ τὸν Δία φησὶν ἁρπάσαι τὸν Γανυμήδην, ἀλλὰ Μίνωα. *Echemenes, in Creticis, non à Jove raptum Ganymedem tradit, sed à Minoë.* Et Eustathius, ad Iliad. υ. οἱ δὲ, ἱστοροῦσιν, ὑπὸ τοῦ Μίνωος ἁρπαγῆναι (τὸν Γανυμήδην) καὶ τὸν τῆς ἁρπαγῆς τόπον, Ἁρπαγὴν κληθῆναι. *Quidam verò sunt auctores, raptum à Minoë (Ganymedem:) & locum raptus, Raptum appellatum esse.* Insulam in partes tres distribuit, & in unaquaque earum urbem condidit, uti Cnossum, è regione Peloponnesi. Strabo, lib. X. ἱστόρηται δ' ὁ Μίνως νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος, θαλαττοκρατῆσαί τε πρῶτος· τριχῇ δὲ διελὼν τὴν νῆσον, ἐν ἑκάστῳ τῷ μέρει κτίσαι πόλιν· τὴν μὲν Κνωσσὸν ἐν τῷ κατ' ἀντικρὺ τῆς Πελοποννήσου. καὶ αὕτη δ' ἐστὶ προσβόρειος. *Memoriæ proditum est, Minoëm fuisse bonum legum latorem, primumque maris imperium obtinuisse; insulaque in tres partes distributâ, in earum quâvis urbem condidisse; in his Cnossum, ex adverso Peloponnesi, ac septentrionem versus.* Et ut hoc in loco unam earum Cnossum nominat, ita paulò pòst & alteram indicat, Phæstum. Τῶν δ' ὑπὸ Μίνω συνῳκισμένων τριῶν, τὴν λοιπὴν, Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη, κατίσκαψαν Γορτύνιοι. *Porrò de tribus urbibus, quas Minos civibus frequentavit, reliquam, quæ Phæstus erat, Gortynii everterunt.* Universas nobis nominat; nec has tantùm condidisse, sed & plures alias, tradit Diodorus. lib. V. Μίνω μὲν οὖν, πρεσβύτατον ὄντα, βασιλεῦσαι (φασὶ) τῆς νήσου, καὶ κτίσαι πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν αὐτῇ. τούτων δ' ἐπιφανεστάτας τρεῖς, Κνωσσὸν μὲν, ἐν τοῖς πρὸς Ἀσίαν νεύουσι μέρεσι τῆς νήσου·

Φαι-

Φαιστὸν δ', ἐπὶ θαλάσσης ἐστραμμένην, ἐπὶ μεσημβρίαν· Κυδωνίαν δ', ἐν τοῖς πρὸς ἑσπέραν κεκλιμένοις τόποις, καταντικρὺ τῆς Πελοποννήσου. *Ac Minoëm quidem, ætate maximum, Regem (ajunt) insulæ fuisse, & in ea haud paucas urbes condidisse; tresque in illis maximè illustres esse; Gnossum quidem, in illa insulæ parte, quæ Asiæ objacet: Phæstum verò, ad mare sitam, versus meridiem: ac Cydoniam, ad occidentem, ex adverso Peloponnesi.* Utque insulam, conditis in illa urbibus, multò meliorem fecit, ita quoque latis legibus; quas à Jove, antrum ejus nono quoque anno ingressus, se accipere simulabat: qua de re jam antè dixi, lib. I. cap. xviij: & mox dicam, capite sequente octavo. Bellum gessit cum Ægeo, Athenarum Rege, ob Androgei filii cædem: quod commemoravi pluribus, De Reg. Athen. lib. III. cap. ij. Ac de cæde quidem istâ filii sui, nuntium in Paro accepit, cùm sacrificaret Gratiis: &, detractâ capiti coronâ, tibiamque item inhibens, sacra tamen porrò absolvit: unde & deinde Parii multo tempore sine tibiâ, ac coronâ, Gratiis sacra faciebant. Apollodorus, ubi de re istâ agit, lib. III. Μίνως δὲ, ἐπελθόντος αὐτοῦ θανάτου, θύων ἐν Πάρῳ ταῖς Χάρισι, τὸν μὲν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔρριψε, καὶ τὸν αὐλὸν κατέσχε, καὶ τὴν θυσίαν οὐδὲν ἧττον ἐπετέλεσεν. ὅθεν ἔτι καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν, καὶ στεφάνων, ἐν Πάρῳ θύουσι ταῖς Χάρισι. *Minos verò, morte ipsius nuntiatâ, in Paro Gratiis sacrificanti, detractam quidem capiti coronam abjecit, ac cohibuit item tibiam, verùm sacra nihilominus perfecit. Unde etiamnum hodie Gratiis in Paro sacra faciunt sine corona, tibiâque.* In hoc bello Atheniensi, in Megarensium Regem Nisum arma sumit: quem per Scyllæ filiæ proditionem expugnavit, & occîdit, unà cum Megareo, Hippomenis filio, qui auxilium ab Orichesto illi tulerat. Vide Apollodorum, jam citato lib. III. Virgilium, in Ciri: Ovidium, Metamorph. lib. VIII. & Hyginum, Fab. CXCVIII. Inde bellum Cocalo infert, Siciliæ Regi, ut ulcisceretur Dædalum, qui confugerat ad ipsum. Hyginus, Fab. XLIV. *Minos, quod Dædali operâ multa sibi accidissent incommoda, in Siciliam est eum persecutus, petiitque à Rege Cocalo, ut sibi redderetur.* Pausanias, in Achaicis: Καταγνωσθεὶς δὲ (ὁ Δαίδαλος) ἀδικεῖν ὑπὸ τοῦ Μίνω, καὶ ἐς δεσμωτήριον ὁμοῦ τῷ παιδὶ ἐμβληθεὶς, ἐκδιδράσκει τε ἐκ Κρήτης, καὶ ἐς Ἴνυκον, Σικελῶν πόλιν, ἀφι-

κνεῖται περὶ Κώκαλον, καὶ πολέμου παρέσχε τοῖς Σικελοῖς αἰτίαν πρὸς τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἐξαιτοῦντος Μίνω μὴ προέοιτο αὐτὸν ὁ Κώκαλος. *Dædalus verò, à Minoë fraudis damnatus, & cum filio in carcerem conjectus, & evadit fugâ è Creta, & Siciliæ urbem Inycum pervenit ad Regem Cocalum, Siculisque belli causam adversus Cretenses præbuit, quòd, Minoë dedi sibi Dædalum cupiente, Cocalus id recusasset.* Sed is Inycum urbem dicit, quam Camicum alii Auctores omnes, Herodotus, lib. VII; Strabo, lib. VI; Diodorus Siculus, lib. IV. Corrigendus Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. I. cap. xix.

Δαίδαλος ἦ εἰς Κάμινον σώζεται Σικελίας,
Τοῦτον καὶ Μίνως ἐκζητῶν ἦλθεν εἰς Σικελίαν.
Dædalus verò salvus evadit in Caminum Siciliæ.
Minosque hunc investigans venit in Siciliam.

Et rursum, Chil. XII. cap. ccccix.

Καὶ τεχνικῶς μὲν Δαίδαλον Χρώμενον τῇ πτέρυξι,
Σωθῆναι πρὸς τὴν Κάμιλον, πόλιν τῆς Σικελίας.
Et artificiosè quidem Dædalum usum pennis,
Salvum evasisse Camilum, urbem Siciliæ.

Utrobique rescribendum est, Κάμικον, *Camicum.* Nam hoc erat urbis nomen. Ac quæsitum à Minoë ad pœnam Dædalum, refert etiam Silius Italicus, lib. XIV.

——— *mox accola Minos*
Duxerat & Cretum non fausta ad bella cohortes,
Dædaleam repetens pennam. ———

Sed insigne in postremo versu mendum est, ac scribendum:

Dædaleam repetens pœnam. ———

Dædali fugam, ob Minois nostri iram, refert etiam Salustius, in fragmento libri quinti Historiarum, quod exstat apud Priscianum; ubi ostendit, cum Scriptorem secundo casu *Minonis* dixisse, pro *Minois*, à nominativo Syracusanorum *Minon.* Ecce verba, lib. VI. *Dædalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram, atque opes, fugeret.* Sed est error manifestus; nam non ex Sicilia discessit Dædalus, iram fugiens Minois, sed ex Creta in Siciliam se recepit. Dædali fugam, memorat & Valerius Flaccus, lib. I.

Haud

Haud secus ærisonâ volucer cum Dædalus Idâ
Prosiluit, juxtaque comes brevioribus alis,
Nube novâ liquente domos, Minoia frustra
Infremuit manus, & visu lassatur inani:
Omnis equis plenisque redit Gortina pharetris.

Periit autem eo bello ipse Minos. Aristoteles, Politic. lib. II. cap. VIII. τέλος δὲ ἐπιθέμενος (ὁ Μίνως) τῇ Σικελίᾳ, τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ περὶ Κάμικον. *Tandem & Siciliam aggressus, (Minos,) vitam ibi finivit, prope Camicum.* Idque morte violentâ. Herodotus, lib. VII. λέγεται γὰρ Μίνω, κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου, ἀπικόμενον ἐς Σικανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλεομένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θανάτῳ. *Fertur Minoëm, cùm Dædalum quæreret, in Sicaniam, nunc Siciliam appellatam, profectum, vitam morte violentâ finiisse.* Et quidem morte ingloriâ satis, à Cocali filiabus interfectus. Eusebius, in Chronico: Μίνως, ἐπὶ Σικελίαν στρατεύσας, διὰ Δαίδαλον, ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων. Quæ sic vertit Hieronymus: *Minos, in Sicilia adversum Dædalum arma capiens, à filiabus Cocali occiditur.* Hyginus, loco jam citato: *Minos, quod Dædali operâ multa incommoda sibi acciderant, in Siciliam est eum persequutus; petiitque à Rege Cocalo, ut sibi redderetur: cui cùm Cocalus promisisset, & Dædalus rescisset, ab Regis filiabus auxilium petiit. Illæ Minoem occiderunt.* Conon, apud Photium, in Bibliotheca, Narrat. XXV. Μίνως, υἱὸς Διὸς καὶ Εὐρώπης, ὁ βασιλεύων Κρήτης, κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου στόλῳ πλεύσας εἰς Σικανίαν, (αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἡ νῦν Σικελία,) ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων, (ἐβασίλευε δὲ οὗτος Σικελῶν,) ἀναιρεῖται. *Minos, Jovis & Europæ filius, Rex Cretæ, Dædalum quærens, postquam classe in Sicaniam, quæ Sicilia nunc vocatur, contendisset, à Siciliæ Regis Cocali filiabus interficitur.* Videndus quoque est Pausanias, in citatis jam Achaicis; item Strabo lib. VI: & Scholiastes Pindari, Pythionic. Od. VI. Modus, quo occisus fuit, traditur à Joanne Tzetze, loco citato:

Ὑπὸ τῶν θυγατέρων δὲ θνήσκει τῶν τοῦ Κωκάλου,
Ζέμα θερμὸν περιχυθεὶς, καὶ παραυτίκα ψύξας.
A filiabus autem occiditur Cocali,
Æstu calido circumfusus, statimque frigefactus.

Scholiaſtes Pindari, ad Nemeonic. Od. IV. Δαίδαλος, ἐκ Κρήτης εἰς Σικελίαν ἀφικόμενος πρὸς Κώκαλον, βασιλεύοντα τοῦ Καμίκου, πείθει τὰς θυγατέρας Κωκάλου, διὰ τῆς ὀροφῆς ποιῆσαι καταῤῥοῦν· δι' οὗ ἐκχυθὲν θερμὸν ὕδωρ ἐπενεχθήσεται τῷ Μίνῳ λουομένῳ. καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀπώλολεν ὁ Μίνως. *Dædalus, cùm è Creta in Siciliam veniſſet ad Cocalum, Regem Camici, perſuadet filiabus ejus, ut in tecto facerent defluvium quoddam: per quod Minoi lavanti calida aqua deſuper infunderetur. Et hoc modo Minos periit.* Diodorus, lib. IV. Λουομένου δ' αὐτοῦ, Κώκαλος μὲν παρακατασχὼν πλείω χρόνον ἐν τῷ θερμῷ τὸν Μίνωα διέφθειρε· καὶ τὸ σῶμα ἀπέδωκε τοῖς Κρησὶ, πρόφασιν ἐνεγκὼν τοῦ θανάτου, διότι κατὰ τὸν λουτρῶνα ὀλισθήσας, καὶ πεσὼν εἰς τὸ θερμὸν ὕδωρ, ἐτελεύτησε. *Cumque lavaretur, nimis diu in thermis detentum, caloris æſtu Minoem occîdit: ac, cadavére Cretenſibus reddito, hanc prætexuit morti cauſam, quod, juxta balneum lapſans, in aquam ferventem incidiſſet.* Ac defuncto in hunc modum, qui cum eo illuc venerant Cretenſes, monumentum permagnificum exſtruxerunt, idque geminum: & in interiore quidem, oſſa ejus condidere; in exteriore autem, fanum Veneris: quod in multos annos manſit. Sed, cùm demum eo loco Agrigentum conderetur, ſublato penitus ſepulcro, aſſa in Cretam ſunt remiſſa, Therone Agrigentinorum Principe. Auctor Diodorus, ibidem. Mortuo is honos habitus, ob juſtitiam, uti inferos judicare diceretur. Res vel pueris eſt nota. Atqui tamen aliqui crudelitatis ei notam inuſſerunt. Philoſtratus, in Vita Apollonii, lib. III. cap. vij. τὸν γὰρ Μίνω, τὸν ὠμότητι ὑπερβαλλόμενον πάντας, καὶ δουλωσάμενον ταῖς ναυσὶ τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ τε καὶ ἐν θαλάττῃ, δικαιοσύνης σκήπτρῳ τιμῶντες, ἐν ᾅδου καθίζουσι διαιτᾶν ταῖς ψυχαῖς. *Minoem namque, qui crudelitate omnes ſuperavit, navibusque homines in ipſo mari, & ad mare, habitantes ſubjugavit, juſtitiæ ſceptro honorantes, jus dicentem animabus apud inferos conſtituunt.* Et Catullus item *Regem injuſtum* dicit, in Epithalamio Pelei:

Illâ tempeſtate ferox & tempore Theſeus,
Egreſſus curvis è littoribus Piræi,
Attigit injuſti Regis Gortynia tecta.

Sed Poëtæ Athenienſium, odio ob tributum illud celeberrimum puerorum quatuordecim, ei hanc notam inuſſere: ut in Theſeo Plutarchus,

tarchus, & Minoë extremo Plato, ſunt auctores. Antiocheni eum fano honorârunt. Libanius, in Antiochicâ: ὁ μὲν γὰρ, Μίνωος ἱερὸν ἐποίησεν· ὁ δὲ, Δήμητρος. ἄλλος, Ἡρακλέους. *Et quidam certè, Minois fanum condidit; hic verò, Cereris: alius, Herculis.* Uxorem habuit Paſiphaën, Solis filiam; è quâ, Procridis beneficio, liberos ſuſtulit: uti memorat Palæphatus, & Antoninus Liberalis, Metamorph. XLI. De liberis ejus, ita tradit Diodorus, lib. IV. γήμας δὲ (ὁ Μίνως) Πασιφάην, τὴν Ἡλίου καὶ Κρήτης, ἐγέννησε Δευκαλίωνα, καὶ Κατρέα, καὶ Ἀνδρόγεων, καὶ Ἀριάδνην, καὶ ἕτερα τέκνα ἔσχε πλείονα. *Et (Minos) ductâ uxore Paſiphaë, Jovis & Cretes filiâ, Deucalionem, Catreum, Androgeon, Ariadnen, ex ea ſuſtulit, & plures alios liberos habuit.* Accuratiùs multò Apollodorus, lib. III. Μίνως δὲ, Κρήτην κατοικῶν, ἔγραψε νόμους· καὶ γήμας Πασιφάην, τὴν Ἡλίου καὶ Περσηΐδος, ὡς Ἀσκληπιάδης φησὶ, Κρήτην, τὴν Ἀστερίου θυγατέρα, παῖδας μὲν ἐτέκνωσε, Κατρέα, Δευκαλίωνα, Γλαῦκον, Ἀνδρόγεων· θυγατέρας δὲ, Ἑκάλλην, Ξενοδίκην, Ἀριάδνην, Φαίδραν· ἐκ Παρείας δὲ νύμφης, Εὐρυμέδοντα, Νηφαλίωνα, Χρύσην, Φιλόλαον. ἐκ δὲ Δεξιθέας, Εὔξανθον. *At Minos, Cretam incolens, leges ſcripſit; ductâque Paſiphaë, Solis ac Perſeidis filiâ, ſive, ut Aſclepiades ait, Crete, Aſterii filiâ, Catreum, Deucalionem, Glaucum, & Androgeon, mares; fœminas autem, Hecalen, Xenodicen, Ariadnam, & Phædram, ſuſtulit: ex Paria verò Nymphâ, Eurymedontem, Nephalionem, Chryſen, Philolaum: ex Dexithea porrò, Euxanthium.* Ex his quod attinet ad Deucalionem, & Catreum, illi ordine regnum patris tenuerunt, ut mox dicam: de Androgeo, ejusque cæde, & quæ illam conſequuta, fuſè ago, De Regibus Athenienſium lib. III. cap. II. Glaucus, etiam puer, murem perſequens, in mellis dolium delapſus, vitam finiit. Apollodorus, libro citato: Γλαῦκος δὲ, ὁ Μίνωος, ἔτι νήπιος ὑπάρχων, τὸν μῦν διώκων, εἰς μέλιτος πίθον πεσὼν, ἀπέθανεν *Glaucus verò, Minois filius, murem perſequens, cùm in dolium melle plenum decidiſſet, mortuus eſt.* Lucianus, in Diſſertatione cum Heſiodo: Ὥσπερ τὸ, τῷ Μίνωϊ προειπεῖν, ὅτι ἐν τῷ τοῦ μέλιτος πίθῳ ὁ παῖς ἔσται αὐτῷ ἀποπνιγόμενος. *Quemadmodum hoc, Minoi prædicere, in mellis dolio filium ſuffocatum iri.* Amiſſum eo modo, Minos diu multumque quæſivit: cúmque minimè reperiret, oraculum ſcitatum miſit.

misit. Apollodorus, ibidem: Ἀφανοῦς δ' ὄντος αὐτοῦ, Μίνως, πολλὴν ζήτησιν ποιησάμενος, περὶ τῆς εὑρέσεως ἐμαντεύετο. *Non comparente autem ipso, Minos, postquam multum inquisivisset, de inveniendo eo oraculum consuluit.* Ac post mortem inquisiti, meminit etiam Athenæus, lib. XII. Ἰαπύγων τε αὐτὸ γένος, ἐκ Κρήτης ὄν, τῶν κατὰ Γλαύκου ζήτησιν ἀφικομένων, καὶ κατοικησάντων. *Japygum natio, ex Cretensibus oriunda, qui in Glauci inquisitione, illuc venerunt, & sedes posuerunt.* Quæ de eo, à Polyido in vitam reducto, ab Apollodoro posteà memorantur, velut fabulosa, omitto. Mortuo sepulcrum Minos admodum magnificum struxit, ducentos undique pedes habens in circuitu. Id nos Eratosthenes docet, in Epistola quâdam ad Regem Ptolemæum: quam Eulocius repræsentat, in Commentario ad Archimedis De Sphæra & Cylindro lib. II. Τῶν ἀρχαίων τινὰ τραγῳδοποιῶν φασιν εἰσαγαγεῖν τὸν Μίνω, τῷ Γλαύκῳ κατασκευάζοντα τάφον, πυθόμενον δὲ, ὅτι πανταχοῦ ἑκατόμπεδος εἴη, εἰπεῖν·

Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου·
Διπλάσιος ἔστω, τοῦ δὲ κύβου μὴ σφαλῇς.

Veterum tragicorum quendam ajunt Minoem introduxisse, sepulcrum Glauco exstruentem, cùm audiret, illud undique in ambitu centum pedes habere, dixisse;

Parvum inquis regii delubrum sepulcri:
Duplo majus esto, sed in cubo ne erres.

Inter filias autem, quæ Apollodoro Hecale est, Acacallis nominatur à Pausania, in Arcadicis; Antonino Liberali, Metamorph. XXX; item Ssephano, in Κυδωνία, & Ὄαξος. Ac fortasse, Acacallidem quam Auctores alii vocant, Hecalen Cretenses dixerint; sicuti, quæ Ariadna apud alios nominatur, apud ipsos Aridela dicebatur: quod Hesychius nos docet, istis verbis: Ἀριδήλαν, τὴν Ἀριάδνην Κρῆτες. *Aridelam, Ariadnam vocabant Cretenses.* Porrò illud est monendum; errare hîc Apollodorum, qui Minoëm nobis unum tantùm tradit, nec discrimen inter primum, & secundum, ullum facit. Proprium de eo librum Hippostratus scripsit: citatque Phlegon, Mirab. cap. xxx. Mortuo autem ipso, regnum accepit

Deucalion, filiorum natu maximus: qui, initâ cum Atheniensibus amicitiâ, ac contracto item fædere, Theseo sororem Phædram dat

dat uxorem. Diodorus: Δευκαλίων, ὁ πρεσβύτατος τῶν Μίνωος παίδων, δυναστεύων τῆς Κρήτης, καὶ ποιησάμενος πρὸς Ἀθηναίους συμμαχίαν, συνῴκισε τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Φαίδραν Θησεῖ. *Deucalion, qui cæteros Minois filios ætate ſuperabat, Cretæ principatum tenens, devinctis ſocietatis fœdere Athenienſibus, Phædram, ſororem germanam, Theſeo nuptum dedit.* Et ipſe quoque, relicto regno, proximoque, ut videtur, fratri tradito, pòſt Athenas ſeſe contulit, atque ſedem illic fixit. Nullus veterum id expreſſè quidem dicit; ſed colligere tamen inde nobis datur, quòd Olympii ibi Jovis templum vetus condidiſſe memoretur. Pauſanias, in Atticis: Τοῦ δὲ Ὀλυμπίου Διὸς Δευκαλίωνα οἰκοδομῆσαι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Olympii verò Jovis templum vetus Deucalionem ſtruxiſſe ferunt.* Nam de hoc Deucalione, Minois filio, locus iſte capiendus; non de illo altero, Prometheo nato: ſub quo celeberrimum id diluvium accidiſſe fertur. Quin ætatem illic porrò omnem egit; cùmque diem obiiſſet, propè exſtructum à ſe templum eſt ſepultus. Ac ſubjungit Pauſanias his, quæ dixi: Σημεῖα ἀποφαίνοντες, ὡς Δευκαλίων Ἀθήνησιν ᾤκησε, τάφον, τοῦ ναοῦ (τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου) τοῦ νῦν οὐ πολὺ ἀφεστηκότα. *Signum oſtendentes, habitaſſe olim Athenis Deucalionem, ſepulcrum ejus; non longè à templo, (Jovis Olympii,) quod nunc exſtat.* Meminitque ejus Strabo, lib. IX. Ἐν δὲ τῷ Κύνῳ, Δευκαλίωνά φασιν οἰκῆσαι· καὶ τῆς Πύῤῥας αὐτόθι δείκνυται σῆμα· τοῦ δὲ Δευκαλίωνος, Ἀθήνησι. *Cyni verò, habitâſſe Deucalionem ferunt; & Pyrrhæ ibidem ſepulcrum oſtenditur: ſed Deucalionis, Athenis.* Sed in eo ille errat, quòd Deucalionis priſci id ſepulcrum eſſe cenſeat, quod recentioris hujus noſtri fuit: cujus meminit etiam Homerus, Iliad. ν': & Scholiaſtes Apollonii, quatuor ejus nominis tradens, ad librum III. Plutarchus verò, à Theſeo Deucalionem occiſum narrat, in urbe Cnoſſo, in portâ Labyrinthi dictâ. Verba ejus ecce in Theſeo: Εἰς τὴν Κνωσσὸν παρελθὼν (ὁ Θησεὺς,) καὶ μάχην ἐν πύλαις τοῦ Λαβυρίνθου συνάψας, ἀπέκτεινε τὸν Δευκαλίωνα, καὶ τοὺς δορυφόρους. *Cnoſſum accedens, (Theſeus,) & in portâ Labyrinthi conſertâ manu, Deucalionem, & ſatellites, interficit.* Vide illic, & occaſionem quoque belli diſces: nempe Dædalum repetitum; &, ſi non daretur, minas. Liberos verò moriens Deucalion habuit, Idomeneum, & Cretam: ac nothum, Molum. Apollodorus, lib. III.

Δευκαλίωνι δὲ ἐγένοντο Ἰδομενεύς τε καὶ Κρήτη, καὶ νόθος ὁ Μῶλος. *Deucalioni autem liberi fuere, Idomeneus, & Creta, ac nothus Molus.* Variat tamen Diodorus; Molum istum filium Minois faciens, & Deucalionis fratrem, lib. V. Μίνωι δέ φασιν υἱοὺς γενέσθαι Δευκαλίωνά τε καὶ Μόλον. καὶ Δευκαλίωνος μὲν, Ἰδομενέα· Μόλου δὲ, Μηριόνην ὑπάρξαι. *Minoi autem filios fuisse ajunt, Deucalionem, & Molum: ac Deucalionis quidem, Idomeneum; Moli verò, Merionem extitisse.* Et Apollodorus errat; qui Molum Deucalionis filium, non fratrem, facit: uti etiam Eustathius, Commentario ad Iliadis lib. II. Θεῖος δὲ Μηριόνου κατὰ τὴν ἱστορίαν ὁ Ἰδομενεύς. Διὸς γὰρ, Μίνως· οὗ καὶ Πασιφάης, Δευκαλίων· οὗ Μόλος, καὶ Ἰδομενεύς· Μόλου δὲ, Μηριόνης. *Patruus Merionis juxta Historiam est Idomeneus. Nam Jovis filius, Minos fuit: hujus verò, & Pasiphaæ, Deucalion: hujus Molus, & Idomeneus: ac Moli, Meriones.* Post Deucalionem verò,

Catreus fuit, frater proximus: ut apparet ex citatis antè verbis Diodori. Isque & hunc fuisse Regem nobis dicit, lib. V. Ἀλθαιμένης, ὁ Κατρέως υἱὸς, τοῦ Κρητῶν βασιλέως. *Althæmenes, Catrei filius, Cretensium Regis.* Hic Catream urbem condidit: uti suprà à me dictum, lib. I. cap. VII. Corruptè ejus nomen scribitur multis locis partim apud Apollodorum, lib. III; partim quoque apud Dictyn, in initio libri I: ubi ferè Crateus, sivè Creteus, dicitur. Et apud Dictyn quidem, in editis omnibus exemplaribus, ut etiam manuscriptis, teste nupero Editore, viro certè eruditissimo, *Atrei*, & *Atreus*, scribitur; manifestâ veræ lectionis notâ; quæ eruitur, unâ literâ præpositâ; *Catrei* nimirum, & *Catreus.* Itaque rescribendum semper in hunc modum. Habuit autem filium tantùm unum Catreus, nempe Althæmenem: filias tres, Aëropen, Clymenen, & Apemosynen. Apollodorus, lib. III. Κατρέως (ita legendum, non Κρατέως, uti editur, jam admonui.) δὲ τοῦ Μίνωος Ἀερόπη, καὶ Κλυμένη, καὶ Ἀπημοσύνη, καὶ Ἀλθαιμένης, υἱοὶ γίνονται. *Catreo verò, Minois filio, liberi nati sunt, Aëropa, Clymena, Apemosyna, & Althæmenes.* Oraculum autem sciscitatus, de extremo vitæ fine, cùm responsum accepisset, se à filio occisum iri, id Althæmenes resciscens, ut effugeret infortunium, mox in Rhodum cum sorore Apemosynâ se recepit, & Creteniam illic nominavit. Apollodorus, loco citato:

Χρω-

Χρωμένῳ δὲ Κατρεῖ περὶ καταστροφῆς τοῦ βίου, ὁ θεὸς ἔφη, ὑπὸ ἑνὸς τῶν παίδων τεθνήξεσθαι. Κατρεὺς μὲν οὖν τοὺς χρησμοὺς ἀπεκρύβετο· Ἀλθαιμένης δὲ ἀκούσας, καὶ δείσας, μὴ φονεὺς γένοιτο τοῦ πατρὸς, ἄρας ἐκ Κρήτης μετὰ τῆς ἀδελφῆς Ἀπημοσύνης, προσίσχει τινὶ τόπῳ τῆς Ῥόδου· καὶ κατασχὼν, Κρητηνίαν ὠνόμασεν. *Catreo verò, oraculum percontanti, qualem ipse vitæ finem habiturus esset, responsum fuit, ab uno filiorum interfectum iri. Quod cùm studio celaret, & Althæmenes resciſceret, veritus, ne parricida ipse fieret, Cretam linquens, cum sorore Apemosynâ, locum quendam Rhodi appellit: quo potitus, hunc Creteniam nominavit.* Idem memorat Diodorus, lib. V. Ac strictim Stephanus: Κρητηνία, τόπος Ῥόδου, ἐν ᾧ ᾤκουν οἱ περὶ Ἀλθημένην· ὃς, χρησθεὶς ὅτι τὸν πατέρα ἀποκτενεῖ, ἔφυγε· καὶ νυκτὶ πλοίῳ συναντᾷ ἐν Ῥόδῳ, καὶ, ὡς λῃστὰς νομίσας, ἀναιρεῖ τὸν πατέρα. *Cretenia, locus Rhodi, in quo habitabat Althæmenes; qui, oraculo accepto, patrem se interfecturum, ultro in exilium ivit. inde, noctu navi in insulâ Rhodo occurrens, & prædones arbitratus, patrem occîdit.* Catreus verò, ætate grandis, cum Althæmeni filio regnum vellet tradere, desiderium non ferens, & in Rhodum profectus esset, in deserto quodam loco navem appellens, mox ab incolis, qui prædones esse putabant, & Althæmene accurrente, atque patrem ignorante, interficitur. Apollodorus, & Diodorus, fusè totam rem enarrant: Stephanusque, in citatis statim verbis, circa finem, breviter tangit.

CAP. IV.

Idomeneus, & Meriones, Catrei in regno successores: ambo ex duobus fratribus nepotes. Agamemnoni auxilium ferunt. Menelaus quam ob causam in Cretâ fuerit, cùm abduceret Helenam Paris. Idomeneus, & Meriones, equo Trojano inclusi. Idomeneus, quinquertio excellebat. Græcis, Aulide congregatis, auxilium per legatos offert: idque quâ conditione. Ante abitum, regnum ordinat; & committit curam ejus filio adoptivo Leuco: qui non bene id administrat. Clypeus ejus; & in illo insigne, gallus. Arbiter datus spoliis distribuendis, optima quæque sibi vendicat. Hinc Κρητίζειν, pro Mentiri. Quanquam alii causam tribuant judicio inter Thetidem, & Medeam, de formâ conten-

tendentes. Post bellum, incolumis redit, moriturque, & Cnossi sepelitur, ac divinis honoribus afficitur: & in bellis invocatur. Alii contra, magnâ exortâ pestilentiâ, expulsum à Leuco, in Italiam concessisse, & coloniam Salentinos deduxisse. Herodoti locus emendatus. Inde, in Asiam profectus, decessisse memoratur. Alii, injuriam ultum, Leucum excæcasse tradunt. Leuci perfidia, ac sævitia. Didymi locus restitutus.

Catreo in hunc modum exstincto, & Althæmene quoque filio, quem hæredem regni esse oportebat, terræ item hiatu absorpto, quod, facinoris pœnitentiâ, ipse precibus contenderat, ut Apollodorus refert, ejus ex Deucalione atque Molo fratribus nepotes duo successere. Quippe Catreus testamento ita jusserat; uti auri, & argenti, pecudumque, quicquid esset, id nepotibus, qui ex filiabus forent, omne cederet: regnum verò, duorum fratrum, Deucalionis atque Moli, filiis tribueretur: & hi erant, uti dixi, Idomeneus, & Meriones. Unicus nobis hujus rei auctor Dictys, lib. I. *Catreus* (ita enim est legendum, ut jam monui, non *Creteus*,) *ex Minoe, postrema sua ordinans, quicquid auri, atque argenti, pecorum etiam fuit, nepotibus, quos filiæ genuerant, ex æquo dividendum reliquerat, excepto civitatum terrarumque imperio: hæc quippe Idomeneus cum Merione, Deucalionis Idomeneus, alter Moli, jussu ejus seorsum habuere.* Itaque utrosque opem Agamemnoni tulisse, adductis navibus octoginta, Homerus refert, in Bœotiâ:

Τῶν μὲν ἄρ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε,
Μηριόνης τ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ·
Τοῖσι δ' ἅμ' ὀγδώκοντα μέλαιναι νῆες ἕποντο.

His igitur Idomeneus bello clarus præerat;
Et Meriones, similis Marti viros occidenti:
Eosque simul octoginta naves nigræ sequebantur.

Diodorus, de his loquens, lib. V. Τούτους δὲ (φασὶ) ναυσὶν ὀγδοήκοντα στρατεῦσαι μετ' Ἀγαμέμνονος εἰς Ἴλιον. *Hos autem (ferunt) cum navibus octoginta militasse cum Agamemnone ad Ilium.* Dictys, libro citato: *Idomeneus, cum Merione, ex omni Cretâ classem navium octoginta.* Dares, De Excidio Trojæ: *Idomeneus, & Meriones, ex Cretâ,*

Cretâ, navibus octoginta. Quæ de Catrei nepotibus ex filiabus memoravi, quibus aurum, & argentum, pecoraque universa cedere legato ipse voluisset, inter illos etiam Menelaus erat, ejus ex Aëropâ nepos. Dictys Cretensis, postquam dixit in initio ipso libri primi: *Cuncti Reges, qui Minois Jove geniti pronepotes Græciæ imperitabant, ad dividendas inter se Catrei opes, Cretam convenere.* Mox subjungit: *Convenere autem Clymenæ & Nauplii Palamedes, & Oeax, dicti Catreidæ: item Menelaus, Aeropâ & Plisthene genitus.* Et certè illic erat, cùm abduceret Helenam uxorem Paris. Inde est in epistolâ Paridis ad Helenam, apud Ovidium:

Sed tibi & hoc suadet rebus, non voce, maritus:
Neve sui furtis hospitis obsit, abest.
Non habuit tempus, quo Cressia regna videret,
Aptius: ô mirâ calliditate virum.

Et rursum, in Epistolâ Helenæ ad Paridem:

Vela quidem ventis Creten dedit ille secundis:
Sed tu non ideò cuncta licere puta.

Et apud Coluthum, De raptu Helenæ:

Ἠερίης ὄρνιθες εὔπτερα τέκνα γενέθλης,
Ἔσπετε νοστήσαντες ἐπὶ Κρήτην Μενελάῳ·
Χθιζὸν ἐπὶ Σπάρτην τις ἀνὴρ ἀθεμίστιος ἐλθὼν,
Ἀγλαΐην σύμπασαν ἑῶν ἀλάπαξε μελάθρων.
Vos aves, liberi alati aërii generis,
Profectæ in Cretam, nunciate Menelao:
Heri, Spartam vir quispiam iniquus veniens,
Splendorem omnem suarum prædatus est ædium.

Nempe advocârant eum Moli filii, ut paternam hæreditatem, de quâ non consentiebant, inter ipsos distribueret: uti auctor est Alcidamas, in Oratione Ulyssis contra Palamedem, istis verbis: Ἐν γὰρ τῷ καιρῷ τούτῳ οἱ Μόλου παῖδες ἀφικνοῦνται ἐκ Κρήτης, δεόμενοι Μενελάου αὐτοὺς διαλλάξαι, καὶ διελεῖν τὴν κτῆσιν αὐτοῖς, ὅτι εἴη ὁ πατὴρ τετελευτηκὼς, αὐτοί τε στασιάζοιεν περὶ τῶν πατρῴων Χρημάτων. *Eo verò tempore veniunt è Cretâ Moli filii, rogantes Menelaum, ut conciliaret ipsos, ac divideret hæreditatem. etenim obiiße patrem, & de bonis inter sese litem esse.* Profectum autem etiam contra Trojanos Idomeneum, testatur

tur & Tryphiodorus, in Ilii excidio; ubi equo item ſeſe includi paſſum eſſe memorat:

——— ἀνέστησε δὲ καὶ ἄλλον
Κρητῶν Ἰδομενῆα μεσαιπόλιον βασιλῆα.
——— *ſuſcitavit verò etiam alium,*
Semicanum Idomeneum, Cretenſium Regem.

Et recenſet inter equo eidem incluſos etiam Quintus Smyrnæus, unà cum Merione fratre, lib. XII.

Μηριόνης τε καὶ Ἰδομενεὺς, ἀριδεικέτω ἄμφω.
Merionesque, & Idomeneus, ambo perilluſtres.

Idem laudat, ceu pugilatu, & cætero quinquertio, excellentem, lib. IV.

Ἀμφὶ δὲ πυγμαχίης ὦρτο σθένος Ἰδομενῆος·
Ἄρνυτ' ἐπεὶ οἱ θυμὸς ἴδρις πέλε παντὸς ἀέθλου.
Surrexit ad pugilatum robur Idomenei:
Siquidem animus illi peritus erat omnis certaminis.

Sicuti Meriones prædicabatur ſagittandi peritiſſimus. Themiſtius, Orat. VI. ὅστις δὲ ἐπὶ τοξικῇ ἐλλόγιμος εἶναι ἔρωτα ἔχει, οὗτος ἐν ἄλλῳ τῷ διατρίβει μᾶλλον ἢ ἐν τῷ μελετᾶν συνεχῶς, εὐτόνως τε ἅμα καὶ ἐπισκόπως πέμπειν τοὺς οἰστούς; καὶ τρίβονται αὐτοῦ αἱ χεῖρες περὶ τὴν νευρὰν, καὶ τὰς γλυφίδας. καὶ τοσαύτη αὐτοῦ ἡ μελέτη, καὶ ἡ ἐπιστήμη, ὅση καὶ ἡ τοῦ Κρητὸς Μηριόνου. *Qui ſagittandi dexteritate excellere velit, num aliâ in re operam potiùs ſuam, ac ſtudium, collocat, quàm ut aſſiduè diſcat validè ſimul & ad ſcopum ſagittas dirigere? Ac teruntur ejus manus circa nervum, & crenas: tantumque ejus ſtudium eſt, ac tanta peritia, quanta erat Merionis Cretenſis.* Cùm Trojanum bellum inſtaret, ac jam Aulide congregati Græci eſſent, per legatos etiam auxilium obtulit, ſi collegam in principatu admittere Agamemnon vellet. Philoſtratus, in Heroicis: Κρῆτα Ἰδομενέα ὁ Πρωτεσίλεως οὐκ οἶδεν ἐν Ἰλίῳ, ἀλλ', ἐν Αὐλίδι ὄντων, πρεσβείαν ἀφικέσθαι παρ' Ἰδομενέως φησὶν, ὑπισχνουμένου τὸ Κρητῶν ξυμμαχικὸν, εἰ ξυμμετέχοι τῆς ἀρχῆς τῷ Ἀγαμέμνονι. *Cretenſem Idomeneum Proteſilaus non vidit ad Ilium; ſed, cùm Aulide congregati Græci eſſent, adveniſſe ab Idomeneo legatos, qui promitterent Cretenſium copias auxiliares, ſi admittere principatus ſocium Agamemnon vellet.* Quod quantumvis negaretur, uti docet in ſequentibus

bus Philoſtratus, venit tamen, cum Merione item fratre, patruele, navibusque octoginta, ut jam dixi. Antequàm verò ad bellum iret, ordinatis domi rebus, Leuco, filio adoptivo, regnum adminiſtrandum dedit; promiſſâ, cùm reverſus foret, filiâ quoque Cliſitherâ: ſed is malam Regi benè de ſe merito, ac mereri etiam porrò cupienti, gratiam retulit, ut mox dicam. Geſtabat autem in clypeo inſigne galli gallinacei: quod Pauſanias nos docet, Eliac. I. ὅτου δὲ ὁ ἀλεκτρυὼν ἐστὶν ἐπίθημα τῷ ἀσπίδι, Ἰδομενεύς ἐστιν, ὁ ἀπόγονος τοῦ Μίνω. *Et is quidem, cujus in ſcuto pro inſigni gallus gallinaceus, Idomeneus eſt, Minois nepos.* In hoc bello, cùm, manubiis inter Græcos dividendis aliquando arbiter conſtitutus foret, optimamque earum partem ipſe ſibi vendicaret, proverbio originem dedit, ut Κρητίζειν pro *Mentiri*, diceretur. Scholiaſtes Callimachi, ad Hymn. I. Παροιμία ἐστὶ τὸ Κρητίζειν, ἐπὶ τοῦ ψεύδεσθαι, ἀπὸ Ἰδομενέως τοῦ Κρητὸς ῥηθεῖσα· ὅς, λαχὼν μερίσαι τοῖς Ἕλλησι τὰ λάφυρα τοῦ Ἰλίου, τὰ κρείττω ἑαυτῷ περιεποιήσατο. *Proverbio dicitur Cretiſſare, pro Mentiri, à Cretenſi Idomeneo: qui, ad ſpolia Trojana inter Græcos dividenda conſtitutus, ſibi optima vendicavit.* Suidas: Κρητίζειν. τὸ ψεύδεσθαι. Ἰδομενεὺς γὰρ, ἐπιτραπεὶς τὸν ἀπὸ τῶν λαφύρων χαλκὸν διανεῖμαι, τὸν ἄριστον αὐτῷ ἐξείλετο. *Cretiſſare. Mentiri. Idomeneus enim, commiſſâ ſibi æris inter prædam abducti diſtributione, ſibi optimum exemit.* Videndus quoque eſt Zenobius, Cent. IV. Proverb. LXII. Alii aliam cauſam tradunt, ſcilicet judicium de formâ Thetidis, & Medeæ, inter ſeſe contendentium. Photius, in Bibliotheca, ex Ptolemæi Hephæſtionis Hiſtoriæ Novæ lib. V. Ἀθηνόδωρος ὁ Ἐρετριεὺς, ἐν ὀγδόῳ τῶν ὑπομνημάτων, φησὶ, Θέτιν καὶ Μήδειαν ἐρίσαι περὶ κάλλους ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ κριτὴν γενέσθαι Ἰδομενέα, καὶ προσνεῖμαι Θέτιδι τὴν νίκην· Μήδειαν δ᾽ ὀργισθεῖσαν, εἰπεῖν, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, καὶ ἐπάρασθαι αὐτῷ, μηδέποτε ἀλήθειαν εἰπεῖν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς κρίσεως ἐποίησε. καὶ ἐκ τούτου φησὶ τοὺς Κρῆτας ψεύστας νομισθῆναι. *Athenodorus Eretrienſis, Commentariorum libro octavo, ait; Thetidem, & Medeam, de formâ contendiſſe in Theſſaliâ; judicemque conſtitutum Idomeneum, Thetidi victoriam attribuiſſe: Medeam verò iratam dixiſſe, Cretenſes ſemper ſunt mendaces. ac præterea imprecatam, ne quid veri, ſicut in judicio fecerat, unquam diceret; & ex eo Cretenſes mendaces habitos eſſe.*

esse. Bello exacto, atque Trojâ expugnatâ, domum rediit incolumis: uti testis est Homerus. Odyss. lib. III.

Πάντας δ' Ἰδομενεὺς Κρήτην εἰσήγαγ' ἑταίρους,
Οἳ φύγον ἐκ πολέμου, πόντος δέ οἱ οὔτιν' ἀπηύρα.

Omnes autem Idomeneus in Cretam duxit socios,
Qui fugerunt ex bello; pontus autem nullum ipsi abstulit.

Quos versus in hanc ipsam rem citat etiam Strabo, lib. X. Diodorus, etiam mortuum illic dicit, cum Merione; & Cnossi sepulcrum perillustre, ac divinos item honores, accepisse. Ubi enim de Idomeneo, & Merione, verba facit, ita scribit, lib. V. Τούτους δὲ (φασὶ) ναυσὶν ὀγδοήκοντα στρατεῦσαι μετ' Ἀγαμέμνονος εἰς Ἴλιον, καὶ διασωθέντας εἰς τὴν πατρίδα τελευτῆσαι, καὶ ταφῆς ἐπιφανοῦς ἀξιωθῆναι, καὶ τιμῶν ἀθανάτων. καὶ τὸν τάφον αὐτῶν ἐν τῇ Κνωσσῷ δεικνύουσιν, ἐπιγραφὴν ἔχοντα τοιάνδε.

Κνωσίου Ἰδομενῆος ὅρα τάφον, αὐτὰρ ἐγώ τοι
Πλησίον ἵδρυμαι Μηριόνης ὁ Μόλου.

Hos (ajunt) cum navibus octoginta Agamemnoni ad Ilium militâsse; &, incolumes cùm in patriam rediissent, illic diem obiisse: tum illustrem sepulturam, & divinos quoque honores consecutos. Quin eorum monumentum Cnossi ostendunt, cum inscriptione tali:

Cnossii Idomenei sepulcrum vide: sed & ego
Prope jaceo Meriones, Moli filius.

Adeoque ut heroas hos Cretenses honorabant; & in bellis laborantes invocabant. Diodorus mox subjungit: Τούτους μὲν οὖν ὡς ἥρωας ἐπιφανεῖς τιμῶσιν οἱ Κρῆτες διαφερόντως, θύοντες, καὶ κατὰ τοὺς ἐν πολέμοις κινδύνους ἐπικαλούμενοι βοηθούς. *His velut heroibus illustribus à Cretensibus honores eximii habentur: nam & sacra illis faciunt, & in bellis, in periculis constituti, opem eorum implorant.* Quanquam alii longè sanè aliter tradant; &, à Leuco regno ejectum, in exilium abiisse. Joannes Tzetzes, Chil. III.

Ὁ τῶν Κρητῶν βασιλεὺς Ἰδομενεὺς ἐκεῖνος,
Ἀπὸ τῆς Τροίας καὶ αὐτὸς ὑποστραφεὶς ἐν Κρήτῃ,
Πολλὰς εὑρὼν τὰς συμφορὰς ἐν οἴκῳ τῷ οἰκείῳ,
Μήδαν αὐτοῦ τὴν σύζυγον, καὶ παῖδα Κλεισιθήραν,
Ἀνασφαγμένας ἐν ναῷ χερσὶ τοῦ ἀναθρέπτου
Λεύκου, παιδὸς τοῦ Τάλωος, Λεύκου τοῦ μιαιφόνου,

φεύγει μακρὰν που καὶ αὐτὸς, φεύγει τὴν Κρήτην νῆσον,
Τούτῳ τῷ Λεύκῳ διωχθεὶς, μεγάλα δυνηθέντι.

Cretensium autem Rex Idomeneus ille,
A Trojâ & ipse reversus in Cretam,
Multis inventis calamitatibus in domo suâ,
Medâ uxore, & filiâ Clisitherâ,
Jugulatis in templo manibus alumni
Leuci, Talois filii, Leuci cæde inquinati,
Fugit longè & ipse, fugit Cretam insulam,
Leuco isto persequente, cujus magna tunc potentia.

Et observa; dum à regno suo abest, Medam uxorem, filiamque Clisitheram, à Leuco alumno, filioque adoptivo, interfectas: ipsum, regno ejectum esse. Quæ futura, etiam Cassandram Lycophron prædicentem introducit, in Tragædiâ cognomine:

Ἥξει δὲ Κνωσσὸν, κἀπὶ Γόρτυνος δόμους,
Τοὐμὸν ταλαίνης πῆμα, πᾶς δ᾽ ἀνάστατος
Ἔσται στρατηγῶν οἶκος· οὐ γὰρ ἥσυχος
Πορκεὺς δίκωπον σέλμα ναυστολῶν ἐλεῖ,
Λεῦκον στροβήσων φύλακα τῆς μοναρχίας,
Ψυδραῖσι τ᾽ ἔχθραν μηχαναῖς ἀναπλέκων,
Ὃς οὔτε τέκνων φείσετ᾽, οὔτε συγγάμου
Μήδας δάμαρτος, ἠγριωμένος φρένας,
Οὐ Κλεισιθήρας θυγατρὸς, ἧς πατὴρ λέχος
Θρεπτῷ δράκοντι συγκαταινέσει πικρόν.
Πάντας δ᾽ ἀνάγνοις χερσὶν ἐν ναῷ κτενεῖ,
Λώβαισιν αἰκισθέντας ὀγκαίου βόθρου.

Veniet etiam Cnossum, & Gortynæ ad domos,
Meæ miseræ clades; totaque vastabitur
Principum domus. inquietus enim
Piscator biremem aget navigans ratem,
Leucum agitaturus, regni custodem,
Fallacibusque odium dolis plectens;
Qui neque liberis parcet, neque conjugi
Medæ uxori, exacerbans animum,

Neque Clisitheræ filiæ, cujus pater thorum
Alumno draconi spondebit acerbum:
Sed omnes impiis manibus occîdet in templo,
Contumeliis affectos Oncææ foveæ.

Certè Idomeneum regno excessisse, quanquam nullâ omninò Leuci mentione, testis etiam Virgilius, Æneid. III.

Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaque littora Cretæ.

Servius ad eum locum, non à Leuco, sed à civibus, pestilentiâ exortâ, pulsum dicit: ac venisse ad Calabriæ promontorium Salentinum, atque urbem ibi loci condidisse. *Non dicit quare: sed talis est historia. Idomeneus, de semine Deucalionis natus, Cretensium Rex, cùm post eversam Trojam reverteretur, in tempestate devovit; diis sacrificaturum se de re, quæ primùm occurrisset. Contigit, ut filius ejus primum occurreret; quem quum immolasset, ut alii verò, immolare voluisset, & pòst orta esset pestilentia, à civibus pulsus regno, Salentinum Calabriæ promontorium tenuit, juxta quod condidit civitatem.* Ac, de peste, quæ reversis à Trojano bello Cretensibus incubuerit, & Cretam desolatam fecerit, est Herodoti quoque locus, sed corruptus, lib. VII. Τρίτῃ δὲ γενεῇ μετὰ Μίνωα τελευτήσαντα, γενέσθαι τὰ Τρωϊκά· ἐν τοῖσι οὐ φλαυροτάτους φαίνεσθαι ἐόντας Κρῆτας τιμωροὺς Μενέλεω. ἀπὸ τουτέων δέ σφι ἀπονοστήσασι ἐκ Κρήτης, λιμόν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι καὶ αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι, ἐς τὸ δεύτερον ἐρημωθείσης Κρήτης. *Tertiaque à morte Minois ætate, res Trojanas fuisse: in quibus non deterrimos Menelai defensores Cretenses exstiterint: & ob id eos, reversos ex Cretâ, unà cum ovibus fame pestilentiaque correptos, & iterum Cretam desolatam.* Atqui à Trojano bello, in quo suppetias Menelao magnas tulerant, in Cretam revertebantur: quomodo ergo recta esse potest lectio? ἀπονοστήσασι ἐκ Κρήτης, *reversis ex Cretâ.* Omninò legendum statuo: ἀπονοστήσασι ἐς Κρήτην. *reversis in Cretam.* Porrò Salentinum tenuisse Idomeneum, è Cretâ profugum, ipse mox Virgilius quoque nobis dicit, eodem libro:

Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus. ———

Certè, Salentinos Cretensium coloniam esse, etiam testatur Strabo,

bo, lib. VI. Τοὺς δὲ Σαλεντίνους, Κρητῶν ἀποίκους φασίν. *Salentinos autem, Cretensium colonos esse ajunt.* Huc pertinent illa Festi Pompeji: *Salentinos, à salo dictos, Cretas, & Illyrios: qui, cum Locrensibus navigantes, societatem fecerint ejus regionis Italiæ.* Addunt quidam, ex Italiâ inde Asiam petiisse; atque illic diem suum obiisse: alii rursum, ad Joniæ urbem Clarum, Apollinis oraculo celebrem accessisse, atque ibi consedisse, sunt auctores. Servius, ad Virgilii citatum locum: *Lyctius Idomeneus; à Lycto, civitate Cretæ: unde propter supradictam pulsus est causam. Ad Italiam venisse, ac post dicitur in Asiam profectus decessisse: alii, hunc regressum consedisse apud Apollinem Clarium tradunt.* Contrà alii, reducem in Cretam ipsum, intellecto Leuci scelere, supplicium de eo sumpsisse. Indicat & istud Lycophron, isto versu:

Λεῦκον στροβήσων, φύλακα τῆς μοναρχίας.

Leucum agitaturus, regni custodem.

Ad quæ verba Scholiastes & exponit totam historiam, & reversum Idomeneum oculos eruisse Leuco nobis tradit. Λεῦκος τοῦ χαλκοῦ Τάλω τοῦ Κρητὸς ἦν υἱός. ᾧ τινι Ἰδομενεὺς καὶ τὴν βασιλείαν, καὶ τὸν οἶκον, παρέθετο, ἐπὶ τὴν Τροίαν ἀπαίρων. τοῦτον πείθει Ναύπλιος ἐπιθέσθαι τῇ βασιλείᾳ τοῦ Ἰδομενέως. ὃς τὴν γυναῖκα Ἰδομενέως ἀνεῖλε, Μήδαν καλουμένην, καὶ τὴν θυγατέρα Κλεισιθήραν, ἣν ὑπέσχετο δώσειν αὐτῷ γυναῖκα, ἐπειδὰν ἀπὸ τῆς Τροίας ὑποστρέψῃ. ἀνεῖλε δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῆς, Ἴφικλον, καὶ Λεῦκον. ἐπανελθὼν δὲ Ἰδομενεὺς ἐκ Τροίας, ἐξετύφλωσεν αὐτὸν τὸν ἀποστάτην Λεῦκον. *Leucus, æneï Tali Cretensis filius erat; cui Idomeneus, in Trojam proficiscens, regnum, & domum suam, tradidit. Huic Nauplius persuadet, ut regnum Idomenei invaderet. atque ille quidem, uxorem ejus Medam occîdit, filiamque Clisitheram: quam is ipsi in uxorem sedaturum, simulac reversus foret, pollicitus erat. occîdit verò etiam filios, Iphictum, & Leucum. Reversus verò à Trojâ Idomeneus, Lycum perduellem oculis privavit.* Pulsum verò Cretâ Idomeneum, ac, bello contra Leucum gesto, decem prius insulæ urbes diruisse, etiam Didymus est auctor, ad Odyss. τ'. sed loco mutilo, & corrupto, & à nobis per occasionem hanc restituendo. Ἔνιοι δὲ φασὶν, Ἰδομενέα, κατὰ τὸν ἐξ Ἰλίου ἀνάπλεον, ἀπελαυνόμενον τῆς Κρήτης ὑπὸ Λεύκου ὄντα παῖδα, καταλελοίπει φύλακα τῆς βασιλείας, δέκα πόλεις

πορθῆσαι. Reſcribo. ὑπὸ Λεύκου ὄν, θετὸν ὄντα παῖδα. *Quidam ajunt, Idomeneum, poſtquam ab Ilio reverſus eſſet, expulſum Cretâ à Leuco, quem, filium adoptivum exiſtentem, regni cuſtodem reliquerat, decem urbes evertiſſe.* Euſtathius firmat, ſuo in eundem librum Commentario: Ἀναστατωθῆναι γράφουσι δέκα πόλεις ὑπὸ Ἰδομενέως, ἐπανελθόντος ἐξ Ἰλίου, ὅτε Λεῦκος αὐτὸν ἀπήλαυνεν· ὃν, θετὸν παῖδα ὄντα, φύλακα τῆς βασιλείας κατέλιπε. *Excîdiſſe decem urbes Idomeneum ſcribunt, ab Ilio revertentem, cum expelleret eum Leucus: quem, cùm filius adoptivus eſſet, cuſtodem regni reliquerat.* Ac, quod ad everſionem iſtam decem urbium attinet, alii quidam è veteribus Leuco eam tribuerunt, & qui illum ſequebantur, hoſtibus Idomenei. Strabo indicat, lib. X. Ἄλλοι δ᾽ ὑπὸ τῶν Ἰδομενέως ἐχθρῶν κατασκαφῆναι φασὶ τὰς δέκα πόλεις. *Alii decem urbes ab Idomenei hoſtibus deletas tradunt.* Vides hîc diſſenſum Auctorum: quem componere, non eſt facile. Septingentis ſeptuaginta ſeptem annis: nam hoc temporis intervallum eſt inter annum Abrahami quinquageſimum & ſextum, quo regnare illic Cretam incepiſſe quidam tradunt, uti ſupra indicavi, ad captivitatem Trojæ: poſt quam Leucus, ut videtur, haud adeò diu regnum tenuit. Quod ſi Iſaaci annum viceſimum octavum Cretis primum, ut nonnulli, ſtatuamus, erunt ſeptingenti, & quinque. Nimis truncatè Honorius quatuor duntaxat Reges, Saturnum, Minoëm, Jovem, & Idomeneum, nobis memorat, De Imag. Mundi lib. III.

CAP. V.

Poſt hæc regnum, deſinente ſtirpe regiâ, in remp. commutatum eſt; quæ initio, propter legum excellentiam, ad imitationem ſui alias traxit: donec poſteà, in deteriùs mutata, & ad latrocinia verſa, à Cilicibus primùm oppreſſa, inde planè à Romanis eſt deleta. Strabonis locus emendatus. Tyrrhenorum latrocinia. Antonii conatus in Cretenſes irritus; cui tamen Cretici cognomen inde datum fuit: Metelli, poſt triennii bellum, expugnatio: qui triumphum, & cognomen quoque Cretici, inde retulit. Antonii propoſitum, de reddendâ libertate. Cnoſſus Romanorum colonia facta; Præſidiſque domicilium.

Et

ET in Idomeneo quidem, ac Merione, ſtirpe regiâ interceptâ, regnum Cretæ reip. formam accepit, quam exponam in ſequentibus: nunc duntaxat ſeriem temporum, & in illis ſtatum publicum, explicabo. Et initio, legibus fundata optimis, præſtantiſſimos Græcorum ad exemplum ſuum traxit, & Spartanos inter primos. Poſteà in pejus certè declinavit; &, in latrocinia verſa, mox oppreſſa à Cilicibus, tandem & in poteſtatem Romanorum eſt redacta. Eſt in hanc rem elegans Strabonis locus, lib. X. Περὶ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, ὅτι κατὰ τὸν παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις, Λακεδαιμονίους. ὕστερον δὲ, πρὸς τὸ χεῖρον μετέβαλεν ἐπὶ πλεῖστον. μετὰ γὰρ τοὺς τυράννους, οἳ μάλιστα ἐδήωσαν τὴν καθ᾽ ἡμᾶς θάλατταν, οὗτοι εἰσὶν οἱ διαδεξάμενοι τὰ λῃστήρια. τούτους δ᾽ ἐπόρθησαν ὕστερον οἱ Κίλικες, κατέλυσαν δὲ πάντας Ῥωμαῖοι, τήν τε Κρήτην ἐκπολεμήσαντες, καὶ τὰ πειρατικὰ τῶν Κιλίκων φρούρια. *De Cretâ in confeſſo hoc eſt, priſcis eam temporibus legibus optimis fuiſſe compoſitam: ideoque ad ſui imitationem pertraxiſſe Græcorum præſtantiſſimos, & inprimis Lacedæmonios. Poſteà temporis, in deterius ſanè abiit: poſt tyrannos enim, qui maximè infeſtum mare noſtrum habuerunt, ipſi in latrocinia ſucceſſere. eos verò, inde Cilices oppreſſerunt; atque omnes, à Romanis ſunt deleti: qui & Cretam debellârunt, & caſtella Cilicum piratica item dejecerunt.* Sed corruptus eſt Strabonis ille locus. Nam qui ſunt tyranni iſti, qui Romanis mare infeſtum aliquando reddiderunt? Nego ullos extitiſſe; & Strabonem de Tyrrhenis hîc loquutum: itaque reſtituendum eſſe cenſeo. Μετὰ γὰρ τοὺς Τυῤῥηνοὺς, οἳ μάλιστα. *Poſt Tyrrhenos enim, qui maximè.* Nam Tyrrhenos olim mare latrociniis infeſtaſſe, ipſe ille Strabo tradit, lib. V. Τῇ θαλάττῃ (οἱ Τυῤῥηνοὶ) κατὰ λῃστείαν ἐπέθεντο, ἄλλοι πρὸς ἄλλα τρεπόμενοι πελάγη. *Latrociniis maritimis (Tyrrheni) animum adjecerunt, alii ad alia converſi maria.* Iterum, lib. VI. Τοὺς γὰρ πρότερον δεδιέναι τὰ λῃστήρια τῶν Τυῤῥηνῶν, καὶ τὴν ὠμότητα τῶν τότε βαρβάρων, ὥστε μηδὲ κατ᾽ ἐμπορίαν πλεῖν. *Priores enim latrocinia Tyrrhenorum, & ſævitiam incolentium ibi barbarorum, metuiſſe; ut ne mercaturæ quidem faciendæ gratiâ eò navigaverint.* Hinc eſt in Heſychii Gloſſis: Τυῤῥηνοὶ, οἱ λῃστρικοί. *Tyrrheni, latrociniis dediti.* Meminit etiam Ariſtides, in Rhodiacâ. Ergo certa eſt emen-

 datio.

datio. Tandem à Romanis est subacta. Ac initio, id tentavit quidem M. Antonius, Triumviri pater; sed repulsus à Cretensibus, cum dedecore non exiguo, à proposito discedere est coactus. Florus, lib. III. *Creticum bellum, si vera volumus noscere, nos fecimus, solâ vincendi nobilem insulam cupiditate. Favisse Mithridati videbatur: hoc placuit armis vindicare. Primus invasit insulam Marcus Antonius, cum ingenti quidem victoriæ spe, atque fiduciâ: adeò, ut plures catenas in navibus, quam arma, portaret. Dedit itaque pœnas vecordiæ. Nam plerasque naves intercepere hostes; captivaque corpora religata velis, ac funibus, pependere: ac sic velificantes triumphantium in modum Cretes portibus suis adremigaverunt.* Epitome Liviana, lib. XCVII. *Marcus Antonius prætor bellum adversus Cretenses, parum prosperè susceptum, morte suâ finivit.* Quin ipse, dum id tentat, perit. Indicant id verba Epitomes, jam citata: & Asconius clarè dicit, Comment in Divinat. *Quidam Antonius, curator totius oræ maritimæ, quà Romanum erat imperium, non solùm ipse nequam, verùm etiam comitibus pessimis, rem inauditam invasit: & indicto Cretensibus bello, malè re gestâ, ibidem periit.* Et in Verr. IV. *Hic est M. Antonius, qui gratiâ Cottæ Consulis, & Cethegi, in senatu curationem infinitam nactus totius oræ maritimæ, Siciliam, & provincias omnes, depopulatus est: & ad postremum, inferens Cretensibus bellum, morbo interiit.* Ac de morte quidem ejus in hac insulâ, etsi non illato bello, meminit etiam in Verr. III. *M. Antonius, dissolutissimus curator totius oræ maritimæ, Cretæ mortuus.* Accepit autem, quanquam non subactâ insulâ, Cretici cognomentum. Observo apud Plutarchum, in Vitâ filii: Ἀντωνίου πάππος μὲν ἦν, ὁ ῥήτωρ Ἀντώνιος· πατὴρ δὲ, ὁ Κρητικὸς ἐπικληθείς. *Antonii avus quidem erat, Antonius orator; pater verò, is qui Creticus cognomento appellatus.* Mox Metellus bello triennali vicit. Velleius, lib. II. *Per id tempus à Quinto Metello Creta insula in populi Romani potestatem redacta est: quæ, ducibus Panare & Lasthene, viginti quatuor millibus juvenum coactis, velocitate pernicibus, armorum laborumque patientissimis, sagittarum usu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigaverat.* Eutropius, lib. VI. *Confecto bello Macedonico, bellum Creticum ortum est. ad id missus Quintus*

Cæci-

Cæcilius Metellus, ingentibus prœliis intra triennium omnem provinciam cepit. Idem tradit Paulus Diaconus, lib. VI. Aliter Cicero, sed suorum Romanorum fortitudinem Oratoris more extollens, in Orat. pro Murænâ: *Uno (Cretes) adventu nostri exercitus deleti sunt.* Ac cognomen inde Cretici reportavit. Vide Eutropium, libro citato; Plutarchum, in Pompejo; Dionem Cassium lib. XXXVI. Etymologici Auctorem, in Συγκρητίσαι. Priùs bellum id Hortensio decretum erat: verùm, eo recusante, in Metellum devolutum est: uti testis Xiphilinus, in Epitome Dionis, lib. XXXV. Ac subactæ quidem Cretæ à Metello meminit Lucanus etiam, lib. III.

Quod dites Asiæ populi misere tributum,
Victorique dedit Minoia Creta Metello.

Et Claudianus, in Ruf. lib. I.

Et Pharos Augusto jacuit, vel Creta Metello.

De cognomine reportato, est is locus Martialis, lib. II. epigr. II.

Creta dedit magnum, majus dedit Africa nomen,
Scipio quod victor, quodque Metellus habet.

Adeò autem constanter restiterunt Cretenses, ut in obsidione quâdam, priusquam se dederent, sitim suâ, & jumentorum item, urinâ tolerarent. Valerius Maximus, lib. VII. cap. vj. *Cretensibus nihil tale præsidii affulsit: qui, obsidione Metelli ad ultimam usque penuriam compulsi, suâ jumentorumque suorum urinâ sitim torserunt, justiùs dixerim, quàm sustentârunt.* Et hactenus quidem libera Creta, ac Minois legibus usa, in hunc modum dominos Romanos nacta, leges quoque eorum accepit. Paulus Diaconus, Hist. Misc. lib. VI. *Cæcilius Metellus ingentibus prœliis intra triennium totam insulam cepit: legesque Minois Romanis legibus permutavit.* Vellejus, lib. II. *Creta, Metelli ductu, longissimæ libertatis fine mulctata.* Dion Cassius, lib XXXVI. Κρῆτες μὲν οὖν οὕτως, ἐλεύθεροί τε πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον γενόμενοι, καὶ δεσπότην ὀθνεῖον μηδένα κτησάμενοι, κατεδουλώθησαν. *In hunc modum Cretenses, qui ante id tempus in perpetuâ libertate vixerant, neque peregrinum unquam dominum ullum habuerant, in servitutem sunt redacti.* Restituere libertatem Antonius non multo post à Bruti præfecturâ voluit: idque Cicero ei objicit, in Oratione quâdam adversus illum, in quâ hæc leguntur verba,

apud

apud Dionem, lib. XLV. Ποῦ τοῦτο γεγραμμένον εὗρες; ὥσπερ καὶ τὸ, τοὺς Κρῆτας ἐλευθέρους μετὰ τὴν τοῦ Βρούτου ἀρχὴν γενέσθαι, ὧν ἡμεῖς μετὰ τὸν τοῦ Καίσαρος θάνατον ἄρξαι ἐψηφισάμεθα. *Ubi illud ſcriptum inveniſti? ut hoc quoque, ut Cretenſes poſt Bruti præfecturam liberi forent, quibus nos poſt mortem Cæſaris imperare decrevimus.* Et apud ipſum Ciceronem, Philipp. II. Tom. II. pag. 455. Ac Romani, redactâ in poteſtatem Cretâ, ut faciliùs retinerent, coloniam Cnoſſum, urbem primariam, deduxére. Strabo, lib. X. κατέλυσαν δὲ πάντας Ῥωμαῖοι, τήν τε Κρήτην ἐκπολεμήσαντες, καὶ τὰ πειρατικὰ τῶν Κιλίκων φρούρια. νυνὶ δὲ Κνωσσὸς καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν ἔχει. *Univerſos verò deleverunt Romani; qui & Cretam debellârunt, & caſtella item Cilicum piratica dejecerunt. Nunc verò Cnoſſus etiam Romanorum coloniam habet.* Quique inſulæ præfectus, ſedem illic ſuam habebat. Inde eſt apud Arrianum, in Epicteto, lib. III. cap. ix. τί γάρ ἐστιν ὃ ἐπεθύμησας; προστάτης χειροτονηθῆναι Κνωσσίων. *Quid enim eſt quod cupiiſti? Cnoſſiorum præſes eligi.*

CAP. VI.

Itaque provincia facta eſt, & conjuncta cum Cyrene. Ac prætoria quidem erat, ſub Auguſto conſtituta; è decem numero octava. Mox Proconſul eam tenuit: & interdum, item quæſtor: inde, etiam conſularis. Erat autem ſub Illyrico: & in hâc re obiter Jornandis locus emendatus. Conſtantinus Magnus poſteà à Cyrene ſeparavit; & hanc ſecundo prætorii præfecto, illam tertio ſubjecit: tum, imperium filiis cùm diſtribueret, hanc Conſtanti aſſignavit.

Subacta in hunc modum Creta, in provinciam redacta eſt. Sextus Rufus, in Breviario: *Creta per Metellum proconſulem, qui Creticus dictus eſt, provincia facta eſt.* Itaque vides apud Appianum, De Bell. Civ. lib. III. ἐν καιρῷ δὲ αὐτοὶ τὸν Ἀντώνιον τοῖς ἀμφὶ τὸν Κάσσιον ἀντῄτουν ἕτερα ἔθνη, καὶ ἐδόθη Κυρήνη τε καὶ Κρήτη. *Et opportunè quidem ipſi ab Antonio alias viciſſim Caſſianis petebant provincias: ac data eſt Cyrene, & Creta.* Ubi obſerva, etiam Cyrenen jungi: nam hæ duæ una provincia fuere. Strabo, lib. XVII. Βασιλευθέντες δὲ

(οἱ Κυ-

(οἱ Κυρηναῖοι) χρόνους τινὰς, εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἦλθον. καὶ νῦν ἐστιν ἐπαρχία, τῇ Κρήτῃ συνεζευγμένη. *Cum Reges ſuos (Cyrenæi) aliquamdiu habuiſſent, in Romanorum poteſtatem devenere: & nunc provincia eſt, Cretæ conjuncta.* Ac conjungi ſemper Cretam, & Cyrenas, apud Auctores animadvertas. Erat autem provincia prætoria, ſub Octaviano Auguſto Imperatore conſtituta; & quidem, è decem numero quæ erant, ordine octava. Idem Strabo, qui omnes enumerat, in ejusdem libri fine: ὀγδόην δὲ, Κρήτην μετὰ τῆς Κυρηναίας. *Octavam verò, Cretam cum Cyrenaicâ.* Sed non diu ita fuit; ac Proconſul mox præfectus. Seneca Rhetor, qui potiſſimam vitæ partem ſub hoc ipſo Auguſto egit, lib. IV. Controverſ. XXVII. *Secutus erat in provinciam Cretam Oppium Flamam, Proconſulem.* Et Cæſium Cordum eâ dignitate memorat Tacitus, Annal. III. *Ancharius Priſcus Cæſium Cordum, Proconſulem Cretæ, poſtulaverat repetundis.* Poſteà Tiberius Quæſtorem inſulæ præfecit, & adjunxit Adſeſſorem, anno urbis DCCLXVIII. eoque Imperii ſui primo. Tradit Dion, in eo anno, lib. LVII. τότε δὲ ἡ Κρήτη, τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς ἀποθανόντος, τῷ τε ταμίᾳ, καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ, τὸν λοιπὸν χρόνον προσετάχθη. *Tunc autem Creta, mortuo Præfecto, deinceps mandata eſt Quæſtori, & Adſeſſori.* Itaque Quæſtorem memorat & Suetonius in Veſpaſiani Vita, cap. II. *Quæſtor Cretam, & Cyrenæi, provinciam ſorte cepit.* Objiciet aliquis, tamen ſub Tiberio, quem nominavi, amo urbis DCCLXXIV, qui Imperii ejus ſextus, Cæſium Cordum Proconſulem dici, loco jam à me citato: ſed cenſendum eſt; eum anteà eâ dignitate functum, ſub Auguſti Cæſaris finem, tum repetundarum demum accuſatum. Neque aliter concilies. Sed Proconſules nihilominus iterum mox ſubſtituti: itaque ſub Imperatore Hadriano Salvius Carus talis legitur, in lege *divus*, XIV. Dig. De Senatusconſulto Turpiliano. *Divus Hadrianus Salvio Caro, Proconſuli Cretæ, reſcripſit.* Et Inſcriptio, æjus ævi. PROC. PROV. CRETÆ. Item alia. PROCOS. SORTITUS. PROV. CRET. CYR. Rurſum alia. ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ. ΚΡΗΤΗΣ. ΚΑΙ. ΚΥΡΗΝΗΣ. Sed deinde iterum mutatio facta, ac Quæſtores reſtituti. Itaque eſt in Veteri Inſcriptione, ſub Septimio Severo Imp. QUÆSTOR. PROV. CRET. CYR. Item alia. Q. PROV. CROETÆ.

V Poſteà

Posteà Consularem habuit. Septimius, in Epistolâ ad Arcadium, quæ præfixa Dictyi Cretensi. *Agnitas, quænam essent, literas, Rutilio Rufo, illius insulæ tunc consulari, obtulit.* Notitia Imperii. *Creta habebat Consularem.* Ac censebatur in Illyrico. Eadem Notitia. *Consulares per Illyricum tres: Cretæ, Macedoniæ, Daciæ mediterraneæ.* Sextus Rufus, in Breviario: *Provincias habet Illyricus septem & decem; Noricorum duas, Pannoniarum duas, Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Mæsiam, Daciarum duas. Et in diœcesi Macedoniæ sunt septem: Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duæ, Prævalis, & Creta.* Paulo aliter Jornandes, De Regn. Success. *Illyricus autem cuncta, per partes quidem & membra devicta, ad unum tamen corpus aptata est, quæ habet intra se provincias decem & octo; & sunt, Norici duæ, Pannoniæ duæ, Valeria, Suavia, Dalmatia, Mæsia superior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiros, duo Prævales, Creta.* Ubi in fine legi debet: *Achaia, Epiri duæ, Prævalis, Creta.* Constantinus Magnus, novâ Imperii distributione factâ, ac prætorii præfectis quatuor item constitutis, Cretam quoque & Cyrenen separavit, & provincias duas fecit: atque Cretam, sub præfecto quidem secundo. Cyrenen sub tertio posuit: ut videre est apud Zosimum, lib. II. Idem, cùm Imperium inter filios suos partiretur, hanc Constanti inter cætera assignavit. Cedrenus: καταλείψας (ὁ μέγας Κωνσταντῖνος) ἐν βασιλείᾳ τρεῖς υἱοὺς, Κωνστάντιον, καὶ Κωνσταντῖνον, καὶ Κώνσταντα· διορισάμενος, Κωνστάντιον μὲν, ἔχειν τὰ τῆς Θρᾴκης, καὶ ἑῴας, μέρη· Κωνσταντῖνον δὲ, τὰ πρὸς ὠκεανὸν ἑσπέρια· Κώνσταντα δὲ, Κρήτην, Ἀφρικὴν, καὶ τὸ Ἰλλυρικόν. *Relictis in Imperio liberis tribus, Constantio, Constantino, ac Constante; id dividens, Constantio dedit Thraciam, & Orientem: Constantino, partes ad Oceanum occidentales: ac Constanti, Cretam, Africam, & Illyricum.*

CAP. VII.

Ab Agarenis, ex Hiſpaniâ venientibus, capta, ſub Michaële Balbo. Cyrillus, Gortynæ epiſcopus, interfectus. Recuperare quidem his Michaël ſtatuit, verùm fruſtra. Sub Baſilio Macedone aliquo modo vindicata, impoſito Agarenis tributo, quod ſolutum per decennium: cumque deinde excuterent jugum, annis ſeptuaginta pòſt, ſub Romano Puero, ad obſequium reducta eſt. Phranzis error indicatus. Inde manſit ſub Imperatoribus Byzantinis, usque ad Alexium Comnenum: ſub quo deficere conata, ſtatim repreſſa eſt. Poſteà, potito rerum Balduino, Flandriæ Comite, in Genuenſium poteſtatem devoluta eſt. Inde accepit Bonifacius, Marchio Montisferrati: isque Venetis venum dedit. Ac ſub his tumultuata, mox repreſſa, & recepta eſt: permanſitque in poteſtate, usque in hodiernum diem.

Hactenus ſui juris Cretam, atque Romanorum, vidimus; nunc dicemus, quomodo, ab Agarenis aliquandiu intercepta, atque mox Romanis reddita, inde dominos Genuenſes, Venetosque, quorum hodie etiam in poteſtate eſt, nacta fuerit. Ac ſub Michaële Balbo Imperatore Agareni, ex Hiſpaniâ invadentes, occuparunt. Conſtantinus Porphyrogeneta, De Adminiſtr. Imp. cap. XXII. Τούτων ἀπόγονοι τυγχάνουσιν οἱ τὴν Κρήτην οἰκοῦντες Ἀγαρηνοί. ὅτε γὰρ Μιχαὴλ ὁ Τραυλὸς τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐπεκράτησε, καὶ ἡ τοῦ Θωμᾶ ἀνταρσία ἐγένετο μέχρι τριετοῦς χρόνου ἐπικρατήσασα, τότε τοῦ βασιλέως ἀσχολουμένου ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι πράγμασιν, εὑρόντες διορίαν οἱ τὴν Ἱσπανίαν οἰκοῦντες Ἀγαρηνοὶ, στόλον ἱκανὸν ἐξαρτύσαντες, καὶ ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν τῆς Σικελίας μερῶν, πάσας τὰς Κυκλάδας νήσους ἠρήμωσαν, καὶ ἐλθόντες ἐν Κρήτῃ, καὶ ταύτην εὔκαιρον καὶ ἀνειμένην εὑρόντες, μηδενὸς ἀντερομένου, ἢ μαχομένου, ταύτην παρέλαβον, καὶ διακρατοῦσι μέχρι τοῦ σήμερον. *Ab his prognati ſunt Agareni, qui Hiſpaniam inhabitant. Cùm enim Michaël Balbus Romanis imperaret, &, Thoma per triennium rebellante, negligentior rerum aliarum eſſet, opportunitatem nacti Agareni, in Hiſpania habitantes, claſſe ſatis magnâ inſtructâ, omnes inſulas Cycladas diripuerunt; atque Cretam invadentes, opportunam deprehenſam, ac remiſſiorem*

etiam, nullo contra quid dicente, aut repugnante, occupárunt; possidentque usque in hodiernum diem. Fusiùs rem hanc exponunt, Zonaras, Annal. III. Cedrenus, in Michaële Balbo; Phranzes, Chron. lib. I. cap. XXXV. & Joannes Curopalates, in Comp. Hist. Subegerunt autem Cretam universam, urbe unicâ exceptâ. Cedrenus: ἐδουλώσαντο γὰρ (οἱ Ἀγαρηνοὶ) τοὺς αὐτόχθονας, καὶ τὰς ἐν τῇ Κρήτῃ πόλεις, πλὴν μιᾶς. *In servitutem redegerunt indigenas, omnesque Cretæ urbes, præter unam.* Joannes Curopalates, in Comp. Hist. *Hîc illi constructâ urbe, & veluti quâdam arce totius insulæ, ex eâ profecti, totam insulam, & reliquas item, percurrentes, in servitutem indigenas redegerunt, & urbes omnes Cretæ, unâ exceptâ.* Phranzes, duas urbes excipit, Gortynen, & Cydoniam. *Inde erumpentes, totam insulam percursant; cæterasque urbes universas, præter Gortynen, & Cydoniam, ad deditionem compellunt.* Sed de unâ verum puto, ac Gortynen etiam captam; siquidem Episcopus ejus, Cyrillus, tunc martyrio affectus memoratur: quod futurum minimè erat, nisi urbe expugnatâ. Ac martyrium Cyrilli, referunt citati Auctores. Zonaras: Τούτοις πεισθέντες οἱ ἐκ τοῦ Ἄγαρ, τήν τε νῆσον ὑφ᾽ ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο, καὶ τοὺς αὐθιγενεῖς ἐδουλώσαντο. ὅτε καὶ Κύριλλος, ὁ Γορτύνης ἐπίσκοπος, ἀθλήσας ὑπὲρ Χριστοῦ, μαρτυρίου κεκόμισται στέφανον. *His persuasi Agareni, insulâ subactâ, indigenas in servitutem redegerunt. Quo tempore Cyrillus, Gortynæ Episcopus, pro Christo certans, martyrii coronam accepit.* Cedrenus: Τότε δὴ καὶ ὁ Κύριλλος, ὁ Γορτύνης πρόεδρος, στεφεὶ τελειοῦται μαρτυρικῷ, μὴ θελήσας ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν. *Tum temporis etiam Cyrillus, Gortynes Episcopus, martyrii coronâ perfectus redditur, quod Christum negare noluisset.* Joannes Curopalates: *Tunc etiam Cyrillus, Gortynæ præses, martyrii coronâ donatur, quod Christum negare noluisset.* Anno pòst recuperare idem Imperator studuit, verùm frustra. Phranzes, loco citato: *Hoc modo Creta, una ex septem nobilioribus insulis, ab Hispanis Saracenis occupata fuit. Post annum Michaël Imperator denuo classem adversus eosdem misit, quæ etiam nihil memorabile gessit.* Ac conatus quidem bis est. Zonaras, citato loco: ὁ μέντοι βασιλεὺς στόλον ἐκπέμπει κατὰ τῶν τὴν Κρήτην κατασχόντων Ἀγαρηνῶν· ἡττήθη γὰρ, καὶ οἱ περιλειφθέντες ἐπανῆλθον, τῆς ἥττης αὐτάγγελοι. εἶτ᾽ αὖθις ἕτερον πολὺ ναυτικὸν

ἐπει-

ἑτοιμασάμενος ἔστειλε, τούτῳ στρατηγὸν ἐπιστήσας τὸν Κρατερόν. ὃς, συμβαλὼν τοῖς ἐν Κρήτῃ Ἀγαρηνοῖς, πρότερον μὲν εὐτύχησε, πολλοὺς ἐκείνων καὶ ζωγρήσας, καὶ ἀνελών. εἶτα τῇ νίκῃ τεθαῤῥηκὼς κἀκεῖνος, καὶ ὁ ὑπ' ἐκεῖνον λαὸς ὡς ἤδη τῶν ἐναντίων ἐκνενευρισμένων, καὶ μὴ ἄν ποτε προσβαλεῖν αὐτοῖς τολμησόντων, ἀνέσει ἑαυτοὺς καὶ πότοις ἐξέδωκαν, καὶ ἀφυλάκτως ἐκώμαζον ὕπνωττόν τε κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην σὺν ῥᾳστώνῃ πολλῇ. ἅπερ κατανοήσαντες οἱ πολέμιοι, νυκτὸς αὐτοῖς ἐπῆλθον μετὰ μεγίστου ἀλαλαγμοῦ, καὶ πάντας διέφθειραν, ὡς μικροῦ μηδ' ἄγγελον περιλειφθῆναι τῆς συμφορᾶς. καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ τοῦ στόλου ἐξάρχων ὁ Κρατερὸς, ἐν πλοίῳ ἐμπορικῷ φυγὰς ἀπιὼν, κατελήφθη, καὶ ἀνεσκολοπίσθη. *Imperator, missâ contra Agarenos in Cretam classe, victus est: quique cladi superfuerant, ipsi nuntium attulerunt. Pòst, aliam ingentem classem mittit contra eos, duce Cratero; qui principio benè rem contra Agarenos gessit, multis eorum captis, & interfectis. Deinde & ipse, & ejus milites, victoriâ freti, quasi adversariis jam enervatis, neque unquam ipsos aggredi ausuris, voluptati, poculisque se dederunt; eaque nocte sine excubiis comessati ociosè dormierunt. Quo hostes intellecto, noctu eos cum maximo clamore adorti, omnes ita cecîderunt, ut vix cladis nuntius ullus superesset. Nam præfectus etiam ipse classis Craterus, quum in nave mercatoriâ fugam caperet, comprehensus, atque in crucem actus est.* Memorant etiam Cedrenus, & Joannes Curopolates. Post hoc tempus annis quadraginta septem, sub Basilio Macedone, cùm infestum undique haberent mare, quàm fortissimè sunt repressi: quanquam primò profligatis Imperatoris ejus copiis, ipso vix effugiente. Zonaras, in ejus Vita, Annal. III. Κατὰ δὲ τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ Ἀγαρηνῶν ἐκστρατεύσας, ἡττήθη, καὶ πολλοὶ μὲν ἔπεσον· ἑάλω δ' ἂν καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ ὁ Ἀβάστακτος Θεοφύλακτος, ὁ πατὴρ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος Ῥωμανοῦ τοῦ Λακαπηνοῦ, αὐτὸν διεσώσατο. ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὴν μεγαλόπολιν, τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ Χριστόφορον κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν εἰς τὴν Κρήτην ἐκπέπομφεν· ὃς συμβαλὼν αὐτοῖς, καὶ τρεψάμενος, τὸ θράσος σφῶν ἐταπείνωσεν. *Profectus cum exercitu contra Agarenos, qui in Creta, victus est: &, multis cæsis, etiam captus ipse fuisset, nisi eum eripuisset Theophylactus Abastactus, Romani Lacapeni, posteà Imperatoris, pater. Reversus verò in magnam urbem, misit contra Agarenos in Cretam Christophorum, affinem suum: qui, consertâ cum ipsis manu, victor factus,*

corum audaciam repressit. Fusiùs multò hæc Cedrenus, Curopalates, atque Phranzes, lib. I. cap. xxxvj. qui hoc addit; adeo fractos Agarenos, ut tributum Imperatori deinceps solverent. Ecce verba: *Quo comperto Agareni Cretenses Romanos exercitus timuerunt vehementer, & molitiones eorum admirati sunt: ac, tali clade repente affecti, de cætero consilia quietiora, quanquam ad tempus, ceperunt; & tributa Imperatori Basilio persolvere decreverunt.* Sed, subacti in hunc modum, vix decennium quievere; ac, se rursum commoventes, non tributum ultra ullum exhibere voluerunt. Phranzes, lib. I. cap. xxxvij. *Elapsis annis prope decem, barbari, a consuetudine sua non recedentes, insulas deintegro rapiundo furendoque permiscent, & promissas Imperatoribus pensiones recusant.* Posteà, sub Romano Puero, annis elapsis septuaginta, insula à Nicephora Phoca ad obsequium est reducta: postquam annos centum & viginti septem Agareni tenuissent. Phranzes, loco citato: *Post annos septuaginta, Imperator Romanus Puer, Basilii Macedonis abnepos, classem non contemnendam contra Saracenos in Cretam misit, terrestrium ac navalium copiarum duce Magistro Nicephoro Phoca constituto, qui etiam postmodum imperavit. Is, in Cretam delatus, frequentibus prœliis semper Agarenos fudit, fugavitque: cui cùm resistere non valerent, timore perciti, in castella sese includebant. Phocas omnes machinas expugnandis urbibus appositas admovet; &, incusso hostibus terrore, omnia insulæ castella sub se redigit, adeoque ipsam metropolim Chandacem armis obtinet: cujus arbitrio se alia quædam oppidula permiserunt. cepitque ipsius insulæ Principem, Curupen nomine, & dignitate illi secundum Anemam. Atque hæc omnia Phocas septem mensium spatio feliciter confecit: totamque insulam, ab Agarenis annis centum viginti quatuor possessam, sub Imperium Romanum virtute suâ revocavit.* Sed de annis centum & viginti quatuor, quibus Cretam Agarenis subditam fuisse dicit, sanè errat. Nam, ipsius quoque calculo, à Michaële Balbo, sub quo subjugata fuit, usque ad Basilii Macedonis tempus, sub quo repetita fuit, ac reducta ad tributum, numerantur anni quadraginta septem; quibus si adjicies decem, per quos tributarii erant; & deinde alios rursum septuaginta, usque ad Romanum Puerum, sub quo planè insula

sula recuperata est, habes annos servitutis centum & viginti septem. Historiam hanc in Romani Pueri rebus, tradunt etiam Cedrenus, Zonarasque, & Joannes Curopalates. Atque inde mansit Creta sub Romanis Imperatoribus, usque ad Alexii Comneni tempora: sub quo & defecit ipsa, uti Cyprus, sed mox est recuperata. Zonaras, in ejus Vita, Annal. III. Καὶ ἡ νῆσος δ᾽ ἡ Κρήτη, πρὸς δὲ τῇ καὶ ἡ Κύπρος, ἀποστασίαν ἐνόσησαν· τὴν μὲν, τοῦ Καρύκη κατεσχηκότος, καὶ ἀντάραντος χεῖρα τῷ βασιλεῖ· τὴν Κύπρον δέ γε, τοῦ Ῥαψομμάτου. ἀλλὰ καὶ αὗται τῇ Ῥωμαίων αὖθις οὐκ εἰς μακρὰν ἐπανεσώθησαν ἡγεμονίᾳ. *Sed & insula Creta, atque etiam Cyprus, defectionis morbo laborârunt; altera, à Caryce occupata, Imperatori se opponente: altera, à Rhapsommato. Verùm hæ quoque Romano Imperio non multò pòst sunt restitutæ.* Sed, ut verum isthic dicam, potiùs conatus fuit, quàm effectus. Glycas, Annal. IV. *Tunc & Cyprus, atque Creta, defectionis illæ quidem morbo infectæ, ab Imperatore desciscere cogitabant: verùm, anteverso celeriter ipsarum conatu, Imperio recuperatæ, conservatæque, fuerunt. In Cypro Caryces, in Creta Rhapsommates, Imperatori se opposuere.* Theodorus Metochites, quem penès me manuscriptum habeo, neque hactenus vulgatum, in Alexio hoc ipso, Hist. Rom. lib. II. Τότε δὴ τότε καὶ ἡ Κύπρος σὺν αὐτῇ τῇ Κρήτῃ, ἀποστασίαν μὲν ἐνόησαν, διὰ τάχους δὲ τῇ βασιλευούσῃ ἐπανασώζοντο. ἐν μὲν τῇ Κύπρῳ, τοῦ Καρύκου· ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ, τοῦ Ῥαψομμάτου ἀνταίραντος. *Ac tum temporis sanè etiam Cyprus, & ipsa Creta, defectionem quidem cogitârunt; verùm urbi Imperatrici ocyùs sunt restitutæ. In Cypro quidem, Caryce; in Cretâ autem, Rhapsommate seditionem concitante.* Et mansit porrò sub imperio Romanorum, donec, rerum mox potito Balduino, Flandriæ Comite, Genuenses suam illam in potestatem acceperunt. Phranzes, loco jam citato: *Mansit hæc insula sub Romanis usque ad Alexium Angelum; qui, fratre luminibus abs se spoliato, tyrannidem invasit, ut principio Historiæ docuimus. Deinde, cùm Itali monarchiam in principatus varios divisissent, & Balduinus, Flandriæ Comes, Constantinopolitanus Imperator salutatus esset, Henricus Dandulus, Venetorum Dux, non modicam ex tota partem adeptus est: & Despotæ dignitatem ab Imperatore accepit. Democratia autem Ligurum, (Genuenses,) Curupi insulam, (ita autem Cretam*

tam vocat, à Curupe, Principe ibi anteà Agarenorum;) *& alia loca, sortita est.* Ac paulò post: *Genuenses Curupi insulam, aliaque loca, sortiti, posteà adversariis eam dederunt.* Nicetas Choniates, eam tradit ex insidiis, atque mercatorum specie, Genuenses occupasse. Verba ecce, in Imperio Balduini: Πειραταί τινες Γενουῗται, περιψήματα ἀνδρῶν, καὶ ἀμβλώματα, οὐ κατὰ τοῦτο μέν τινὸς ὑπερφέροντες, κατὰ δὲ ἐκεῖνο τὰ δεύτερα φέροντες, ἀλλ᾽ ἁπανταχῇ πονήρως πράττοντες, καὶ δυσδαιμόνως, στρογγύλων πέντε νηῶν ἐυπρήσαντες, καὶ σκάφη τριήκροτα κατηρτικότες πρὸς τοῖς εἰκοσιτέσσαρα, ἐς τὴν Κρήτην διαπλωΐζονται· καὶ, πλασάμενοι τοὺς ἐμπόρους, εἶτα ἐπιθέμενοι ὡς πολέμιοι, τῆς νήσου ξυμπάσης κατισχύουσιν εὐμαρέστατα. *Et piratæ quidam Genuenses, homines vilissimi, & abjectissimi, nec in unâ re primarii, in aliâ verò secundarii, sed ab omni parte miserrimi, & infelicissimi, quinque rotundis navibus, & viginti quatuor triremibus, comparatis, per mercaturæ speciem in Cretam trajecerunt: Deinde, hostiliter aggressi, facillimè totius insulæ sunt potiti.* Posteà obvenit ea Bonifacio, Marchioni Montisferrati; isque vendidit serenissimæ Venetorum Reipublicæ; Phranzes, loco citato: *Et quoniam Bonifacius, marchio Montisferrati, manum non modicam ad auxilium contulerat, totiusque terrestris exercitus summus Dux delectus fuerat, eum Balduinus Imperator Regem Thessalonicæ esse jussit; cui insuper Creta, cum aliis locis, obvenit: quam posteà Venetorum senatui vendidit. Atque ita usque hodie in illorum ditione est.* qui cùm eam aliquamdiu tenuissent, tumultuata est, & excutere jugum nisa: missusque ad recuperandam Luchinus Vermius; ad quem, in hanc expeditionem iturum, exstat liber Petrarchæ, *De Officio, & virtutibus Imperatoriis. Accidit autem* hæc rebellio anno CIƆ CCC LXIII; ut apparet ex Senilium ejusdem lib. III. Epist. VIII. Redacta verò in potestatem est anno proximè sequenti, CIƆ CCC LXIV. sine ullâ cæde, & sanguine: ut videre est apud eundem, Senilium, quæ memoravi, lib. IV. Epist. I. & II. Meminitque rebellantis, & redactæ in potestatem, ejusdem Operis lib. VIII. Epist. IV. Ex hoc tempore in illorum potestate semper mansit: utque porrò etiam maneat, meum votum est.

CAP.

CAP. VIII.

Reip. forma, Aristocratica; quod Polybio negatur: cum Laconicâ comparata; quæ ad hanc se conformavit: quod ipsum quoque à Polybio negatur. Lycurgus peregrè illic egit; & abduxit inde leges, quas Spartanis mox præscripsit: sicut etiam Zaleucus, quas Locrensibus ipse tulit, ad Cretenses comparavit. Leges autem Creticæ pleræque ad bellum accommodatæ; erantque uti antiquissimæ, ita optimæ: atque latæ à Minoë, aut antiquo Rhadamantho: qui uterque à Jove eas accepisse ferebatur. Menander Rhetor emendatus. Leges duæ ex universis, speciatim indicatæ; quarum una de symposiis, & ebrietate in his evitandâ: altera, de legum majestate erat; vetabatque, ne in leges quis inquireret, rectè an malè positæ essent: senes autem, si quid in his deprehenderent, ne id temerè apud juvenes proferrent. Perscriptæ erant in tabulis æneis. Etiam Onomacritus erat, legislator antiquissimus, Thaleti coætaneus.

Nunc Rempublicam, instituta, atque leges, videamus. Ac respublica quidem erat mixta ex utroque statu; regio, & populari: quem solemus Aristocratiam dicere. Id Plutarchus nobis indicat, in Dione. Ἐπενόει δὲ τὴν μὲν ἄκρατον δημοκρατίαν, ὡς οὐ πολιτείαν, ἀλλὰ παντοπώλιον οὖσαν πολιτειῶν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, κωλύειν. Λακωνικὸν δέ τι καὶ Κρητικὸν σχῆμα μιξάμενος, ἐκ δήμου καὶ βασιλείας, ἀριστοκρατίαν ἔχων, τὴν ἐπιστατοῦσαν καὶ βραβεύουσαν τὰ μέγιστα, καθιστάναι, καὶ κοσμεῖν. *Meditabatur autem effusam populi potestatem, quod ea non respublica esset, verùm rerumpublicarum universalis nundinatio, ut Plato ait, coërcere; & Laconicam quandam, Creticamque, mistam formam ex arbitrio populari, regioque, in quâ regimen penes optimates esset, qui præeßent, maximaque administrarent, temperare, ac concinnare.* Innuit & Plato, De Leg. Lib. III. Ἡ δὲ τὸ μοναρχικὸν, ἡ δὲ τὸ ἐλεύθερον ἀγαπήσασα μειζόνως ἢ ἔδει μόνον, οὐδέτερα τὰ μέτρια κέκτηται τούτων· αἱ δὲ ὑμέτεραι, ἥ, τε Λακωνικὴ καὶ Κρητικὴ, μᾶλλον. *Ea respublica, quæ monarchicum statum, & ea quæ liberum vehe-*

mentiùs, quàm par est, amat, omnino neutra horum moderata assequitur: vestræ verò, Cretensis, atque Laconica, magis. At Polybius isthuc negat, & pronuntiat democraticum, ubi de Cretensibus agit, lib. VI. καὶ μὴν τὰ κατὰ τὰς ἀρχὰς, ἐπέτεια παρ' αὐτοῖς ἐστι, καὶ δημοκρατικὴν ἔχει διάθεσιν. *Ac magistratus sanè, apud ipsos sunt annui, & respublica statum popularem refert.* Observa autem, Creticam Laconicamque comparari. Ita & fit ab Aristotele, Politic. lib: II. cap. viij. ἔχει δ' ἀνάλογον ἡ Κρητικὴ τάξις πρὸς τὴν Λακωνικήν. *Cretensis autem constitutio Laconicæ respondet.* Huc Pythagoræ factum pertinet, quod Jamblicho memoratur, lib. I. cap. v. Καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ, καὶ ἐν Σπάρτῃ, τῶν νόμων ἕνεκα διέτριψε. *Et in Cretâ, atque Spartâ, legum causâ est versatus.* Et certè Lacedæmoniorum respublica Cretensem maximè imitata est. Strabo, lib. X. Περὶ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις, Λακεδαιμονίους. *De Cretâ autem in confesso hoc est, priscis eam temporibus optimis legibus fuisse constitutam; ideoque ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, & inprimis Lacedæmonios.* Aristoteles, loco citato. καὶ γὰρ ἔοικε, καὶ λέγεται δὲ, τὰ πλεῖστα μεμιμῆσθαι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν ἡ τῶν Λακώνων. *Etenim videtur, ac dicitur sanè, Cretensem rempublicam magnâ ex parte imitata esse Laconica.* Attulit autem leges è Cretâ Lycurgus, aliquantisper in hâc insulâ peregrinatus. Lucianus, De Gymnasiis. Πρεσβύτης ἤδη ὤν, (ὁ Λυκοῦργος,) ἔγραψε τοὺς νόμους αὐτοῖς, (τοῖς Λακεδαιμονίοις,) Κρήτηθεν ἀφικόμενος. ἀποδεδημήκει δὲ παρὰ τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἤκουσεν εὐνομωτάτους εἶναι, Μίνωος τοῦ Διὸς νομοθετήσαντος ἐν αὐτοῖς. *Cùm (Lycurgus) jam provectæ ætatis esset, leges Lacedæmoniis scripsit, è Cretâ reversus. Aliquandiu enim apud Cretenses peregrè egit, quoniam eos optimis instructos legibus, latis à Minoë Jovis filio, auditu acceperat.* Plutarchus, in Vitâ Lycurgi. Πρῶτον μὲν εἰς Κρήτην ἀφίκετο· καὶ, τὰς ἐκεῖθεν πολιτείας κατανοήσας, καὶ συγγενόμενος τοῖς πρωτεύουσι κατὰ δόξαν ἀνδράσι, τὰ μὲν ἐζήλωσε καὶ παρέλαβε τῶν νόμων, ἔστι δ' ὧν κατεφρόνησεν. *Primùm itaque in Cretam abiit; cognitisque ejus insulæ institutis, ac cum viris primæ existimationis conversatus, quasdam legum approbavit, & accepit, domum eas relaturus, & in usum recepturus,*

quasdam

quasdam autem insuper habuit. Aristoteles, loco citato. Φασὶ γὰρ τὸν Λυκοῦργον, ὅτε, τὴν ἐπιτροπείαν τὴν Χαρίλλου τοῦ βασιλέως καταλιπὼν, ἀπεδήμησε, τότε τὸ πλεῖστον διατρῖψαι τοῦ χρόνου περὶ τὴν Κρήτην. *Nam ferunt Lycurgum, postquam, tutelâ regis Charilai abdicatâ, peregrè abiit, maximam temporis partem in Cretâ exegisse.* Eadem quoque Strabo refert, libro decimo citato: & Herodotus, lib. I. ac Plato, uno atque altero loco, in Minoë. Attamen negat Polybius, Spartanæ similem fuisse: qui videndus, lib. VI. Atque ut Lacedæmoniis quidem Lycurgus, sic Locrensibus Zaleucus leges suas à Cretensibus item petiit. Strabo, lib. VI. Τῆς τῶν Λοκρῶν νομογραφίας μνησθεὶς Ἔφορος, ἣν Ζάλευκος συνέταξεν ἐκ τῶν Κρητικῶν νομίμων. *Locrensium legum mentionem faciens Ephorus, quas Zaleucus ex Cretensium institutis composuit.* Maxima autem legum pars ad bellum erat comparata. Aristoteles, Politic. lib. VII. cap. ii. Ἐν Κρήτῃ πρὸς τοὺς πολέμους συντέτακται σχεδὸν ἥ τε παιδεία, καὶ τὸ τῶν νόμων πλῆθος. *In Cretâ cùm institutio, tum legum pars maxima, ad bella accommodata est.* Plato, De Leg. lib. I. Καὶ σχεδὸν ἂν εὑρήσεις, οὕτω σκοπῶν, τὸν Κρητῶν νομοθέτην, ὡς εἰς τὸν πόλεμον ἅπαντα δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ τὰ νόμιμα ἡμῖν ἀποβλέπων συνετάξατο· ἐπὶ κατὰ ταῦτα οὕτω φυλάττειν παρέδωκε τοὺς νόμους, ὡς τῶν ἄλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὂν, οὔτε κτημάτων, οὔτ᾽ ἐπιτηδευμάτων, ἂν μὴ τῷ πολέμῳ ἄρα κρατῇ τις· πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ, τῶν νικώντων γίγνεσθαι. *Atque in hunc modum profectò apparet, Cretensium legislatorem ad bellicas rationes omnes & de publicis & de privatis rebus leges revocasse: atque eas sic dedisse observandas, quasi nullum facultatum aliarum, sive & institutorum, futurum emolumentum esset, nisi bello quis superior evaderet. nam sic comparatum esse, ut eorum, qui vincuntur, bona ad victores transeant.* Huc pertinent Strabonis illa, lib. X. Δοκεῖ δὲ ὁ νομοθέτης μέγιστον ὑποθέσθαι τὸ ταῖς πόλεσιν ἀγαθὸν τὴν ἐλευθερίαν· μόνην γὰρ ταύτην ἴδια ποιεῖν τῶν κτησαμένων τ᾽ ἀγαθά. τὰ δ᾽ ἐν δουλείᾳ, τῶν ἀρχόντων, ἀλλ᾽ οὐ τῶν ἀρχομένων εἶναι. *Videtur verò legislator bonum urbibus maximum ob oculos proposuisse libertatem; nam hanc solam bona sua possidentibus propria facere; quæ in servitute autem haberentur, ea dominantium esse, non ipsorum, qui sub dominatu viverent.* Erant verò omnium antiquissimæ. Plato, in Minoë. ΣΩ. Οὐκ οἶσθα τίνες παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων;

MI. Ἆρα Λακεδαιμονίους λέγεις, καὶ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην; ΣΩ. Ἀλλὰ ταῦτά γε οὐδέπω ἴσως ἔτη τριακόσια, ἢ ὀλίγῳ τούτων πλείω. ἀλλὰ τούτων τῶν νομίμων τὰ βέλτιστα πόθεν ἥκει, οἶσθα; MI. Φασὶ γ' ἐκ Κρήτης. ΣΩ. Οὐκοῦν οὗτοι παλαιοτάτοις νόμοις χρῶνται τῶν Ἑλλήνων; MI. Ναί. SO. *Nunquid nosti, ecqui Græcorum antiquissimis utantur legibus?* MI. *Lacedæmoniósne intelligis, & Lycurgum legislatorem?* SO. *Atqui, hæc quidem ex quo evenerunt, necdum fortè anni sunt elapsi trecenti, aut paullo plures. Verùm nostin', unde optimæ legum harum sint profectæ?* MI. *Ajunt ex Cretâ.* SO. *An hi igitur inter Græcos leges habent antiquissimas?* MI. *Certè.* Quin ut antiquissimæ erant, ita quoque omnium optimæ. Idem Plato hoc elogium illis tribuit, De Leg. lib. I. οἱ Κρητῶν νόμοι οὐκ εἰσὶ μάτην διαφερόντως ἐν πᾶσιν εὐδόκιμοι τοῖς Ἕλλησιν. ἔχουσι γὰρ ὀρθῶς, τοὺς αὐτοῖς χρωμένους εὐδαίμονας ἀποτελοῦντες. ἅπαντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ πορίζουσι. *Cretensium leges non abs re inter omnes Græcos majorem in modum approbantur, cùm sint rectè constitutæ, ac felices eos reddant, qui utuntur, bonaque omnia largiantur.* Et Libanius, Orat. Pro Saltatoribus. οὐκοῦν ὁμολογεῖται Κρῆτας νόμοις ὅτι καλλίστοις χρῆσθαι. *Nonne in confesso est, Cretenses legibus optimis uti?* Neque mirum; quippe quæ acceptæ Jovi, qui Minoi illas dederat, ferebantur. Hinc sunt ista Ciceronis, Tuscul. Quæst. lib. II. *Cretum quidem leges, quas sive Jupiter, sive Minos sanxit, de Jovis quidem sententiâ, ut poëtæ ferunt, laboribus erudiunt juventutem.* Pausanias, in Laconicis. οἱ Κρῆτες τοὺς νόμους τεθῆναι σφίσιν ὑπὸ Μίνω λέγουσι· βουλεύσασθαι δὲ ὑπὲρ τῶν νόμων οὐκ ἄνευ θεοῦ τὸν Μίνω. *Cretenses ferunt, leges sibi à Minoë positas esse: & hunc deum de iisdem in consilium adhibuisse.* Nemesius, De Nat. Hom. cap. XXXIX. Καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν θεοὺς ἐπιγράφεται νομοθέτας· ὡς Κρῆτες μὲν, τὸν Δία· Λακεδαιμόνιοι δὲ, Ἀπόλλωνα. *Pleræque etiam gentes leges suas ad auctores deos referunt: ut Cretenses, ad Jovem; Lacedæmonii, ad Apollinem.* Res est obvia apud Auctores. Illud verò maximè operam dabat Minos, uti cives bonos faceret, legibusque obedientes. Aristoteles, Ethic. Nicomach. lib. I. cap. xiij. βούλεται γὰρ τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους. παράδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν, τοὺς Κρητῶν, καὶ Λακεδαιμονίων, νομοθέτας. *Vult enim cives facere bonos, & obedientes legibus. exemplum verò horum habemus Cretensium, &*

Lace-

Lacedæmoniorum, legislatores. Ad quem locum sic Eustratius. Τὸ αὐτὸ δείκνυσιν ἐκ τῆς σπουδῆς, ἣν ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ κατ' ἀλήθειαν ἔχουσι πολιτικοὶ, μάλιστα πονοῦντες περὶ τὴν ἀρετὴν, ἵν' ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιήσωσι, καὶ ὑπηκόους τοῖς νόμοις, οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τίθενται. καὶ δείκνυσι τοῦτο ἐκ παραδειγμάτων, ἀρίστους λαμβάνων πολιτικοὺς, Μίνωα, καὶ Λυκοῦργον· ὧν ὁ μὲν, Κρητῶν νομοθέτης, ὁ Μίνως· ὁ δὲ Λυκοῦργος τῶν Λακεδαιμονίων. *Probat illud ex studio, quod veri Politici in civitatibus adhibent, maximè laborantes circa virtutem, uti cives bonos, & legibus, quæ in urbibus constitutæ sunt, obsequentes faciant; idque exemplis ostendit, optimos Politicos capiens, Minoëm, & Lycurgum: è quibus Cretensium quidem legislator Minos fuit, Lacedæmoniorum Lycurgus.* Alii dicunt, ab antiquo Rhadamantho, qui primus insulæ leges dederit, accepisse. Strabo, lib. x. Ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος, ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος, δικαιοτάτου ἀνδρὸς, ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις, καὶ συνοικισμοῖς πόλεων, καὶ πολιτείαις· σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον. τοῦτον δὲ μιμούμενος ἐτύγχανε καὶ ὁ Μίνως, δι' ἐννέα ἐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον, καὶ διατρίβων ἐνθάδε, ἀπῄει, συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματά τινα, ἃ ἔφασκεν εἶναι τοῦ Διὸς προστάγματα. *Ephorus ait, Minoëm fuisse imitatorem prisci cujusdam Rhadamanthi, viri justissimi, ac cognominis fratris sui; qui primus insulam videtur cicurasse, legibus, urbiumque frequentationibus, & institutis: cùm fingeret se à Jove adferre singula decreta, quæ promulgabat. Et hunc Minoëm imitatum, cùm per annos novem in antro Jovis esset commoratus, conscripta præcepta quædam attulisse, quorum auctorem Jovem faceret.* Ac posteà breviter. Ῥαδάμανθύς τε πρότερον, καὶ ὕστερον Μίνως, ὡς παρὰ τοῦ Διὸς τοὺς νόμους ἐκφέρει εἰς ἀνθρώπους. *Rhadamanthus priùs, inde Minos, leges, ceu à Jove acceptas, ad homines effert.* Certe Rhadamanthum, Cretensium legislatorem, cum Minoë statuit & Menander Rhetor, sed corrupto leviter loco. Ποῦ δὲ Μίνως, καὶ Ῥαδάμανθυς, οἱ τῶν Κρητῶν νομοθέται; *Ubi autem Minos, & Rhadamanthus, Cretensium legislatores?* Sic emendo. Hodie non rectè editur: οἱ τῶν κριτῶν νομοθέται. *judicum legislatores.* Inter leges autem istas, duæ nobis speciatim memorantur, à Platone: qui majorem in modum laudat, idque

 jure.

jure. Una erat; Ne symposiis ad ebrietatem usque indulgerent. Ecce verba, in Minoë. Ἐν Κρήτῃ δὲ, εἷς οὗτός ἐστι τῶν ἄλλων νόμων, οὓς Μίνως ἔθηκε· Μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην. *In Cretâ, inter cæteras leges, quas Minos tulit, una hæc est: Ne compotent inter sese usque ad ebrietatem.* Altera ad legum ipsarum majestatem pertinebat; ac vetabat, ne inquirere juniorum quisquam auderet, rectè, an malè, latæ forent: verùm omnes tanquam optimis, veluti quas dii tulissent, acquiescerent. tum, si senex fortè quisquam aliquid illic deprehenderet, id aut ipsi magistratui, aut alicui æqualium, nullo juvenum præsente, indicaret. In hanc rem sunt verba ista, De Leg. lib. I. ubi vir Atheniensis Cliniam Cretensem alloquitur. Ὑμῖν γὰρ, εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίστων ἂν εἴη νόμων. Μὴ ζητεῖν τῶν νέων μηδένα ἐᾷν, ποῖα καλῶς αὐτῶν ἢ μὴ καλῶς ἔχει· μιᾷ δὲ φωνῇ, καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος, πάντας συμφωνεῖν, ὡς πάντα καλῶς κεῖνται, θέντων θεῶν· καὶ ἐάν τις ἄλλως λέγῃ, μὴ ἀνέχεσθαι τὸ παράπαν ἀκούοντας. γέρων δὲ εἴ τις τι ξυννοεῖ τῶν παρ' ἡμῖν, πρὸς ἄρχοντά τε καὶ ἡλικιώτην, μηδενὸς ἐναντίον νέου, ποιεῖσθαι τοὺς τοιούτους λόγους. *Vobis autem, quanquàm rectè leges habeant, tamen ea inter illas antecellit: Ne juvenum cuiquam fas esto in leges inquirere, benè an malè latæ fuerint; verùm unâ voce omnes, uno ore, bonas eas esse prædicent, veluti à diis latas: ac, si aliter quis dixerit, minimè ab audientibus toleretur. sin verò nostrorum senum aliquis quicquam deprehenderit, is ad magistratum referat, aut æqualem, nullo juvenum præsente.* Omnes autem, quotquot erant, in tabulis æneis habebantur. Plato, de Talo agens, Minois administro, in Minoë. ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιῄει τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὰς κώμας, φυλάττων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλκοῖς γραμματείοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους. *Talus autem ter quotannis vicos regionis perlustrabat; ex legum præscripto agens, quæ in tabulis æneis conservabantur.* Et hæc quidem de Minois ibi legibus. Præter eum, legislator etiam illic antiquissimus Onomacritus memoratur, Locrus gente, coætaneus Thaleti: de quo infra verba facio, cap. xxvj. Aristoteles, Politic. lib. II. cap. x. Πειρῶνται δέ τινες καὶ συνάγειν, ὡς Ὀνομακρίτου μὲν γενομένου πρώτου δεινοῦ περὶ νομοθεσίαν. γυμνασθῆναι δ' αὐτὸν ἐν Κρήτῃ, Λοκρὸν ὄντα, καὶ ἐπιδημοῦντα κατὰ τέχνην μαντικήν. τούτου δὲ γενέσθαι Θάλητα ἑταῖρον. *Conantur autem quidam mul-*

tis

tis collectis ostendere, Onomacritum quidem primum fuisse, qui legum fuerit peritus; exercuisse autem se in Cretâ, cùm esset Locrus, & propter artem divinandi illic ageret. Hujus autem sodalem fuisse Thaletem.

CAP. IX.

κόσμος, *summus magistratus: numero decem. Strabo correctus.* Πρωτόκοσμος. κοσμᾶν. *Non promiscuè lecti* κόσμοι, *sed ex quibusdam familiis; & erant annui: munereque movebantur, à collegis, populove: aut & ipsi magistratum pro arbitrio deponebant. Submittebant verò barbam, & capillum.* Γέροντες, *senatores; quique in collegium eorum adsciti: perpetui illi, neque ulli reddere rationem obstricti: erantque octo & viginti.* Γερωνία. *Hesychii locus emendatus.* Ἱππεῖς. *Spartanorum, & Cretensium, differentia.*

Postquam reip. formam, atque leges explicavimus, magistratum, & subjectos illi cives, videamus. Summum ibi magistratum obtinebant, κόσμοι dicti; quales ἔφοροι Lacedæmone. Aristoteles, ubi reip. hujus utriusque comparatiouem instituit, Politic. lib. II. cap. viij. οἱ μὲν γὰρ ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν τῇ Κρήτῃ καλουμένοις κόσμοις. *Nam Ephori quidem eandem potestatem habent, quam qui in Cretâ dicuntur Cosmi.* Strabo, lib X. τοὺς ἐφόρους δὲ, τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ κόσμοις διοικοῦντας, ἑτέρως ὠνομάσθαι. *Ephoros verò cùm eadem agant, quæ in Cretâ Cosmi, nomine differre.* Ita emendo; non rectè κοσμίοις editur: ut & postea. Erant autem decem numero. Aristoteles, loco citato. οἱ μὲν ἔφοροι, πέντε τὸν ἀριθμόν· οἱ δὲ κόσμοι, δέκα εἰσίν. *Ephori quidem, quinque existunt: Cosmi, decem.* Strabo, de iisdem. ἄρχοντας δὲ δέκα αἱροῦνται. *Principes verò decem deligunt.* Inter hos qui locum principem obtinebat, πρωτόκοσμος dicebatur. Indicat id Inscriptio vetus, è ruinis urbis Lytti pridem effossa. ΛΥΤΤΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙΣ Τ. Φ. ΛΕΟΝΤΙΟΥ. ΥΙΟΝ. ΚΥΡΕΙΝΑ. ΑΚΕΣΤΙΜΟΝ. ΠΡΩΤΟΚΟΣΜΟΝ. Exstantque tres aliæ in Augusto illo Inscriptionum Opere, pag.

cIↄ

cIↃ LXXXIV. numero 9, 10, 11. Et paginâ ſequente cIↃ LXXXV. num 2, 4, 5. Tum & κοσμεῖν dicebantur, qui hoc munere fungebantur. Polybius, in Excerptis Legationum, cap. xlv. κοσμοῦντος ἐν Γορτύνι Κυδάτου Ἀντιτάλκους. *Coſmi munus obeunte Gortyne Cydate, Antitalcis filio.* Ariſtoteles. Αἱροῦνται τοὺς γέροντας ἐκ τῶν κεκοσμηκότων. *Legunt Senes ex iis qui Coſmi munus geſſerunt.* Utque reges Lacedæmone bello præerant, ſic in Cretâ quoque Coſmi. Ariſtoteles. Βασιλεία δὲ, πρότερον μὲν ἦν, εἶτα κατέλυσαν οἱ Κρῆτες, καὶ τὴν ἡγεμονίαν οἱ Κόσμοι τὴν κατὰ πόλεμον ἔχουσιν. *Regnum autem, primitùs quidem erat; poſteà Cretenſes illud ſuſtulerunt, & imperium in bello Coſmi tenent.* Inde eſt, quod apud Heſychium κόσμος inter alia quoque explicatur, στρατηγός: *dux exercitus.* Legebantur autem Coſmi non promiſcuè, & ex populo univerſo, ſed quibuſdam ex familiis. Ariſtoteles. οὐκ ἐξ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς Κόσμους, ἀλλ' ἐκ τινῶν γενῶν. *Non ex omnibus eligunt Coſmos, verùm ex familiis quibuſdam.* Eratque magiſtratus annuus, ſicut cæteri illorum. Polybius, de eorum rep. agens, lib. VI. Τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρχὰς ἐπέτεια παρ' αὐτοῖς ἐστι. *Quod ad magiſtratus attinet, eos illi annuos habent.* Poterantque removeri à collegis, populove: licitumque item ipſis ſponte munus abdicare. Ariſtoteles. Πολλάκις ἐκβάλλουσι συστάντες τινὲς τοὺς Κόσμους, ἢ τῶν συναρχόντων αὐτῶν, ἢ τῶν ἰδιωτῶν. ἔξεστι δὲ καὶ μεταξὺ τοῖς Κόσμοις ἀπειπεῖν τὴν ἀρχήν. *Sæpe coitione factâ Coſmos ejiciunt vel collegæ ipſi, vel populus: eſtque ipſis etiam Coſmis medio tempore abdicandi ſe poteſtas.* Submittebant autem barbam, & capillum. Obſervo apud Senecam Rhetorem, lib. IV. Controverſ. xxvij. *Secutus erat in provinciam Cretam Oppium Flamam proconſulem. Græci cœperunt in Theatro poſtulare, ut Sabinus maximum magiſtratum gereret. Mos autem eſt, barbam capillumque magiſtratui Cretenſium ſummittere.* Iſtis Coſmis ſenatores addebantur, qui conſilio eos ſuo in rebus arduis adjuvarent, & Γέροντες dicebantur. Strabo. Περὶ δὲ τῶν μεγίστων, συμβούλοις χρῶνται (οἱ Κόσμοι) τοῖς Γέρουσι καλουμένοις. *De rebus verò maximis, conſiliarios (Coſmi) adhibent, Senes dictos.* Et hi quidem legebantur ex his ipſis, qui jam antè Coſmi munere functi eſſent. Ariſtoteles. οὐκ ἐξ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς Κόσμους, ἀλλ' ἐκ τινῶν γενῶν· καὶ τοὺς Γέροντας, ἐκ τῶν κεκοσμηκότων. *Non ex omnibus legunt Coſmos, ſed ex quibuſdam familiis: Senes*

verò

verò, ex his qui fuerunt Cosmi. Sive etiam, quorum fides aliàs spectata foret. Strabo. Καθίστανται δ᾽ εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον, οἱ τῆς τῶν Κόσμων ἀρχῆς ἠξιωμένοι, καὶ τὰ ἄλλα δόκιμοι κρινόμενοι. *Cooptantur autem in illud collegium, Cosmorum antè magistratu digni habiti, ac qui aliàs probi esse censebantur.* Et, ut Cosmi annui erant, quod ostendi, ita illi toto vitæ suæ tempore munus illud retinebant: neque item rationem ulli reddere tenebantur. Aristoteles, de iisdem. Τὸ γὰρ ἀνυπεύθυνον, καὶ τὸ διὰ βίου, μεῖζόν ἐστι γέρας τῆς ἀξίας αὐτοῖς. *Nam, quod rationem haud reddant, ac perpetui quoque existant, justo majus ipsis pretium est.* Erant autem æquali numero cum Lacedæmoniorum Senibus. Aristoteles. Οἱ μὲν Ἔφοροι, πέντε τὸν ἀριθμόν· οἱ δὲ Κόσμοι, δέκα εἰσίν. οἱ δὲ Γέροντες, τοῖς Γέρουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ Κρῆτες βουλὴν, ἴσοι. *Et Ephori quidem, numero quinque; Cosmi, decem sunt: Senes, senibus, ita senatum Cretenses vocant, pares.* Senatores verò Spartæ, erant octo & viginti: ut Plutarchus, in Lycurgo, nobis auctor. Ac collegium porrò ipsum, Γερωνία dicebatur. Hesychius. Γερωνία, γεροντία, παρὰ Λάκωσι, καὶ Λακεδαιμονίοις, καὶ Κρησί. *Geronia, collegium Senum, apud Lacones, & Lacedæmonios, & Cretenses.* Sed Lacones, & Lacedæmonii, sunt iidem: ergo sine dubio corruptus locus, ac scribendum. παρὰ Λάκωσι, καὶ Καρχηδονίοις, καὶ Κρησί. *Apud Lacones, & Carthaginienses, & Cretenses.* Nam tres illæ respublicæ, uti eadem multa habebant, ita quoque hunc senatum: ut videre apud Aristotelem licet, Politic. lib. II. cap. ix. Præter hos, & Ἱππεῖς erant, quos vocabant, sive *Equites:* à Spartanis differentes, quod equos ipsi habebant. Strabo, ubi utrosque comparat, lib. X. Τῶν δ᾽ ἀρχῶν, τὰς μὲν κατὰ τὰς διοικήσεις ἔχειν τὰς αὐτὰς ἐπωνυμίας· ὥσπερ καὶ τὴν τῶν Γερόντων ἀρχὴν, καὶ τὴν τῶν Ἱππέων· πλὴν ὅτι τοὺς ἐν Κρήτῃ Ἱππέας, καὶ ἵππους, κεκτῆσθαι συμβέβηκεν. *Quin & magistratus, quod attinet ad administrationem, eadem habere nomina; uti Senum, Equitumque: nisi quod in Cretâ Equites equos habeant.*

CAP. X.

Cives omnes, in Ἑταιρείας, *quas dicebant, distributi. Jupiter* Ἑταιρεῖος. Ἀνδρεῖα. *Quantum quisque in sodalitium contulerit. Servi dabant staterem Æginensem. Domus in urbibus singulis duæ,* Κοιμητήριον. *Mensæ duæ,* Ξενικαὶ *dictæ. Convivii totius ratio: & in eo quidnam actum. Mulier, præposita illi; cum ministris tribus, quatuorve, aliis: quibus singulis duo famuli,* Καλοφόροι *appellati.*

Cives omnes, qui subjecti magistratui, in Ἑταιρείας certas erant distributi: quasi *Sodalitia* dicas. Athenæus, de Lyctiis agens, lib. IV. Διήρηνται δὲ οἱ πολῖται πάντες καθ' ἑταιρείας. *Divisi verò sunt cives omnes in sodalitia.* Itaque Jupiter ἑταιρεῖος, *Sodalitius*, apud illos colebatur. Hesychius. Ἑταιρεῖος, Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. *Sodalitius, Jupiter in Cretâ.* Meminit sodalitatis Dionysius Halicarnasseus; & Lycurgum à Cretensibus ad Spartanos etiam transtulisse refert, Rom. Antiqu. lib. II. Τοῦτο τὸ πολίτευμα δοκεῖ μοι λαβεῖν ἐκ τῆς Λακεδαιμονίων ἀγωγῆς, περὶ τὰ Φιδίτια κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐπιχωριαζούσης. ἣν Λυκοῦργος εἰσηγήσασθαι δοκεῖ, παρὰ Κρητῶν μαθών. *Id institutum mihi desumpsisse videtur ex Lacedæmoniorum disciplinâ, circa Phiditia per id tempus apud illos usitatâ: quam Lycurgus, à Cretensibus edoctus, introduxisse videtur.* Idem Aristoteles tradit, Politic. lib. II. cap. viij. Et Ἀνδρεῖα, ceu *Virilia*, ipsi vocabant. Hesychius. Ἀνδρεῖα, τὰ συσσίτια Κρητῶν. *Andréa, sodalitia Cretensium.* Strabo, lib. X. Διόπερ τοὺς μὲν παῖδας, εἰς τὰς ὀνομαζομένας Ἀγέλας κελεύσαι φοιτᾷν· τοὺς δὲ τελείους, ἐν τοῖς συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν Ἀνδρεῖα. *Itaque pueros, ille jussit commeare in Agelas quas vocabant: qui perfectæ ætatis eßent, ad sodalitia, quæ Andréa nominabant.* Plutarchus, in Lycurgo. Τὰ δὲ συσσίτια, Κρῆτες μὲν Ἀνδρεῖα, οἱ Λακεδαιμόνιοι δὲ Φιδίτια προσαγορεύουσιν. *Sodalitia autem, Cretenses Andréa vocant, Lacedæmonii Phiditia.* Sed antiquitus ipsi quoque Lacedæmonii Cretico vocabulo Andréa dicebant. Aristoteles. Καὶ συσσίτια παρ' ἀμφοτέροις ἐστί· καὶ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες οὐ Φιδίτια, ἀλλὰ Ἀνδρεῖα,

δρεῖα, καθάπερ οἱ Κρῆτες. *Sodalitia ſunt apud utroſque: & antiquitus Lacones non Phiditia vocabant, ſed Andréa, uti Cretenſes.* Quod ipſum quoque Strabo innuit, libro citato. Τὴν δὲ συσσιτίαν, Ἀνδρεῖαν παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν ἔτι καὶ νῦν καλεῖσθαι· παρὰ δὲ Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι, πρότερον καλουμένην. *Sodalitatem verò, etiamnum apud Cretenſes Andréam dici: apud Lacedæmonios verò, cùm ſic priùs diceretur, tamen appellationem non manſiſſe.* Conveniebant ad hæc olim etiam de rebus maximis, & arcanis, conſulturi. Plutarchus, Sympoſiac. lib. VII. Quæſt. IX. Τὰ γὰρ παρὰ Κρησὶν Ἀνδρεῖα καλούμενα, παρὰ δὲ Σπαρτιάταις Φιδίτια, βουλευτηρίων ἀπορρήτων, καὶ συνεδρίων ἀριστοκρατικῶν, τάξιν ἔχειν. *Nam quæ apud Cretenſes Andréa vocabantur, apud Spartanos Phiditia, erant loco conciliorum arcanorum, & conſeſſus optimatum.* Doſiadas, deſcribens iſta ſodalitia, Rerum Creticarum lib. IV. Ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου, πρῶτον μὲν εἰώθασι βουλεύεσθαι περὶ τῶν κοινῶν· εἶτα μετὰ ταῦτα μέμνηνται τῶν κατὰ πόλεμον πράξεων, καὶ τοὺς γενομένους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦσι, προτρεπόμενοι τοὺς νέους εἰς ἀνδραγαθίαν. *Poſt cænam, primi quidem de rebus publicis conſultare conſueverunt; deinde eorum, quæ in bello geſta ſunt, meminere: ac militiæ præclaros laudibus celebrant, juvenesque ad virtutem exhortantur.* Euſtathius, ad Odyſſ. τ΄. Κρῆτες ἀπὸ δείπνου ἐβουλεύοντο περὶ τῶν κοινῶν, μεμνημένοι καὶ πολεμικῶν πράξεων, καὶ τοὺς γενομένους ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦντες, καὶ οὕτω προτρεπόμενοι τοὺς νέους εἰς ἀνδραγαθίαν. *Cretenſes à cænâ conſultabant de rebus publicis, memorantes idem quæ in bellis geſta, ac præclaros illic viros celebrantes, juvenesque ad virtutem exhortantes.* In hæc ſodalitia autem unusquisque decimam ſuorum fructuum conferebat; & è publicis vectigalibus magiſtratus partem in familias omnes diſtribuebat. Doſiadas, citato loco. Συνάγουσι μὲν τὰ κοινὰ συσσίτια οὕτως. ἕκαστος τῶν γινομένων καρπῶν ἀναφέρει τὴν δεκάτην εἰς τὴν ἑταιρείαν, καὶ τὰς τῆς πόλεως προσόδους, ἃς διανέμουσιν οἱ προεστηκότες τῆς πόλεως εἰς τοὺς ἑκάστων οἴκους. *Sodalitia verò publica in hunc modum cogunt. Unuſquisque fructuum decimam in ſodalitatem confert, tum & ex reditibus urbis, quæ præfecti per familias diſtribuunt.* Ariſtoteles. Ἐν δὲ Κρήτῃ, ἀπὸ πάντων τε τῶν γινομένων καρπῶν, καὶ βοσκημάτων, καὶ ἐκ τῶν δημοσίων, καὶ φόρων, οὓς φέρουσιν οἱ Περίοικοι, τέτακται μέρος τὸ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς, καὶ τὰς κοινὰς λειτουργίας. τὸ δε τοῖς συσσιτίοις· ὥστε ἐκ κοι-

κοινοῦ τρέφεσθαι πάντας, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ ἄνδρας. *In Cretâ verò, ex fructibus omnibus, & pecoribus, pecuniisque publicis, ac vectigalibus, quæ periœci pendunt, pars est constituta diis, & muneribus item publicis; pars autem etiam sodalitiis: ita ut de publico alantur omnes, fœminæ, pueri, & viri.* Servi autem, singuli staterem Æginensem dabant. Dosiadas. Τῶν δὲ δούλων ἕκαστος Αἰγιναῖον φέρει στατῆρα κατὰ κεφαλήν. *Ex servis unusquisque in caput suum fert staterem Æginensem.* In unaquaque autem urbe duæ quædam domus erant, sodalitiis istiusmodi destinatæ; & illarum in quâ cibum capiebant, propriè Ἀνδρεῖον dicta: altera, in quâ peregrini dormiebant, Κοιμητήριον. Dosiadas Εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο τῶν συσσιτίων· ὧν τὸν μὲν, καλοῦσιν Ἀνδρεῖον· τὸν δ' ἄλλον, ἐν ᾧ τοὺς ξένους κοιμίζουσι, Κοιμητήριον προσαγορεύουσι. *Ubique verò totâ Cretâ duæ sunt domus, hisce sodalitiis propriæ: & earum una, Andrium; altera, quæ peregrinis, capiendo illic somno, assignata, Cœmeterium dicebatur.* In eâ domo, in quâ cibum capiebant, duæ adeò mensæ erant, Hospitales appellatæ; ad quas sedent, si qui adsunt, peregrini: post has, aliorum mensæ. Assidentibus, æqua portio distribuitur; junioribus, tantum media: neque iis cæterorum quicquam attingere est permissum. Mensis singulis, vini poculum apponitur, sed diluti; è quo bibunt, quotquot assident: ac post cænam, itidem affertur aliud. Etiam pueris poculum commune datur: senibusque, si id velint, largiùs potare licet. Dosiadas. Κατὰ δὲ τὸ συσσιτικὸν οἶκον πρῶτον μὲν κεῖνται δύο τράπεζαι, Ξενικαὶ καλούμεναι, αἷς προσκαθίζουσι τῶν ξένων οἱ παρόντες· ἑξῆς δ' εἰσὶν αἱ τῶν ἄλλων. παρατίθεται δὲ τῶν παρόντων ἴσον μέρος ἑκάστῳ· τοῖς δὲ νεωτέροις, ἥμισυ δίδοται κρέως, τῶν δ' ἄλλων οὐδενὸς ἅπτονται. εἶτα ποτήριον ἐν ἑκάστῃ τραπέζῃ παρατίθεται, κεκραμένον ὑδαρῶς. τοῦτο κοινῇ πάντες πίνουσιν, οἱ κατὰ τὴν κοινὴν τράπεζαν· καὶ δειπνήσασιν ἄλλο παρατίθεται. τοῖς δὲ παισὶ, κοινοὶ κέκραται κρατήρ· τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, ἐὰν βούλωνται πλεῖον πιεῖν, ἐξουσία δέδοται. *In eâ autem domo, in quâ convivium agitabant, primò duæ mensæ erant constitutæ, quas vocabant Hospitales; & ad has, qui aderant, peregrini assidebant. inde mensæ aliorum positæ erant. Portio verò unicuique æqualis data; junioribus, pars dimidia tantùm carnis: neque aliud illi quicquam attingebant. Inde in mensâ*

una-

unaquaque poculum apponebatur, ac dilutum in eo vinum: è quo bibunt universi, quibus mensa hæc communis. Pueris, communis crater miscebatur: senioribus, si id vellent, bibere plus permittebatur. In partem etiam Eustathius hæc confirmat, loco citato. Ἐν Κρήτῃ παρὰ τοῖς τελοῦσι συσσίτια, τράπεζαι ἔκειντο, Ξενικαὶ καλούμεναι, ἐν αἷς ἐκάθιζον τῶν ξένων οἱ παρόντας, καὶ τοῖς νέοις μὲν, κοινὸς κρατὴρ κέκρατο κατὰ τὰ συσσίτια· τοῖς δὲ πρεσβυτέροις, ἐὰν ἐβούλοντο πλέον πιεῖν, ἐξουσία ἐδίδοτο. *In Cretâ qui sodalitia agitabant, duas mensas, Hospitales appellatas, collocabant, ad quam, qui præsentes erant, peregrini adsidebant. Et in his conviviis communis crater junioribus mixtus erat: senioribus, si plus bibere ipsi vellent, potestas concedebatur.* De mensis istis Hospitalibus: est Pyrgionis quoque locus, è Rerum Creticarum libro tertio: quem videre apud Athenæum licet, lib. IV. Quæ convivio præerat mulier, quæ in mensâ erant optima, in conspectu omnium ablata, bello, aut prudentiâ civili claris, apponebat. Dosiadas. Ἀπὸ δὲ τῆς τραπέζης τὰ βέλτιστα τῶν παρακειμένων ἡ προεστηκυῖα τῆς συσσιτίας γυνὴ, φανερῶς ἀφαιροῦσα, παρατίθησι τοῖς κατὰ τὸν πόλεμον, ἢ κατὰ σύνεσιν, δεδοξασμένοις. *Et è mensâ optima eorum, quæ apposita erant, mulier, convivio præposita, palam auferens, iis tribuit, quorum in bello, aut prudentiâ civili, magna existimatio foret.* Eustathius. Ἔτι ἐν συσσιτίῳ Κρητικῷ γυνὴ, προεστηκυῖα τῆς συσσιτίας φανερῶς ἀπὸ τῆς τραπέζης τὰ βέλτιστα, φασὶ, τῶν παρακειμένων ἀφαιροῦσα, παρετίθει τοῖς κατὰ πόλεμον, ἢ σύνεσιν, δεδοξασμένοις. *Porrò in convivio Cretico, quæ præfecta erat mulier, palam auferens, quæ in mensâ optima apposita essent, bello, aut prudentiâ, claris apponebat.* Et observa; mulierem præpositam ibi fuisse: atque sic se res habebat. Mulier convivii habebat curam; & adjunctos ministrantes tres, vel quatuor, è populo: quique singuli famulos habebant duos ligna gestantes, qui καλοφόροι dicebantur. Dosiadas. Τὴν τε ἐπιμέλειαν ἔχει τοῦ συσσιτίου γυνὴ, τρεῖς, ἢ τέτταρας, τῶν δημοτικῶν προσειληφυῖα πρὸς τὰς ὑπηρεσίας. ἑκάστῳ δ' αὐτῶν ἀκολουθοῦσι δύο θεράποντες ξυλοφόροι· καλοῦσι δ' αὐτοὺς Καλοφόρους. *Curam convivii habet mulier, cum tribus quatuorve è populo, quos ad ministrandum adsumpsit, unumquemque verò horum duo famuli sequuntur, ligna gestantes; quos appellant Calophoros.* Ac Calophororum quidem, etiam Eustathius meminit, ad

Iliad. Ψ'. Εἶχε γὰρ ἡ Κρήτη θεράποντας, οὓς ἐκάλουν οἱ ἐγχώριοι Καλοφόρους, ἤγουν ξυλοφόρους. *Habet enim Creta famulos, quos indigenæ Calophoros dicunt: id est, ligniferos.*

CAP. XI.

Pueri, distincti in Ἀγέλας*: unde &* Ἀγελαῖοι *dicti. Hesychii locus emendatus.* Ἀπάγελοι*; qui in illas nondum adsciti: quod fiebat ab ætatis anno decimo & septimo. Earum præfectus,* Ἀγελάτης *dicebatur; isque erat pater ejus, qui Agelam congregaverat: qui & ipse inter pueros generis nobilitate, ac potentiâ, eminebat. Eorum exercitia, ad laborem, & fortitudinem. Doctrinâ quâ imbuti fuerint. Cibus paucus, & exiguus. Septennibus exhibita maza,* Πρόμαχος *dicta. Tota ratio vivendi, austera, & vilis: tum & quomodo cibum sumpserint. Venationis summum studium; quam Curetes docuere. Sagittandi item peritia: cujus nomine ab externis ad militiam evocati. Creta Sagittario subjecta. Arcus, & sagittæ, leves; & illi quidem, facti è caprinis cornibus, idque maximè Gortyne: istæ, ibidem, ex illius insulæ calamo, maximè ad has idoneo. Denique & funditores præstantissimi habebantur.*

Vidimus Cosmos, Senes, Equites; vidimus Cives, in Sodalitia illic sua, sive Ἀνδρεῖα, distributos; nunc ad Pueros accedamus; qui distincti in Ἀγέλας, ut vocabant, ceu Latinè *Greges* dicas. Strabo, lib. X. Διόπερ τοὺς μὲν παῖδας, εἰς τὰς ὀνομαζομένας Ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν· τοὺς δὲ τελείους, ἐν τοῖς Συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν Ἀνδρεῖα, ὅπως τῶν ἴσων μετασχεῖν τοῖς εὐπόροις οἱ πενέστεροι, δημοσίᾳ τρεφόμενοι. *Itaque jussisse pueros commeare in Agelas, quas vocabant; qui perfectam autem ætatem attigissent, in Sodalitia, quæ Andréa appellabant: ut conditione æquali pauperes cum locupletibus vitam agerent, victum publicè capientes.* Et hinc Ἀγελαῖοι illi dicebantur. Hesychius. Ἀγελαίους, ἐφήβους, Κρῆτες. *Agelæos, ephebos, Cretenses.* Ita enim ibi censeo legendum; non, ut editur, Ἀγελάστους: quod significat, *Risus expertes.* Contra, Ἀπάγελοι nuncupati, qui non-

dum

dum adſciti in Agelas: quod fiebat ab ætatis anno decimo & ſeptimo. Obſervo apud eundem Heſychium, alio loco. Ἀπάγελος, ὁ μηδέπω συναγελαζόμενος παῖς, ὁ μέχρι ἐτῶν ἑπτακαίδεκα, Κρῆτες. *Apagelus, nondum in agelas allectus puer, uſque ad annos decem & ſeptem: Cretenſes.* Quique his præfecti erant Ἀγελάται dicebantur. Heraclides Ponticus, De rebuſp. Οἱ παῖδες ἐν Κρήτῃ μετ᾽ ἀλλήλων διαιτῶνται, ἐνὶ ἱματίῳ θέρους, καὶ χειμῶνος ἀθροίζονται δὲ Ἀγέλαι τούτων, καὶ ἐφ᾽ ἑκάστης ἄρχων γίνεται, ὃν καλοῦσιν Ἀγελάτην. *Pueri in Cretâ ſimul victum capiunt, unâ in veſte, æſtate ac hieme; & conveniunt in Agelas, quibus ſingulis qui præfectus,* Ἀγελάτης *appellatur.* Iſque erat ferè pater ejus, qui Agelam congregaverat: & is ipſe ex illis erat, qui nobilitate generis excellebat. Strabo. Τὰς δ᾽ Ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων, καὶ δυνατώτατοι, ἕκαστος ὅσους πλείστους οἷός τε ἐστὶν ἀθροίζων. ἑκάστης δὲ Ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ, ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος, κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, καὶ δρόμους, τὸν δ᾽ ἀπειθοῦντα κολάζειν. *Cogunt verò Agelas puerorum illuſtriſſimi, & potentiſſimi; quiſque quàm poteſt plurimos congregans. Et Agelæ unicuique præeſt plerumque pater ejus qui coëgit: isque poteſt ad venationem, & curſus, educere, & punire detrectantem.* Ac de poteſtate illius, ad venationem eos educendi, ſunt & verba Heraclidis. Ἀθροίζονται δὲ Ἀγέλαι τούτων· καὶ ἐφ᾽ ἑκάστης ἄρχων γίνεται, ὃν καλοῦσιν Ἀγελάτην. καὶ ἀθροίζει αὐτοὺς ὅπου θέλει, καὶ ἐπὶ θήραν ἐξάγει. *Congregantur verò horum Agelæ; & cujuſque princeps quidam conſtituitur, quem appellant Agelaten: iſque eos convocat ubicunque lubet, & ad venationem educit.* Fuſè Strabo, atque adeò ſingulatim, totam nobis rem exponit, quæ verſatur in hâc reip. parte: cujus verba, quaſi quodam Commentario, explicabo. In Gregibus cùm verſarentur, armis, & laboribus, ad fortitudicem parabantur. Strabo. Πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν ἀλλ᾽ ἀνδρείαν κρατεῖν, ἐκ παίδων ὅπλοις, καὶ πόνοις, συντρέφειν· ὥστε καταφρονεῖν καύματος, καὶ ψύχους, καὶ τραχείας ὁδοῦ, καὶ ἀνάντους, καὶ πληγῶν, τῶν ἐν γυμνασίοις, καὶ μάχαις. *Ut autem non timiditatem, ſed fortitudinem, acciperent; à pueris armis, & laboribus, adſuefacere: ut deſpicere poſſent æſtum, frigus, viam aſperam, & acclivem; ictus quoque, quos acciperent in gymnaſiis, & pugnis.* Cicero, Tuſc. Quæſt. lib. II. *Cretum quidem leges, laboribus erudiunt juventutem,*

tem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Nicolaus Damaſcenus, De Moribus Gentium, apud Stobæum, Serm. XLII. οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες, ἀγελάζονται κοινῇ μετ' ἀλλήλων, σκληραγωγούμενοι, καὶ θήρας, καὶ δρόμους τε ἀνάντεις, ἀνυπόδητοι κατανύοντες. *Cretenſium verò pueri ſimul congregantur, duriterque educantur: venationes, & curſus acclives, pedibus nudis conficientes.* Maximus Tyrius, Diſſert VII. Παιδεύματα Κρητικὰ, θῆραι, ὀρειβασίαι, τοξεῖαι, δρόμοι. *Diſciplina Cretenſium eſt, venari, per montes ambulare, ſagittare, currere.* Docebantur etiam literas, & è legibus quædam carmina, tum ex arte Muſicâ aliqua. Strabo. Παῖδας δὲ γράμματα μανθάνειν, καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς, καί τινα εἴδη τῆς μουσικῆς. *Pueros etiam literas diſcere, item carmina ex legibus, tum & modos quoſdam muſicos.* Ælianus, addit hymnos, in deorum honorem factos, & virorum fortium laudes, var. Hiſt. lib. II. cap. XXXIX. Κρῆτες δὲ τοὺς παῖδας τοὺς ἐλευθέρους μανθάνειν τοὺς νόμους ἐκέλευον μετά τινος μελῳδίας, ἵνα ἐκ τῆς μουσικῆς ψυχαγωγῶνται, καὶ εὐκολώτερον αὐτοὺς τῇ μνήμῃ παραλαμβάνωσι· καὶ ἵνα μήτι τῶν κεκωλυμένων πράξαντες, ἀγνοίᾳ πεποιηκέναι ἀπολογίαν ἔχωσι. δεύτερον δὲ μάθημα ἔταξαν, τοὺς τῶν θεῶν ὕμνους μανθάνειν. τρίτον, τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐγκώμια. *Cretenſes jubebant liberos ingenuos leges perdiſcere cum quâdam melodiâ, ut ex muſicâ voluptatem caperent, & facilius eas memoriâ complecterentur: & ne, ſi quid contra leges admiſiſſent, velut ignorantiâ factum excuſarent. Alterum illis ediſcendum proponebant, hymnos in deorum laudem: tertium verò, fortium virorum encomia.* Ac literas quidem, modicè tantùm docebantur. Heraclides. Γράμματα δὲ μόνον παιδεύονται, καὶ ταῦτα μετρίως. *Literis tantum imbuuntur, & his ipſis mediocriter.* Huc pertinet, quod Joſephus ait, contra Apionem, lib. II. Καὶ Κρῆτες ἔθεσιν ἐπαίδευον, οὐ λόγοις. *Et Cretenſes moribus erudiebant, non doctrinâ.* Cibus quoque, quem capiebant, paucus erat, & exiguus. Ariſtoteles, Politic. lib. II. cap. viij. Πρὸς δὲ τὴν ὀλιγοσιτίαν, ὡς ὠφέλιμον, πολλὰ πεφιλοσόφηκεν νομοθέτης. *Ad victus autem tenuitatem, velut utilem, multa philoſophicè tractavit legiſlator.* Pueris ſeptennibus, maza dabatur, πρόμαχος dicta: puto, quia ex eo tempore ad pugnandum inſtruerentur. Heſychius. Πρόμαχος. ὑπὸ Κρητῶν μάζα, ἑβδομαίῳ παιδίῳ γινομένη. *Promachus, apud Cretenſes maza,*

quæ

quæ puero ſeptenni conficibatur. Et auſteram Cretenſium vivendi rationem, ut & vilem memorat Plutarchus etiam, in Lycurgo. Ταῖς Κρητικαῖς διαίταις, εὐτελέσιν οὔσαις, καὶ αὐστηραῖς, τὰς Ἰωνικὰς πολυτελείας, καὶ τρυφὰς, παραβαλών. *Creticâ vitâ, tenui, & auſterâ, Jonicum luxum, & delicias, componens.* Et in Philopœmene, laudat eos, velut σώφρονας, καὶ κεκολασμένους περὶ τὴν δίαιταν. *Temperantes, & adſtrictos circa vitæ rationem.* Item Athenæus, lib. XII. Λήθην λαβόντες τῆς Κρητῶν περὶ τὸν βίον εὐκοσμίας. *Obliti Cretenſium frugalitatem, & vitæ honeſtè agendæ rationem.* Strabo dicit, illos, humi ſedentes, cibum cepiſſe. Χαμαὶ δὲ καθήμενοι σιτοῦνται μετ' ἀλλήλων. *Humi autem conſidentes inter ſeſe cibum capiunt.* Cicero verò, nunquam cubantes cibum accepiſſe tradit, Orat. Pro. L. Murænâ. *Neque verò Cretes, quorum nemo guſtavit unquam cubans, melius, quàm Romani homines.* Videndus eſt & Athenæus, lib. IV: ubi exhibet Doſiadæ, & Pyrgionis, fragmenta. Inter cætera exercitia, ſtudium venandi erat; uti docet Max. Tyrius, & Nicolaus Damaſcenus, in citatis antè verbis: ac præter illos, Ælianus, Hiſt. Anim. lib. III. cap. ij. Κύων Κρῆσσα, κούφη, καὶ ἀλτική, καὶ ὀρειβασίαις σύντροφος· καὶ μέντοι καὶ αὐτοὶ οἱ Κρῆτες τοιούτους αὐτοὺς παραδεικνῦσι. *Canis Cretica, levis eſt, & ſaltu valet, ac montanis curſibus aſſueta. & Cretenſes quoque ipſi tales ſe oſtendunt.* Etymologici Auctor. Κρῆτες. παρὰ τὸ ἐπὶ κέρασι βιοτεύειν, κυνηγετικοὶ γάρ. *Cretenſes, quod ad cornua vivant: quia venandi ſtudioſi ſunt.* Athenæus, lib. XIV. Οἱ δὲ Κρῆτες κυνηγετικοὶ, διὸ καὶ ποδώκεις. *Sunt autem venationi dediti Cretenſes, ideoque pernices.* Ac venandi rationem, docuere hos Curetes. Diodorus Siculus, de his agens, lib. V. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν τοξικὴν, καὶ τὰς κυνηγίας, εἰσηγήσασθαι. *Artem itidem jaculandi, & venandi rationem, eos (Cretenſibus) oſtendiſſe.* Porrò etiam Maximus Tyrius jaculationes memorat; & profectò in hâc arte excellebant: ac Cretenſes ſagittarii maximè celebrati erant: unde & ad bella ab aliis populis, principibusque, conducebantur. Id videre eſt apud Livium, libb. XXXVII. XXXVIII; Thucydidem, lib VI: Plutarchum, in Agide, & Pyrrho; Hirtium, De bello Alexandrino; Lucanum, lib. III; Pauſaniam, in Meſſeniacis. Polybium, lib. V. Certè peritiam jaculandi tribuunt Cretenſibus plurimi. Ariſtophanes, Ranis.

Ἀλλ', ὦ Κρῆτες, Ἴδης τέκνα,
Τὰ τόξα λαβόντες, ἐπαμύνατε.
Sed, ô Cretenses, Idæ filii,
Sumptis jaculis, defendite.

Dexteritatem, indicat in isto versu Appollonides, Antholog. lib. I. cap. xxij.

Μηκέτ' ἐφ' ὑμετέροις ἀφυλδέσι, Κρῆτες, ὀϊστοῖς
Αὐχεῖθ', ὑμνείσθω καὶ Διὸς εὐστοχίη.
Ne amplius in vestris infallibilibus, Cretenses, telis
Gloriemini: prædicetur etiam Jovis dexteritas.

Et Claudianus, Panegyrico in IV. Conf. Honorii.

——— *vel cùm Gortynia tendis*
Spicula, quàm felix arcus, certique petitor
Vulneris, & jussum mentiri nescius ictum?

Lucanus, lib. VI.

Dictæâ procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scævam, quæ voto certior omni
In caput, atque oculi lævum descendit in orbem.

Et κατ' ἐξοχὴν Cretenses Τοξοφόροι apud Pindarum dicuntur, Pythionic. Od. V: & *Sagittiferi*, apud Apuleium, Miles. XI. Ac referre istuc licet, quod subjectam Sagittario Cretam veteres tradiderunt. Hephæstion Thebanus, in Apotelesmaticis, ubi de Sagittario agit. Προσωκείωνται δὲ αὐτῷ χῶραι, κατὰ μὲν τοὺς ἀρχαίους, αἵτε Γαλλίαι, καὶ Κρήτη νῆσος ἔτι καὶ Μυσία, ἡ κατὰ τὴν Εὐρώπην. κατὰ δὲ τὸν Πτολεμαῖον, Τυῤῥηνία, Κελτική, Ἱσπανία, καὶ Ἀραβία ἡ Εὐδαίμων. κατὰ δὲ τὸν Ἵππαρχον, κατὰ μὲν τὴν ῥάχιν, Κρήτη, Σικελία· κατὰ δὲ τὰς πλευρὰς, Ἰταλία. *Huic attribuuntur regiones, uti quidem veteres volunt, Galliæ, & Creta insula, tum & Mysia Europæa: Secundùm Ptolemæum, Tyrrhenia, Celtica, & Arabia Felix: secundum Hipparchum, juxta spinam quidem, Creta, Sicilia; ad latera verò, Italia.* Manilius, lib. IV.

Gnosia Centauro tellus circundata ponto
Paret, & ingeminum Minois filius astrum
Ipse venit geminus. celeres huic Creta sagittas
Asserit, intentosque imitatur sideris arcus.

Ac Cretenses hanc quoque artem jaculandi à Curetibus didicerunt: ut

ut apparet in citatis antè Diodori verbis. Quin ſagittis, arcubuſque, ſoli olim inter Græcos utebantur. Pauſanias, in Atticis. Τοσοῦτον μὲν παρέστη μοι θαῦμα ἐς τὴν εἰκόνα τοῦ Διϊτρέφους, ὅτι οἰστοῖς ἐβέβλητο· Ἕλλησιν, ὅτι μὴ Κρησὶν, οὐκ ἐπιχώριον ὂν τοξεύειν. *Illud certè non poſſum non plurimum mirari, Diitrephis ſtatuam ſagittis confixam: cùm ſatis conſtet, eo tempore ſolis inter Græcos Cretenſibus uſitatum fuiſſe ſagittare.* Porrò ut induſtria in ſagittando eorum celebrata fuit, ſic ſeorſim arcus etiam, & ſagitta. Et arcum quidem, memorat Pollux, lib. I. cap. xij. ſect. xiij. Eratque levis, uti etiam ſagittæ. Rem, & cauſam, tradit Plato, De Leg. lib. I. τὴν γὰρ τῆς χώρας πάσας Κρήτης φύσιν ὁρᾶτε, ὡς οὐκ ἔστι, καθάπερ ἡ τῶν Θετταλῶν, πεδιάς. διὸ δὴ καὶ τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται μᾶλλον, δρόμοισι δὲ ἡμεῖς. ἡ δὲ γὰρ ἀνώμαλος αὖ, καὶ πρὸς τὴν τῶν πεζῇ δρόμων ἄσκησιν μᾶλλον σύμμετρος. ἐλαφρὰ δὴ τὰ ὅπλα ἀναγκαῖον ἐν τῷ τοιούτῳ κεκτῆσθαι, καὶ μὴ βάρος ἔχοντα θεῖν. τῶν δὴ τόξων, καὶ τοξευμάτων, ἡ κουφότης ἁρμόττειν δοκεῖ. *Cretenſis enim regionis univerſæ ſitum videtis, non æquâ planitie, ut Theſſalorum regionem, patere: quâ de cauſâ & equis potius illi utuntur, nos verò pedeſtri curſu. nam inæqualis illa regio ad pedeſtris curſus exercitationem magis eſt accommodata. itaque arma illic leviora ſanè habere oportet, & ſine onere ullo currere. cui rei arcuum & ſagittarum item levitas convenire omninò videtur.* Et arcum quidem Scythicum appellitabant. Diodorus, lib. V. Ἀφ' ἧς αἰτίας μάλιστα παρὰ τοῖς Κρησὶν ἐζηλῶσθαι τὴν τοξικὴν, καὶ τὸ τόξον Σκυθικὸν ὀνομασθῆναι. *Quâ de cauſâ maximè apud Cretenſes ſagittandi ſtudium vigere, & arcum appellatum eſſe Scythicum.* Fiebat autem arcus è cornibus caprinis, idque maximè Gortyne. Claudianus, Epigramm. De Hiſtrice.

Quid labor humanus tantum ratione ſagaci
Proficit? eripiunt trucibus Gortynia capris
Cornua, ſubjectis eadem lenteſcere cogunt
Ignibus, intendunt taurinos viſcere nervos;
Inſtruitur pinis, ferroque armatur arundo.

Statius, Theb. lib. III.

——— *alii Gortynia tentant*
Cornua. ———

Inde *Gortyniacum arcum* dicit Ovidius, Metamorph. lib. VII.

Nec Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.

Dixi autem, uti arcus, ſic ſagittas celebrari: ſitque iſtud à Plutarcho, in Vitâ Pyrrhi. Κρητικῷ βέλει πληγεὶς ὁ ἵππος ὑπὸ τὴν γαστέρα. *Creticâ ſagittâ ictus equus ſubter ventrem.* Erantque itidem, uti arcus, leves admodum; Vidimuſque in Platonis illis verbis, jam citatis: ac confirmat quoque Ovidius, loco citato.

—— *Gortyniaco calamus levis exit ab arcu.*

Atque ideò *celeres* Manilius dicit, in citatis ſtatim verſibus.

—— *celeres huic Creta ſagittas*
Aſſerit. ——

Fiebant itidem potiſſimùm apud Gortynios, uti arcus fieri dixi. Hinc eſt in Lucani verbis, quæ produxi paullò antè, ex lib. VI.

Dictæâ procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scævam. ——

Quin & calamos, ad ſagittas faciendas, Creta optimos habebat. Vide Theophraſtum, Hiſt. Plant. lib. IV. cap. xij: & Plinium, lib XVI. cap. xxxvj. Seneca Tragicus, in Hippolyto:

Non mittent gracilem Cretes arundinem.

Denique ut ſagittarii, ita quoque funditores optimi erant. Hinc eſt apud Thucydidem, lib. VI. Καὶ τοξοτῶν τῶν αὐτόθεν, καὶ ἐκ Κρήτης, καὶ σφενδονητῶν. *Etiam ſagittarios inde, & ex Cretâ, ac funditores ducendos.* Et apud Livium, lib. xxxvij. *Cretenſes ſagittarios, funditoreſque.* Et lib. xxxviij. *Ab Attalo Cretenſes ſagittarii, & funditores.*

CAP. XII.

Inſtruebantur & ad bella; ac pugnabant pugnis, & fuſtibus: idque ad tibiam, & lyram; ſive, ut nonnulli, citharam. Qui claſſicum canebat, Ἴβηρος *dicebatur. Heſychii locus emendatus. Saltabant etiam armati, modo in Cretâ invento.* Ἐπικρήδιος. Ὀρσίτης. *Saltabant autem etiam nobiliſſimi quique: & id ipſum neceſſariò. Utebantur Rhythmis Creticis, quòd hi contentiſſimi eſſent.* Δίῤῥυθμα Κρητικά. *Pes Creticus unde dictus.* Κρητικὸν μέλος. *Rhythmi Cre-*

Cretici: Thaletæ inventum. Vestes, & calcei, militares: Ἄμυργον. Ἀνδρομέον. Ἀμφινωτός. *Hesychius iterum emendatus.* Θετταλίδες. Κλεῖδες. *Vestis tenuis, & brevis; ac vix poplites attingens: & fuco marino tincta: eâque etiam rex Athenis utebatur. Dona pretiosissima, arma.*

Exercebantur & ad bella. Strabo. Πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν ἀλλ' ἀνδρείαν κρατεῖν, ἐκ παίδων ὅπλοις συντρέφειν· ὥστε καταφρονεῖν καὶ πληγῶν, τῶν ἐν γυμνασίοις, καὶ μάχαις. *Ut autem non timidi sed fortes essent, ab ætate puerili armis eos adsuefacere: ut despicere possent ictus in gymnasiis, & pugnis.* Pugnabant autem fustibus, & pugnis: idque ad tibiam, & lyram. Heraclides, De Rebusp. Ποιοῦνται δὲ καὶ μάχας κατὰ νόμον πύξ τε καὶ ξύλοις. καὶ, ὅταν συμβάλωνται, αὐλοῦσι τινὲς αὐτοῖς, καὶ κιθαρίζουσι, καὶ πρὸς ἀνδρίαν, καὶ καρτερίαν, ἐθίζονται. *Instituunt verò & pugnas juxta legem, pugnis, & fustibus; ac, dum pugnant, sunt qui tibiâ, & citharâ, canant; & ad fortitudinem, ac tolerantiam, assuefiunt.* Strabo. Τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις Ἀγέλη πρὸς Ἀγέλην συμβάλλει, μετ' αὐλοῦ, καὶ λύρας, εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ· ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς εἰώθασιν. ἐκφέρουσι δὲ καὶ τὰς πληγὰς, τὰς μὲν, διὰ χειρὸς, τὰς δὲ, καὶ δι' ὅπλων σιδηρῶν. *Statis quibusdam diebus Agela cum Agelâ pugnat, accinente rythmum tibiâ, & lyrâ: sicut ipsis & in bellis usitatum. Ictus autem inferunt cùm manu, tum etiam armis ferreis.* Sed de musicis instrumentis, ad pugnam adhibitis, video variare Auctores. Ecce enim, tibiam, & citharam, Heraclides; tibiam, & lyram, Strabo dicit: alii rursum, solam lyram, tibiamve. Ac de tibiâ, sic Polybius, lib. IV. Οὐδὲ τοὺς παλαιοὺς Κρητῶν, καὶ Λακεδαιμονίων, αὐλὸν, καὶ ῥυθμὸν, εἰς τὸν πόλεμον ἀντὶ σάλπιγγος εἰκῆ νομιστέον εἰσαγαγεῖν. *Neque item existimandum, veteres Cretenses, & Lacedæmonios, loco tubæ tibiam, ac rhythmum, ad bella sine causâ usurpasse.* De solâ lyrâ, tradit Plutarchus, De Musicâ. Οἱ δὲ καὶ πρὸς λύραν ἐποίουν τὴν πρόσοδον τὴν πρὸς τοὺς ἐναντίους, καθάπερ ἱστοροῦνται μέχρι πολλοῦ χρήσασθαι τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς ἐπὶ τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους ἐξόδου Κρῆτες. *Alii verò etiam ad lyram pugnas cum hostibus instituebant: quem morem Cretensibus, ad prælia exeuntibus, diu usitatum ferunt* Clemens, Pædag. lib. II. cap. iv. Χρῶνται γοῦν παρὰ τοὺς πολέμους αὐτῶν,

Τυῤῥηνοὶ μὲν, τῇ σάλπιγγι· σύριγγι δὲ, Ἀρκάδες· Σικελοὶ δὲ, πηκτίσιν. καὶ Κρῆτες, λύρᾳ. *Utuntur itaque in bellis ſuis, Tyrrheni quidem, tubâ; Arcades, fiſtulâ; ſicuti verò, pectidibus; ac Cretenſes, lyrâ.* Athenæus, lib. XII. Καὶ Λακεδαιμόνιοι μετ᾽ αὐλῶν ἐξορμῶσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καθάπερ Κρῆτες μετὰ λύρας. *Lacedæmonii cum tibiis impetum in hoſtem faciunt, Cretenſes cum lyrâ.* Iterum, lib. XIV. Διόπερ καὶ οἱ ἀνδρειότατοι Λακεδαιμόνιοι μετ᾽ αὐλῶν στρατεύονται, Κρῆτες δὲ μετὰ λύρας. *Quâ de cauſâ & fortiſſimi Lacedæmonii cum tibiâ in militiam eunt, Cretenſes cum lyrâ.* Euſtathius ex eo, ad Iliad. ψ΄. Λακεδαιμόνιοι δὲ, μετ᾽ αὐλῶν ἐστρατεύοντο. Κρῆτες, μετὰ λύρας. *Lacedæmonii verò, cùm tibiis in militiam ibant: Cretenſes, cum lyrâ.* Alii, cum Heraclide, citharam dicunt. A. Gellius, lib. I. cap. xj. *Cretenſes quoque prælia ingredi ſolitos memoriæ datum eſt, præcinente ac præmoderante citharâ greſſibus.* Martianus Capella, lib. IX. *Cretes ad citharam dimicabant, Lacedæmonii ad tibias.* Quique claſſicum canebat, ἴβερος dicebatur. Heſychius. Ἰβυκτὴρ, ὁ παρὰ Κρησὶν ἴβερος, ἐμβατήριον ποιησάμενος, ὅπερ ὁ ᾄδων, οὕτω καλεῖται. *Ibycter, qui apud Cretenſes Ibrius, claſſicum carmen faciens; quod qui canit, ita dicitur.* Ita corrigo: malè enim editur, Ἰβηκτὴρ, & ὅπερ ὁ αὔδων. Porrò exercebantur etiam in ſaltatione armatâ. Strabo. Ἀσκεῖν δὲ καὶ τοξικῇ, καὶ ἐνοπλίῳ ὀρχήσει. ὥστε μηδὲ τὴν παιδιὰν εἶναι ἄμοιρον τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων. *Exercere autem & in arte ſagittandi, ac ſaltatione armatâ: ut ne ludus quidem expers eſſet rerum ad bella utilium.* Erat autem hæc ſaltatio in ipſâ quoque Cretâ inventa; uti teſtis Diodorus, lib. V; Dionyſius Halicarnaſſeus, lib. VII: & Plinius, lib. VII. cap. lvj. Erant & aliæ ſaltationes Cretenſes, Ἐπικρήδιος, & ὀρσίτης: quarum meminit Athenæus, lib. XIV. Et Κνώσια ὀρχήματα, *Cnoſſias ſaltationes*, memorat Sophocles Aiace. Ac, de ſaltatione armatâ, vide Orcheſtram noſtram, in Πυῤῥίχῃ. Ac ſaltandi quidem ſtudium, & peritiam, tradunt plures: & in illis Athenæus, lib. XIV; & Euſtathius, ad Iliad. σ΄. Nec plebeii tantùm homines, ſed qui nobiliſſimi forent. Lucianus, De Saltatione. Κρητῶν οἱ κράτιστοι ἐνεργῶς ἐπιτηδεύσαντες αὐτὸ, ἄριστοι ὀρχησταὶ ἐγένοντο, οὐχ οἱ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλικώτεροι, καὶ πρωτεύειν ἀξιοῦντες. *Inter Cretenſes, ut quiſque maximè nobilitate præcellebat, ſummo*

mo

mo ſtudio hanc rem exercentes, præſtantiſſimi ſaltatores reddebantur, non tantùm homines plebeii, ſed qui regio quoque ſanguine, ac primates populi eſſent. Quin neceſſitate etiam exercendi tenebantur. Libanius, de Lacedæmoniis agens, & Cretenſibus, in Oratione Pro Saltatoribus. φαίνεται τοίνυν παρ' ἀμφοῖν ἐν πολλῇ σπουδῇ τὸ ὀρχεῖσθαι, καὶ οὐχ ὅσον μὴ κεκωλῦσθαι δεδομένον τοῖς βουλομένοις, ἀλλὰ καὶ ὑπ' ἀνάγκης τοῦ ἐκ τοῦ νόμου γιγνόμενον· ὥστ' ἴσον ἦν τῷ τὴν τάξιν λιπεῖν τὸ τὴν ὄρχησιν ἐκλιπεῖν. *Itaque apparet apud utroſque ſummo ſtudio ſaltationem haberi; & non tantùm cupientes ceu permiſſâ haud prohiberi, ſed & neceſſariò ex lege fieri: adeò ut perinde eſſet, in acie ordinem deſerere, & ſaltationem relinquere.* Utebantur & rhythmis Creticis, ceu qui contentiſſimi eſſent. Strabo. ὡς δ' αὔτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν. *Sic & rhythmis Creticis uti, qui in cantilenis contentiſſimi eſſent.* Eſt autem rhythmorum horum frequens mentio; apud Dionyſium Halicarnaſſeum, De ſtruct. Orat. Plutarchum, De Muſicâ. Marium Victorinum, Artis Gramm. lib. II. Heſychium, in Κρητικὸν μέλος. Item Δίρρυθμα Κρητικά habes apud Scholiaſten Ariſtophanis, ad Equites. Notus etiam eſt pes Creticus in re metricâ; ita dictus, *Quia Cretes ſaltando ejus rhythmicâ compoſitione utebantur:* ut ait Diomedes, lib. III. & ut Philippus Abucaras, in Scholiis ad Hephæſtionis Alexandrini Enchiridium. ὅτι ὑπὸ Κρητῶν εὑρεθῆναι δοκεῖ. *quòd à Cretenſibus inventus videatur.* Aliter Scholiaſtes Ariſtophanis, ad Nubes. Κρητικὸς καλεῖται ἀπὸ τοῦ εἰς τοὺς Κούρητας ἀναγομένου μέλους. τούτῳ γὰρ τῷ μέτρῳ προσωρχοῦντο, σείοντες τὰ ὅπλα. *Creticus dicitur à carmine quod ad Curetas refertur: nam ad metrum hoc ſaltabant, arma quatientes.* Hinc Κρητικὸν μέλος. *Creticum carmen.* Cratinus, in Trophonio, apud Hephæſtionem Alexandrinum, in Enchiridio.

Ἔγειρε, Μοῦσα, Κρητικὸν μέλος.
Excita, Muſa, Creticum carmen.

Heſychius Κρητικὸν μέλος. οὕτω Κρῆτες ῥυθμοὶ ἐλέγοντο, ἀπὸ Κρητῶν. *Creticum carmen. ſic Cretenſes rhythmi dicebantur, à Cretenſibus.* Quod autem ad rhythmos Creticos porrò attinet, hos Thaletas inveniſſe ferebatur: ut mox dicam, cùm de eo ſum acturus. Præthereà utebantur quoque veſte, & calceo, militari: neque domum ipſis ullum

ullum armis carius. Strabo. Καὶ ἐσθῆτι δὲ, καὶ ὑποδέσει, πολεμικῇ χρῆσθαι· καὶ τῶν δώρων τιμιώτατα αὐτοῖς εἶναι τὰ ὅπλα. *Veste verò etiam, & calceis, militaribus uti: & inter dona ipsis maximè honorata esse arma.* Ac vestes quidem, apud illos plures invenio: quarum unam, Ἄμυρτον appellabant. Hesychius. Ἄμυρτον, ἱμάτιον, Κρῆτες. *Amyrtum, vestis, Cretenses.* Alteram, Ἀνδρομέον dicebant. Idem Hesychius. Ἀνδρομέον, ἱμάτιον, Κρῆτες. *Andromeum, vestis, Cretenses.* Erat quoque, quæ Ἀμφενώτας dicebatur. Hesychius, Ἀμφενώτας, ὁ κρητικὸς χιτών. Sed rescribendum: Ἀμφινωτὸς, Κρητικὸς χιτών. *Amphinotus, Cretica tunica.* Occurrit rursum postea, apud eundem Hesychium. Ἀμφινωτοὺς. χιτῶνας, ἢ φελλόνας, Κρῆτες λέγουσιν. *Amphinotos. Tunicas, aut penulas, Cretenses dicunt.* Calcei verò, duplices erant; quorum hi, Θετταλίδες dicti: isti, Κλεῖδες. Vide Hesychium eundem, in Θετταλίδας, & Κλεῖδα. Quod vestem attinet; ea hieme, & æstate, eadem erat. Idem Strabo, paullò pòst. Χαμαὶ δὲ καθήμενοι διαιτῶνται μετ᾽ ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις· φοροῦντες καὶ χειμῶνος, καὶ θέρους, τὰ αὐτά. *Humi desidentes unà cibum capiunt, vestitu vili: quem hieme, & æstate, eundem habent.* Heraclides, De Rebusp. Οἱ παῖδες ἐν Κρήτῃ μετ᾽ ἀλλήλων διαιτῶνται, ἑνὶ ἱματίῳ θέρους, καὶ χειμῶνος. *Pueri in Cretâ simul cibum capiunt, eâdem veste æstate, & hieme.* Erat autem peculiaris hic vestitus: meminitque Suidas. Κρητικὸν, εἶδος χιτῶνος. *Creticum. genus tunicæ.* Aristophanes, Thesmoph.

——— σὺ τόδε τὸ Κρητικὸν
Ἀπόδυθι ταχέως. ———

——— *tu Creticam hanc vestem*
Exue ocyùs. ———

Erat verò vestis tenuis, & brevis. Hesychius. Κρητικὸν. ἱμάτιον, λεπτὸν, καὶ βραχύ. *Creticum. Vestimentum, tenue, & breve.* Adeóque vix ad poplites pertingebat. Clarè indicat Claudianus, De raptu Proserpinæ, lib. II.

Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu,
Poplite fusa tenus. ———

Erat autem tincta fuco marino. Plinius, lib. XXVI. cap. x. *Tria autem genera fuci marini; latum, & alterum longius, quadante-*

nus rubeus: tertium, crispis foliis, quo in Cretâ vestes tinguntur. Et Athenis veste Creticâ rex utebatur. Pollux, lib. VII. cap. xvij. Ἐκαλεῖτο δέ τι (ἱμάτιον) καὶ Κρητικὸν, ᾧ Ἀθήνησιν ὁ βασιλεὺς ἐχρῆτο. *Dicebatur verò quædam (vestis) etiam Cretica; quâ Athenis rex utebatur.* Quod verò commemorat Strabo, arma illos inter dona præstantissima censuisse, id confirmat Nicolaus Damascenus, de Cretensibus verba faciens, apud Stobæum, Serm. XLII. Δῶρα δὲ αὐτοῖς ἐστιν ὅπλα τιμιώτατα. *Dona apud eos pretiosissima sunt arma.*

CAP. XIII.

Quidam ad nuptias selecti; nec uxores tamen statim domum ducere tenebantur. Permissum etiam matrimonium inter fratres & sorores: quæque dos hîc dicta fuerit. Sed, ne numero liberorum gravarentur, lex divortium, & amorem puerorum, permittebat. Hesychii locus, & Philostrati, emendatus. Servii, Sexti Empirici, & Athenæi, error. Ejus amoris tota ratio explicata. Rapti per bimestre tantùm ab amatoribus detenti; hinc dimissi, cum muneribus: & hæc ipsa qualia fuerint. Amator, φιλήτωρ *dictus: qui amatus autem,* κλεινός. *Theon hâc de re correctus.*

Ex hoc Agelarum corpore posteâ seligebantur, qui inirent matrimonium; nec uxores quidem statim domum ducere cogebantur, sed cùm eæ ad familiam gubernandam aptæ essent. Permissæ verò etiam fratrum, ac sororum, nuptiæ erant: & in tali matrimonio dicta dos dimidia paternæ hæreditatis portio. Strabo. Γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ᾽ αὐτοῖς, οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες. οὐκ εὐθὺς δ᾽ ἄγονται παρ᾽ ἑαυτοὺς τὰς γαμηθείσας παῖδας, ἀλλ᾽ ἐπὰν ἱκαναὶ ὦσι διοικεῖν τὰ περὶ τῶν οἴκων. Φερνὴ δ᾽ ἐστὶν, ἂν ἀδελφοὶ ὦσι, τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μερίδος. *Uxores ducere quidem simul omnes apud ipsos coguntur, qui eodem tempore ex Agelâ puerorum seliguntur: nec, quas duxerint, statim domum ducere necesse habent, sed ad rem familiarem gubernandam postquam factæ sint idoneæ. ac dos quidem est, quando fratri nubit soror, dimidia paternæ hæreditatis portio.* Sed, ne numero liberorum gravarentur, lex

divortium, & amorem puerorum, permittebat. Ariſtoteles, Politic. lib. II. cap. viij: ubi de Cretenſium republicâ agit. Πολλὰ πεφιλοσόφηκεν ὁ νομοθέτης καὶ πρὸς τὴν διάζευξιν τῶν γυναικῶν, ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄῤῥενας ποιήσας ὁμιλίαν. *Multa philoſophicè diſſertavit legiſlator etiam ad divortium cum uxoribus ſtatuendum, ne multos liberos procrearent, introductâ puerorum conſuetudine.* Quod ad puerorum amorem; de eo ita Heraclides. Ταῖς δὲ περὶ τοὺς ἄῤῥενας ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις ἐοίκασι πρῶτοι κεχρῆσθαι· καὶ οὐκ αἰσχρὸν παρ᾽ αὐτοῖς τοῦτο. *Puerorum autem amore primi videntur uſi eſſe: nec id turpe apud ipſos.* Servius, ad Æneid. lib. X. *De Cretenſibus accipimus, quod in amores puerorum intemperantes fuerunt.* Sextus Empiricus, Pyrrh. Hypotyp. lib. III. Παρ᾽ ἡμῖν μὲν αἰσχρὸν, μᾶλλον δὲ καὶ παράνομον, νενόμισται τὸ τῆς ἀῤῥενομιξίας. παρὰ Γερμανοῖς δὲ, ὥς φασιν, οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ᾽ ὡς ἕν τι τῶν συνήθων. λέγεται δὲ καὶ παρὰ Θηβαίοις τὸ παλαιὸν οὐκ αἰσχρὸν τοῦτο εἶναι δόξαι. καὶ τὸν Μηριόνην τὸν Κρῆτα οὕτω κεκλῆσθαι φασὶν, δι᾽ ἔμφασιν τοῦ Κρητῶν ἔθους. *Apud nos quidem turpe, immò verò etiam nefarium habetur, maſculâ Venere uti; apud Germanos autem, uti fertur, turpe non eſt, ſed unum ex iis, quæ uſu recepta ſunt. Quin etiam apud Thebanos olim hoc turpe habitum non fuiſſe dicitur: & Merionem Cretenſem ita vocatum ajunt ad expreſſam conſuetudinis Cretenſium ſignificationem.* Athenæus, lib. XIII. Κρῆτες γοῦν, ὡς ἔφην, καὶ οἱ ἐν Εὐβοίᾳ χαλκιδεῖς, περὶ τὰ παιδικὰ δαιμονίως ἐπτόηνται. *Cretenſes, ut dixi, & in Eubœâ Chalcidenſes, majorem in modum puerorum amore flagrant.* Corruptus eſt in iſtâ re Heſychii locus. Κρῆτα, τρόπον, τὸ παιδικοῖς χρῆσθαι. Interpungo, & emendo. Κρῆτα τρόπον. τὸ, παιδικοῖς χρῆσθαι. *Cretenſem in morem: id eſt, maſculorum amore uti.* Et alluſit huc Philoſtratus, in quâdam Epiſtolâ. Ἀλλ᾽ ἐκ Κρήτης, ὅπου πλεῖστος ὁ ἔρως, ὁ τὰς ἑκατὸν πόλεις περιπλέων. *Sed ex Cretâ; ubi plurimus amor, centum illas urbes circumnavigans.* Sed exiſtimo mendum eſſe, in voce ultimâ: ac legendum, Περιπολέων. *circumiens.* Nam urbes Cretæ in terrâ ſitæ, non in mari: quanquam quidem ipſa inſula mari circumluebatur. Sed, an ſpurcus hic Cretenſium amor fuit; ac proceſſit uſque ad coitum? Nego clare; & errare dico Servium, Sextum, atque Athenæum: qui id uno ore tradunt. Nam amabant caſto amore; neque ultra quid tentabant.

Teſtis

Testis mihi instar omnium Maximus Tyrius, Dissert. X. Διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐπαινῶ τὸν Κρητῶν νόμον, καὶ τὸν Ἠλείων μέμφομαι. τὸν μὲν Κρητικὸν, ἐπαινῶ τῆς ἀνάγκης. τὸν δὲ Ἠλείων μέμφομαι τῆς ἐξουσίας. Κρητικῷ μειρακίῳ αἰσχρὸν, ἐραστὴν μὴ εἶναι· Κρητικῷ νεανίσκῳ αἰσχρὸν, προσάψασθαι παιδικῶν. ὢ νόμου κεκραμένου καλῶς, σωφροσύνῃ καὶ ἔρωτι. *Hoc est cur legem Cretensium laudem, Eleorum damnem. Cretensem legem, laudo necessitatis causa: Eliensem, ·damno propter licentiam. Juveni Cretensi turpe habetur, non amare: juveni Cretensi turpe habetur, pueri amore sese inquinare. O legem pulcrè temperatam, castitate, & amore.* Et observa: turpe fuisse, non amare. Sic vicissim turpe erat, non amari. Cicero, in libris De Republicâ, apud Servium, loco citato. *Opprobrio fuisse adolescentibus, si amatores non haberent.* Hoc de formâ excellentibus, genereque, tradit Strabo. Τοῖς δὲ καλοῖς τὴν ἰδέαν, καὶ προγόνων ἐπιφανῶν, ἐραστῶν μὴ τυχεῖν, αἰσχρὸν νομίζεται· ὡς διὰ τὸν τρόπον τοῦτο παθοῦσιν. *Formosis, & illustri genere ortis, turpe putatur, amatores non nancisci: ceu qui propter mores istud patiantur.* Verùm nunc amandi morem universum explicemus. Qui amabat, pueri amati amicis aliquot diebus antè prædicebat, sibi certum esse rapere: & his quidem oppidò probrosum erat, puerum aut occultare, aut viâ antè usitatâ prohibere: quasi hæc confessio foret, eum isto amatore indignum esse. itaque, congressi in unum, siquidem æqualis raptor, sive dignior, insequentes, tantùm leviter repugnant, uti legi satisfaciant; inde læti abduci sinunt: si indignus sit, eripiunt. insequuntur autem usque ad andréum rapientis. Amabilem verò arbitrantur, non quem forma, sed conjuncta cum modestiâ fortitudo commendabat. Raptum amator, donis aliquot affectum, quolibet locorum abducit; comitantibus, qui interfuere raptui. Convivio autem, & venatione, usi per bimestre, quod supremum pueri detinendi tempus, mox in urbem revertuntur. Ac dimittitur rursum puer, donaque accipit, vestem bellicam, bovem, & poculum. Et hæc quidem, lex præcipiebat dari: sed dabantur quoque plura, eaque non parvi sumptus: ita ut amici sæpe etiam conferrent stipem. Puer, suis restitutus, bovem illum, quem ab amatore accepit, Jovi immolat; ac convivium præbet iis, qui cum eo ad raptorem commigraverant. hinc

 expo-

exponit, grata ei conversatio cum raptore, an non fuerit; lege ita permittente; nam, si quis post raptum amato aliquam vim intentasset, tum ab eo & jus discedendi erat, & cum eo jure agendi. Hæc prolixè, ut proposui, à Strabone memorantur: cujus verba apud ipsum inspicienda, lib. X. Quæ de rapti detinendi tempore bimestri dixi, item donis, in dimissione datis, eadem ab Heraclide in hunc modum referuntur. ὅταν δὲ κρατήσωσιν, ἀπάγουσιν εἰς ὄρος, ἢ τοὺς ἑαυτῶν χώρους, κἀκεῖ ἑστιῶνται ἡμέρας ἑξήκοντα· πλείους γὰρ οὐκ ἔξεστι· καὶ δίδωσιν ὁ φιλήτωρ ἐσθῆτα, καὶ ἄλλα δῶρα, καὶ βοῦν. *Compotes facti, abducunt eos vel in montem, vel in sua quoque prædia; ibique excipiunt conviviis, usque ad sexaginta dies, ultra quos non est concessum. inde vestem amator donat, aliaque item munera, tum & bovem.* Post hæc, in hunc modum raptis magnus honos habebatur: nam in cursu, & consessu, locum primum capiebant, & donatâ ab amatore suo veste utebantur: nec tum tantùm, verùm etiam adulti: in testimonium, quod amati pridem essent. Insuper vocabulo illustri κλεινοὶ, sive *Inclyti*, dicebantur. Strabo. Ἔχουσι δὲ τιμὰς οἱ παρασταθέντες, οὕτω γὰρ καλοῦσι τοὺς ἁρπαγέντας· ἔν τε γὰρ τοῖς δρόμοις, καὶ τοῖς θρόνοις, ἔχουσι τὰς ἐντιμοτάτας χώρας. τῇ τε στολῇ κοσμεῖσθαι διαφερόντως ἐφίεται τῶν ἄλλων τῇ δοθείσῃ παρὰ τῶν ἐραστῶν· καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ τέλειοι γενόμενοι διάσημον ἐσθῆτα φέρουσιν, ἀφ᾽ ἧς γνωσθήσεται ἕκαστος κλεινὸς γενόμενος. τὸν μὲν γὰρ ἐρώμενον, καλοῦσι κλεινόν· τὸν δ᾽ ἐραστὴν, φιλήτορα. *Honor porrò raptis habebatur; nam & in cursu, & in consessu, locus illis primus attribuitur: & veste permissum est ut eximiâ utantur, ab amatore dono datâ: neque tum modò, sed & adulti vestem gerunt insignem; quâ agnoscuntur Cleini fuisse: sic enim amasium vocant, ut Philetorem amatorem.* De nomine κλεινῶν, est Hesychii quoque locus, quamvis sine Cretensium ullâ mentione. κλεινοὶ, οἱ εἰς τὰ παιδικὰ ἐπὶ κάλλει ἁρπαζόμενοι παῖδες. *Cleini, pueri, qui formæ causâ ad delicias rapiuntur.* Emendandus est Theon, in Progymnasmatis, cap. Περὶ διηγήματος. Ξένα δὲ, τὰ ἑτέροις μὲν ἐπιχώρια, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐ συνήθη· ὡς εἴ τις Ἀγορὰν ὀνομάζει τὸν λιμένα, καθάπερ Θετταλοί· ἢ κλεινὸν, ἀντὶ τοῦ ἐρώμενον, ὡς Κρῆτες. *Peregrina sunt, quæ aliis sunt usitata, aliis non: ut si quis Agoram, sive Forum, portum appellet, sicut Theßali; aut Cleinum amatorem dicat, ut Cretenses.*

Malè

Malè hodie editur, ἢ κεῖνον, ἀντὶ τοῦ ἐρώμενον. *aut Illum, pro eo quod est, amatorem.* Meminitque item Eustathius, ad Iliad. ψ'. Quod φιλήτωρ diceretur, qui amabat, etiam Hesychius tradit. φιλήτωρ, ἐραστής. *Philetor, amator.* Proprieque usurpavit Heraclides, in citatis antè verbis. καὶ δίδωσιν ὁ φιλήτωρ ἐσθῆτα, καὶ ἄλλα δῶρα, καὶ βοῦν. *Inde vestem amator donat, aliaque item munera, tum & bovem.*

CAP. XIV.

Servi publici, & privati: urbani, & agrestes. Ἀφαμιῶται, *sive illi* Ἀμφαμιῶται. Ἐργάτωνες. Κλαρῶται. Περίοικοι. *Hesychii locus emendatus. Festum Clarotarum Cydoniæ; quo ingenuus nemo in urbem introibat: tum potestas quoque eorum, hoc durante. Heri servis in convivio ministrabant.* Μνωῖται, *sive* Μνῶται. *Athenæus emendatur; & Hesychius bis, terque: item Strabo, iterumque Athenæus.* Χρυσώνητοι. Κατακαῦται.

Dixi homines ingenuos; nunc ad servos veniamus: in quibus erant,

Ἀφαμιῶται. Hi erant juvenes, ætate integri. Strabo, lib. XV. καὶ τὸ ἀντὶ δούλων τοῖς ἐν ἀκμῇ χρῆσθαι νέοις· ὡς Κρῆτες μὲν τοῖς Ἀφαμιώταις, Λάκωνες δὲ τοῖς Εἵλωσι. *Et quod servorum loco adolescentibus, in vigore ætatis constitutis, utantur: sicut Cretenses quidem Aphamiotis, Lacones verò Helotibus.* Erant autem ii indigenæ; & bello capti, ac sorte abducti: unde & κλαρῶται iidem dicebantur. Athenæus, lib. VI. καλοῦσι δὲ οἱ Κρῆτες τοὺς μὲν κατὰ πόλιν οἰκέτας, Χρυσωνήτους· Ἀμφαμιώτας δὲ, τοὺς κατ' ἀγρόν· ἐγχωρίους μὲν ὄντας, δουλωθέντας δὲ κατὰ πόλεμον· διὰ τὸ κληρωθῆναι δὲ, Κλαρώτας. *Cretenses servos, quibus in urbe utebantur, Chrysonetos vocabant; Amphamiotas verò, quibus in agro: indigenas quidem, sed bello in servitutem redactos: quia verò eos sorte abduxissent, etiam Clarotas.* Eustathius, ad Iliad. ο'. εἰσὶ δὲ οἰκέται μὲν, (ἐν Κρήτῃ ἦσαν,) οἱ κατὰ πόλιν, χρυσώνητοι· Ἀμφαμιῶται δὲ, οἱ κατ' ἀγρὸν ἰδίᾳ δοῦλοι. *Porrò servi quidem (in Cretâ erant,) in urbe, Chrysoneti: Amphamiotæ verò, in agro privatim.* Hesychius. Ἀφαμιῶται, οἰκέται ἀγροῖκοι, πάροικοι. *Aphamiotæ, servi in a-*

in agris habitantes, accolæ. Sed legendum eſt, Περίοικοι. Nam Περίοικοι dicebantur illi ſervi, quibus in colendis agris utebantur. Ariſtoteles, Politic. lib. II. cap. viij. Ἔχει δ' ἀνάλογον ἡ Κρητικὴ τάξις πρὸς τὴν Λακωνικήν. γεωργοῦσί τε γὰρ τοῖς μὲν, εἵλωτες· τοῖς δὲ Κρησὶν, οἱ Περίοικοι. *Habet verò inſtitutio Cretica, quod reſpondeat Laconicæ. Nam his quidem, agros colunt Helotes: Cretenſibus verò, Periœci.* Meminitque iterum eorum poſtea. Ἐκ τῶν φόρων, οὓς φέρουσιν οἱ Περίοικοι. *Ex vectigalibus, quæ pendent Periœci.* Et ſub finem capitis. Διὸ καὶ τὸ τῶν Περιοίκων μένει τοῖς Κρησίν· οἱ δὲ Εἵλωτες, ἀφίστανται πολλάκις. *Quare & , quod ad Periœcos attinet, ii permanent Cretenſibus: Helotes verò, ſæpè deficiunt.* Sed diverſos Periœcos ab Aphamiotis facit Soſicrates, libro ſecundo Rerum Creticarum, apud Athenæum, loco citato. Σωσικράτης δ', ἐν δευτέρῳ Κρητικῶν, τὴν μὲν κοινὴν, φησὶ, δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι Μνοΐαν· τὴν δὲ ἰδίαν, Ἀφαμιώτας· τοὺς δὲ Περιοίκους, ὑπηκόους. *Soſicrates, libro ſecundo Rerum Creticarum; Publicam ſervitutem, inquit, Cretenſes Mnoiam vocant; privatam autem, Aphamiotas: Periœcas verò, ſubditos.*

Ἐργάτωνες. *Ergatones.* Qui mortuis ſepeliendis operam navabant. Heſychius. Παρὰ δὲ Κρησὶν, Ἐργάτωνες, οἱ ἐπὶ τῆς ταφῆς τῶν τεθνηκότων τεταγμένοι. *Apud Cretenſes verò, Ergatones dicuntur, qui ad ſepulturam mortuorum conſtituti.*

Κλαρῶται. *Clarotæ.* Pollux, lib. III. cap. viij. Μεταξὺ δὲ ἐλευθέρων, καὶ δούλων, οἱ Λακεδαιμονίων Εἵλωτες, καὶ Θετταλῶν Πενέσται, καὶ Κρητῶν Κλαρῶται, καὶ Μνωῖται. *Inter liberos & ſervos medii ſunt, Lacedæmoniorum Helotes, Theſſalorum Peneſtæ, Cretenſium Clarotæ, & Mnoïtæ.* Etymologici Auctor. Πενέσται, οἱ δοῦλοι τῶν Θετταλῶν, ὡς οἱ τῶν Λακεδαιμονίων Εἵλωτες, καὶ τῶν Κρητῶν Κλαρῶται. *Peneſtæ, Theßalorum ſervi; ſicut Lacedæmoniorum Helotes, & Cretenſium Clarotæ.* Euſtathius, ad Iliad. ο'. Ἦσαν δὲ ἄλλως δουλικαὶ λέξεις, ἐν Κρήτῃ μὲν, οἱ Κλαρῶται, διὰ τὸ κληρωθῆναι. *Erant verò aliàs vocabula ſervitutem ſignificantia, in Cretâ quidem, Clarotæ, quod ſorte ſint abducti.* Hi Cydoniæ feſta quædam ſibi propria habebant; per quæ ingredi in urbem nulli ingenuo licebat: ac cædendi eos flagris etiam poteſtas erat. Eſt in hanc rem elegans fragmentum Ephori, è libro Hiſtoriarum tertio; quod debemus beneficio Athenæi, qui id nobis con-

conservavit, lib. VI. Κλαρῶται Κρῆτες καλοῦσι τοὺς δούλους, ἀπὸ τοῦ γινομένου περὶ αὐτῶν κλήρου. τούτοις δ' εἰσὶ νενομισμέναι τινὲς ἑορταὶ ἐν Κυδωνίᾳ, ἐν αἷς οὐκ εἰσίασιν εἰς τὴν πόλιν ἐλεύθεροι, ἀλλ' οἱ δοῦλοι πάντων κρατοῦσι, καὶ κύριοι μαστιγοῦν εἰσι τοὺς ἐλευθέρους. *Cretenses Clarotas vocant servos, à sorte super illis missâ. Ac sunt his festa quædam legibus concessa Cydoniæ, in quibus nulli libero urbem intrare fas est: sed servi rerum potiuntur, & ingenuos flagris quoque excipiendi potestatem habent.* Arbitror, diebus festis id Mercurii factitatum; quibus domini quoque servis epulantibus serviebant: uti testis Athenæus, lib. XIV. Ἐν Κρήτῃ γοῦν, τῇ τῶν Ἑρμαίων ἑορτῇ, τὸ ὅμοιον γίνεται, ὥς φησι Καρύστιος, ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασιν. Εὐωχουμένων γὰρ τῶν οἰκετῶν, οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι περὶ τὰς διακονίας. *In Cretâ quidem, Mercurii diebus festis, simile fit, uti auctor est Carystius, in Commentariis Historicis: quippe, servis epulantibus, domini ipsis ministrantes famulantur.* Quia vero Clarotæ Cretensium iidem erant cum Helotis Spartanorum, ut apparet ex citatis Auctorum locis, simpliciter Hesychius in Glossis dicit. Κλαρῶται, Εἵλωτες. *Clarotæ, Helotes.*

Μνωῖται. Erant servi publici. Sosicrates, apud Athenæum, in citatis antè verbis. τὴν κοινήν, φησί, δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι Μνωΐαν. *Publicam, inquit, servitutem Cretenses vocant Mnoiam.* Ita scribo; non, Μνοίαν. *Mnœam.* Malè quoque est apud Hesychium. Μνοία, ἱκετεία. *Mnœa, supplicatio.* Rescribe itidem: Μνωΐα, οἰκετεία. *Mnoia, servitium.* Hybrias Cretensis, in Scolio, apud Athenæum, lib. XV. Τούτῳ δεσπότας μνωΐας κέκλημαι. *Per hoc familiæ herus dicor.* Sed Μνωΐα duo significabat; *Servitutem*, &, *Servitium*: sive, *Servorum multitudinem.* Id Hesychii, Hybriæque, loca indicant, quæ produxi. Corrigendus quoque Strabo, lib. XII. Καθάπερ Κρησὶ μὲν ἐθήτευεν ἡ Μνωΐα καλουμένη σύνοδος, Θετταλοῖς δὲ οἱ Πενέσται. *Quemadmodum Cretensibus serviebat Mnoius qui dicebatur cœtus, & Thessalis Penestæ.* Hodie editur: ἡ Μινώα, καλουμένη σύνοδος. *Minous qui vocatur cœtus.* Nam Μνωΐα, non Μινώα, rectum esse, inde apparet, quod Μνωῖται dicti fuerint. Pollux, loco citato. Καὶ Κρητῶν Κλαρῶται, καὶ Μνωῖται. *Et Cretensium Clarotæ, ac Mnoitæ.* Nisi aliquis malit; ἡ Μνῶα καλουμένη. siquidem concisè etiam Μνῶα, pro Μνωΐα, dictum. Hesychius. Μνῶα, δουλεία, Mnoa, servitus.

Eodem

Eodem modo Μνῶται quoque, pro Μνώιται. Ita eſt apud Athenæum, libro citato. Ἕρμων δὲ ἐν Κρητικαῖς Γλώτταις· Μνώτας, τοὺς εὐγενεῖς οἰκέτας. *Hermon verò in Gloſſis Creticis: Mnotas, ſervos ingenuos.* Sed quo modo, quæſo, ingenui, ſi fuiſſe ſervos conſtat? Certè mendum eſt, ac ſcribendum: τοὺς ἐγγενεῖς οἰκέτας. *Indigenas ſervos.* Et Euſtathius confirmat, loco anteà citato. Ἐκάλουν δὲ, φασὶ, Κρῆτες καὶ Μνωΐαν τὴν κοινὴν δουλείαν, καὶ Μνώτας τοὺς ἐγγενεῖς οἰκέτας. *Appellabant autem, inquit, Cretenſes publicam ſervitutem Mnoiam, & Mnotas ſervos indigenas.* Et corrigendus rurſum Heſychius. Μνῶται, δοῦλοι. *Mnotæ, ſervi.* Hodiè non rectè editur: Μνῆται, δ. *Mneti, ſ.*

Περίοικοι. Iidem qui Ἀφαμιῶται: de quibus jam à me dictum eſt.

Χρυσώνητοι. Erant ſervi urbani. Athenæus, in citatis antè verbis. Καλοῦσι δὲ οἱ Κρῆτες τοὺς μὲν κατὰ πόλιν οἰκέτας, Χρυσωνήτους, *Vocabant autem Cretenſes ſervos, qui in urbe quidem erant, Chryſonetos.* Euſtathius. Ἦσαν δὲ ἄλλως δουλικαὶ λέξεις, ἐν Κρήτῃ μὲν, οἱ Κλαρῶται, διὰ τὸ κληρωθῆναι· ἔτι δὲ οἰκέται μὲν, οἱ κατὰ πόλιν, Χρυσώνητοι. *Erant verò aliàs ſervorum quoque appellationes in Cretâ; Clarotæ quidem, quia ſorte abducti eſſent: inſuper urbani ſervi, Chryſoneti.* Nunc ſeorſim, & in fine hujus capitis, memorandi,

Κατακαῦται; neque ſervi, neque cives, magiſtratui ſubjecti, ſed utentes ſuo jure. Apud Plutarchum, Quæſtionum Græcarum viceſima prima ita habet. Τίνες οἱ παρὰ Κρησὶ λεγόμενοι Κατακαῦται; *Quinam ſunt, qui apud Cretenſes Catacautæ appellati?* Ubi vide pluribus rem eam totam explicantem.

JOANNIS MEURSI CRETAE,

SIVE,

De insulæ istius rebus, & antiquitatibus,

LIBER IV.

De Virtutibus incolarum, vitiisque; nec non de rebus gestis; ut & de viris claris, & linguâ.

CAP. I.

Virtutes eorum. Doctrinæ studium, & cultus animi. Munificentia in Homerum; cujus versus serò admodum accepere: uti nec libenter usi sunt poëmatibus peregrinis. Oratione utebantur, quæ haberet multum sensum, & pauca verba: ac probibiti item insulâ, qui dicendi facultate gloriarentur. Inimicis malam consuetudinem imprecabantur: & jurabant per animalia. Zenobius, & Lucilius Tarrhæus, emendati. Inventa varia; Initia Cereris; ignis, æris, ferri usus; ovium congregatio, pecorum cicuratio, mellis opificium, ars jaculandi, & venandi: tum convictus, gladii, cassides, & saltatio armata: scorpio denique, gymnastica exercitatio, item Musica, literæque: quas initio in palmarum foliis solebant scribere; unde & Γράμματα Φοινικήϊα *appellata. Suidæ & Apostolii loca mutila esse, indicatum.*

Nunc virtutes, vitia, & mores, dicam. Inter prima animi cultum reputabant.. Ptolemæus, Tetrabibli lib. II. οἱ δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ Ἀχαΐαν, καὶ Κρήτην, μᾶλλον λογικοὶ τυγχάνουσι, καὶ φιλομαθεῖς, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀσκοῦντες περὶ τοῦ σώματος. *In Græciâ autem,*

Achaiâ, & Cretâ, homines magis ſunt ſtudioſi doctrinæ, & animum potiùs, quàm corpus, exercentes. Quæ totidem ferè, & iiſdem etiam, verbis Proclus, in paraphraſi ejus Operis. Certè, quod doctrinæ ſtudioſi fuerint, indicat munificentia in Homernm: quam commemorat Sozomenus, in Præfatione ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Κρῆτες μὲν γὰρ ἐν χιλίοις νομίσμασιν Ὅμηρον ἀμειψάμενοι τῆς εὐποιΐας, ὡς ἀνυπέρβλητον φιλοτιμίαν αὐχοῦντες, ἐν στήλῃ δημοσίᾳ τὴν δωρεὰν ἐχαράψαντο. *Cretenſes, cùm Homerum, ob beneficentiam, mille nummis remuneraſſent, velut de inſuperabili munificentiâ gloriantes, donum in columnâ publicè inſcripſerunt.* Quanquam ſanè ejus verſus ſerò adeò accepere. Maximus Tyrius, Diſſert. VII. Ἐῶ λέγειν, ὅτι καὶ τῷ ἐν ἀνθρώποις γενῶν οὐ λόγῳ μόνον πλαττόμεναι πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ γενόμεναι πολλαί, καὶ πολιτευθεῖσαι ὑγιῶς, καὶ ξυνοικισθεῖσαι νομίμως, ἀγνοοῦσι τὸν Ὅμηρον. ὀψὲ μὲν γὰρ ἡ Σπάρτη ῥαψῳδεῖ, ὀψὲ δὲ καὶ ἡ Κρήτη. *Omitto dicere, multas extitiſſe inter homines non imaginarias, ſed veras reſpublicas, benè conſtitutas, & legibus optimis utentes, quæ Homerum tamen ignorant. Nam & Sparta ejus verſus ſerò recitare cæpit, ſerò autem etiam Creta.* Quin poëmate peregrino non libenter utebantur. Id Cretenſis Clinias dicit, apud Platonem, De Leg. lib. III. Οὐ γὰρ σφόδρα χρώμεθα οἱ Κρῆτες τοῖς ξενικοῖς ποιήμασι. *Neque enim nos Cretenſes admodum utimur peregrinis poëmatibus.* In Oratione ſuâ operam dabant, uti brevibus quanquam verbis multum ſenſum comprehenderent. Plato, De Leg. lib. I. Τὴν πόλιν ἅπαντες ἡμῶν Ἕλληνες ὑπολαμβάνουσιν, ὡς φιλόλογός τέ ἐστι καὶ πολυλόγος· Λακεδαίμονα δὲ, καὶ Κρήτην, τὴν μὲν, βραχυλόγον, τὴν δὲ πολύνοιαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν ἀσκοῦσαν. *Urbem noſtram omnes Græci arbitrantur multo ſermone & uti, & delectari: Lacedæmonem verò, atque Cretam, illam quidem, breviloquam eſſe, hanc verò, in eo ſeſe exercere, ut ſenſum potiùs multum habeat, quàm ut verba.* Itaque prohibitum & lege erat, ne in inſulam quis intraret, qui dicendi facultate gloriaretur. Sextus Empiricus, Adverſ. Mathem. lib. II. Τὴν μέν τοι ῥητορικὴν πάντες πανταχόθεν, ὡς πολεμιωτάτην, ἐδίωξαν. ὥσπερ ὁ μὲν Κρητικὸς νομοθέτης, εἴρξας ἐπιβαίνειν τῆς νήσου τοὺς ἐν λόγοις ἀλαζονευομένους. *Omnes autem dicendi artem, tanquam hoſtem infeſtiſſimam, ubicunque perſequuntur; ut Cretenſis legiſlator, qui dicendi facultate ſe*

jactan-

jactantes, insulam intrare vetuit. Certè exemplum sapientiæ ipsorum, illud quoque est censendum, ut, quos maximè odissent, iis malæ consuetudinis studium imprecarentur. Valerius Maximus, lib. VII. cap. ij. *Multis, & magnis, sapientiæ exemplis parvulum adjiciam. Cretenses, cùm acerbissimâ execratione adversus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt; ut malâ consuetudine delectentur, optant: modestoque voti genere efficacissimum ultionis eventum reperiunt.* In juramentis, reverentiâ deorum, nominibus eorum quoque abstinebant, ac per animalia quævis jurabant. Porphyrius, De Abst. lib. III. Κρησὶ δὲ νόμος ἦν Ῥαδαμάνθυος, ὅρκον ἐπάγειν πάντα τὰ ζῶα. *Apud Cretenses lex erat Rhadamanthi, ut jurarent per quæcunque animalia.* Hesychius. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. τὸν ἐπὶ χηνὶ, καὶ κυνὶ, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅρκον. *Rhadamanti jusjurandum: quod per anserem, canem, & istiusmodi animalia, fiebat.* Corruptus valdè est Zenobius, lib. V. Proverb. LXXXI. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος. Κρατῖνός φησιν, ἐπὶ τῷ χηνὶ, καὶ τῷ κυνὶ, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅρκον Ῥαδαμάνθυι ἀνατιθέασιν. ὡς καὶ Σοκράτης, ἐν δευτέρῳ Κτητικῶν. ἵνα μὴ θεοὺς ὀμνύωσιν. *Rhadamanthi jusjurandum. Cratinus auctor est, per anserem, & canem, & similia, Rhadamanthum jurare solitum: ut & Socrates, libro secundo Possessionum: ne per deos jurarent.* Legendum omninò: ὡς καὶ Σωσικράτης, ἐν δευτέρῳ Κρητικῶν. *Uti etiam Sosicrates, libro secundo Creticorum.* Nam res Cretenses Sosicrates scripsit: ut initio libri primi indicavi, capite primo. Idem mendum est apud Lucilium Tarrhæum, in Collect. Proverb. Sed de hoc Cretensium jurejurando, videndus etiam Suidas, in Ῥαδαμάνθυος ὅρκος: Eustathius, ad Odyss. τ: & Apostolius, cent. XVII. Proverb. VII. Ad ingenii porrò laudem, & industriæ, pertinent tot res inventæ. Ac primò omnium multa Creti, primo regum tribuuntur. Diodorus Siculus, lib. V. Περὶ δὲ τῆς Κρήτης νῦν διέξιμεν. οἱ μὲν γὰρ τὴν Κρήτην κατοικοῦντές φασιν, ἀρχαιοτάτους παρ' αὐτοῖς γενέσθαι τοὺς ὀνομαζομένους Ἐτεοκρῆτας, αὐτόχθονας. ὧν μὲν βασιλέα, Κρῆτα καλούμενον, πλεῖστα, καὶ μέγιστα, κατὰ τὴν νῆσον εὑρεῖν, τὰ δυνάμενα τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ὠφελεῖν. *Nunc de Cretâ disseramus; quippe, Cretam qui inhabitant, antiquissimos apud se fuisse Eteocretas dicunt, homines indigenas: quorum regem, Cretem dictum, plurima, mortalium generi utilissima, invenisse.*

Orpheus primus initia illic Cereris exhibuisse memoratur. Diodorus, loco citato. καὶ τὸν Ὀρφέα, (φασί,) φύσει διαφόρῳ κεχορηγημένον πρὸς ποίησιν, καὶ μελῳδίαν, μαθητὴν γενέσθαι τούτων· καὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξενεγκεῖν τελετάς, καὶ μυστήρια. *Et Orpheum, (ajunt,) quem excellenti ingenio natura instruxerat ad poësin, & melodiam, discipulam horum fuisse, primumque initia, ac mysteria, ad Græcos protulisse.* Et alibi, eodem libro, tradit, ea Cnossi in propatulo celebrata, sicut Athenis in occulto. κατὰ δὲ τὴν Κρήτην ἐν Κνωσσῷ νόμιμον ἐξ ἀρχαίων εἶναι, φανερῶς τὰς τελετὰς ταύτας πᾶσι παραδίδοσθαι· καί, τὰ παρ᾽ ἄλλοις ἐν ἀπορρήτῳ παραδεδομένα, παρ᾽ αὐτοῖς μηδένα κρύπτειν τῶν βουλομένων τὰ τοιαῦτα γινώσκειν. *At in Cretæ urbe Cnosso ab antiquo sancitum esse, initia ista in propatulo exhiberi: quæque in occulto dantur apud alios, apud illos neminem celari omninò cupientium cognoscere.* Huc respexit Salustius, cùm dicit apud Servium, ad Æneid. lib. III. *Primos Cretenses constat invenisse religionem.* Idæi Dactyli ignis usum, ac ferri ærisque naturam, & conflandi rationem, invenerunt. Diodorus. οἱ δ᾽ οὖν κατὰ τὴν Κρήτην Ἰδαῖοι Δάκτυλοι παραδέδονται τήν τε τοῦ πυρὸς χρῆσιν, καὶ τὴν τοῦ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, φύσιν, ἐξευρεῖν· καὶ τὴν ἐργασίαν, δι᾽ ἧς κατασκευάζεται. *Cæterùm Idæi Dactyli in Cretâ traduntur invenisse ignis usum; item æris, ac ferri, naturam: tum laborem, quo paratur.* Etiam de ferro Strabo, de iisdem Dactylis Idæis loquens, lib. X. Πάντες δὲ σίδηρον εἰργάσθαι ὑπὸ τούτων ἐν Ἴδῃ πρῶτόν φασι. *Omnes autem ferrum ab his memorant sub Idâ monte factum esse.* Plinius, ex Hesiodo, lib. VII. cap. lvj. *Ferrum Hesiodus in Cretâ (monstrasse putat) eos, qui vocati sunt Idæi Dactyli.* Post hos Curetes invenere, ovium congregationem, aliorum pecorum cicurationem, & mellis opificium; insuper artem jaculandi, ac venandi rationem: tum societates hominum, & convictus. Inde gladios, cassidesque, & saltationem armatam. Quæ commemorat Diodorus, lib. V. & in bellicis instrumentis, Plinius scorpionem refert, libro citato. *Et in tormentis (invenisse ajunt) Cretas scorpionem.* Gymnasticam quoque exercitationem tribuit Cretensibus Plato: & ab illis, sicut alia, Lacedæmonios accepisse. Ecce verba, De Rep. lib. V. Ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρῶτον μὲν Κρῆτες, ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι. *Inceperunt exercitationes gymnasticas primùm quidem*

dem

dem Cretenses, inde Lacedæmonii. Denique & Musicam inventam Dactylis, refert nobis Isidorus Orig. lib. XIV. cap. vj. *Studium Musicum ab Idæis Dactylis in eâ (Cretâ) cœptum.* Quin & literarum quoque inventionem suam esse asserebant; & idcirco γράμματα φοινικήϊα dicta, quod in foliis palmarum, quæ dicuntur Græcè φοίνικες, olim scribere consuevissent. Vide Suidam, in Φοινικήϊα γράμματα: & Apostolium, Cent. XX. Proverb. xxix. Verùm verba utriusque omninò mutila.

CAP. II.

Pietas, & deorum cultus: quem hinc ortum quidam tradunt. Saturno, liberos immolabant. Jupiter, Ἑταιρεῖος, Ἑκατόμβαιος, Ἄρβιος, Βιέννιος, Ταλαῖος. *Ejus simulacrum, sine auribus, & barbâ. Festum ipsi institutum, propter Liberum interfectum. Ejus sacerdotes animatis abstinebant. Mercurius,* Ἔδας *cognomento: Martis, sacra* Ἑκατομφόνια. Apollo, Δρομαῖος: *ad eundem missa quoque in Delum dona; festumque ibi agitatum. Mithræ, simulacrum. Minervæ, Minoidis cognomento, fanum, ab Argonautis positum. Europæ festum,* Ἑλλώτια *dictum. Cadmus itidem illic cultus; & Epimenides; ac Diognetus: tum & Nympha quædam incerta: cum ostensum simulacrum sine capite, quod putatum esse Moli: atque istud quâ de causâ. Rheæ, nullus illic honos habitus fuit. Istri Opus,* Συναγωγὴ τῶν Κρητικῶν θυσιῶν.

Pietatem, si qua in impietate est, maximam inter virtutes, ac gentilium deorum cultum veterem, inde fidem Christianam, age, nunc repræsentabo. Quidam tradunt, ortam hîc religionem. Salustius, in Fragmento apud Servium, ad Æneid. lib. III. *Primos Cretenses constat invenisse religionem.* Ac probabant id Cretenses; quòd, quæ sacra mysticè Athenienses Eleusine celebrarent, ea multo antè Gnossii in propatulo tradidissent: uti auctor Diodorus, lib. V. Ac Saturno liberos suos immolabant. Athanasius, in Orat. contra Gentes. Κρῆτες τὸν Κρόνον ἐν ταῖς τεκνοθυσίαις αὐτῶν ἱλάσκοντο. *Cretenses liberorum immolationibus Saturnum placabant.* Porphyrius,

De Abst. lib. II. Ἴστρος δὲ, ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Κρητικῶν θυσιῶν, φησὶ, τοὺς Κουρῆτας τὸ παλαιὸν τῷ Κρόνῳ θύειν παῖδας. *Ister verò, in Collectione Cretensium sacrificiorum, tradit, Curetas olim Saturno pueros immolare consuevisse.* Refert quoque, ex hoc ipso Porphyrii loco, Cyrillus, contra Julianum, lib. IV. Jovi quoque sacra faciebant: de quibus in hunc modum Lactantius, lib. I. cap. xxj. *Ipsius autem Cretici Jovis sacra quid aliud, quàm quomodò sit aut subtractus patri, aut nutritus, ostendunt?* Colebatur autem ipsis, Ἑταιρεῖος cognomento: ut supra ostendi, ex Hesychio, cap. x. Et Ἑκατόμβαιος: uti dixi in Gortynæ urbis rebus, lib. I. cap. x. Etiam Ἄρβιος: vide itidem lib. I. cap. xx. Etiam Βιέννιος. Vide Stephanum, in Βίεννος. Et Ταλαῖος. Hesychius. Ταλαῖος, ὁ Ζεὺς, ἐν Κρήτῃ. *Talæus, Jupiter, in Cretâ.* Tabula fœderis, inter Latios, & Olontios. Ὀμνέω τὰν Ἑστίαν, καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Κρηταγενέα, καὶ τὰν Ἥραν, καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Ταλαῖον. *Juro Vestam, & Jovem in Cretâ natum, & Junonem, & Jovem Talæum.* Sed, ut illud quoque moneam, in hâc Tabulâ litera λ geminatur: scribiturque, τὸν Ταλλαῖον. Habebant autem ejus simulacrum sine auribus: quasi dominum rerum omnium nil audire conveniret. Plutarchus, de Is. & Osir. Ἐν Κρήτῃ Διὸς ἦν ἄγαλμα, μὴ ἔχον ὦτα· τῷ γὰρ ἄρχοντι καὶ κυρίῳ πάντων, οὐδενὸς ἀκούειν προσήκει. *In Cretâ erat Jovis imago, auribus carens: neque enim quenquam audiri convenit ab eo, qui omnium rerum sit dominus, atque princeps.* Etiam sine barbâ, in monte Dictâ. Etymologici Auctor, in Δίκτη. Ἐνταῦθα γὰρ Διὸς ἄγαλμα ἀγένειον ἵστατο. *Hîc vero stabat Jovis simulacrum imberbe.* Festo item quodam proprio colebatur, ad placandam ejus iram, propter interfectum Liberum, instituto. Firmicus, De Err. Prof. Relig. *Cretenses, ut furentis tyranni (Jovis) sævitiam mitigarent, festos funeris dies statuunt, & annuum sacrum trieterica consecratione componunt: omnia per ordinem facientes, quæ puer moriens aut fecit, aut passus est.* Et hinc, puto, factum fuerit, uti sacerdotes ejus animatis abstinerent. Porphyrius, De Abst. lib. IV. Μικροῦ με παρῆλθε καὶ τὸ Εὐριπίδειον παραθέσθαι· ὃς τοὺς ἐν Κρήτῃ τοῦ Διὸς προφήτας ἀπέχεσθαι (τῶν ἐμψύχων) φησί. *Sed oblitus ferè fueram hoc Euripidis adjicere; qui dicit, Jovis in Cretâ sacerdotes ab esu (animatorum) abstinere.* Mercurius etiam, Ἐδας cognomento dictus,

dictus, à Gortyniis colebatur: uti supra jam ostendi, lib. I. cap. x. Marti, sacra Ἑκατομφόνια faciebant, in Bienno illic urbe. Stephanus, in Βίεννος. Καὶ μέχρι τοῦ νῦν τὰ καλούμενα Ἑκατομφόνια θύεται τῷ Ἄρει. *Et etiamnum sacra, dicta Hecatomphonia, Marti fiunt.* Apollini, Cursori cognomento dicto, immolârunt. Plutarchus, Symposiac. lib. VIII. Quæst. iv. Πύκτῃ μὲν Ἀπόλλωνι Δελφοὺς Δρομαίῳ δὲ Κρῆτας ἱστοροῦσι θύειν. *Apollini quidem Pugili Delphos, Cursori verò Cretenses ajunt sacra facere.* Et in Delum ab ultimâ antiquitate ad Apollinis adventum dona mittebant, ac choreas agitabant. De donis, est apud Tibullum, lib. IV. Carm. I.

——— *etiam Phœbo gratissima dona*
Cres tulit. ———

De choreis, Virgilius. Æneid. IV.

——— *Delum maternam invisit Apollo,*
Instauratque choros: mistique altaria circùm
Cretesque Dryopesque fremunt. ———

Mithram etiam ibi cultum, discimus ex Epiphanio, Adv. Hær. lib. I. tom. III. Καὶ Μίθρα τοῦ παρὰ Κρησὶν εἰδώλου. *Et Midæ apud Cretenses simulacri.* Minervæ etiam Minoidis fanum illic Argonautæ condiderunt. Apollonius, lib. IV.

Κεῖσο μὲν οὖν Κρήτῃ ἔνι δὴ κνέφας ηὐλίζοντο
Ἥρωες· μετὰ δ' οἵ γε νέον φαέθουσαν ἐς ἠῶ
Ἱρὸν Ἀθηναίης Μινωΐδος ἱδρύσαντο.
Illam igitur in Cretâ noctem transigebant
Heroës, interimque ipsi primum sub auroram
Fanum Minervæ Minoïdis ædificârunt.

Quin colebant & Europam, & Ἑλλώτια ejus festum nuncupabant. Hesychius. Ἑλλώτια, ἑορτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ. *Ellotia, festum Europæ in Cretâ.* Et Gortynii fratrem item ejus, Cadmum. Solinus, cap. xvij. *Hidem Gortynii & Cadmum colunt, Europæ fratrem: ita enim memorant.* Insuper, & Epimenidem. Diogenes Laërtius, in ejus Vitâ. Λέγουσι δέ τινες, ὅτι Κρῆτες αὐτῷ θύουσιν, ὡς θεῷ. *Quidam autem sunt auctores, Cretenses ei sacra facere, velut deo.* Et Diognetum. Ptolemæus Hephæstionis, Hist. lib. V. Ὡς Διόγνητος ὁ Κρὴς, ὁ πύκτης, νικήσας, οὐ λάβοι τὸν στέφανον, ἀλλὰ καὶ ἐλαθείη ὑπὸ Ἠλείων, διό-

τι ὁ νικηθεὶς, καὶ ἀναιρεθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, Ἡρακλῆς ἐκαλεῖτο, ὁμωνυμῶν τῷ ἥρωϊ τοῦτον τὸν Διόγνητον ὡς ἥρωα οἱ Κρῆτες τιμῶσιν. *Quia Diognetus Cretensis, pugil, non accepisset coronam, verùm & ejectus fuit, propterea quod, qui victus cæsusque ab eo erat, Hercules communi cum heroë nomine diceretur, Diognetum hunc Cretenses veluti heroëm colunt.* Denique & Nymphæ incertæ, ut videtur, festum quoddam celebrârunt, in quo simulacrum viri sine capite ostendebant: quem fuisse Molum ajebant, sine capite inventum, postquam vim cuidam Nymphæ intulisset. Plutarchus, De Orac. Def. Ἐν Κρήτῃ χρόνον συχνὸν διάγων, ἔγνων ἄτοπόν τινα τελουμένην ἑορτὴν, ἐν ᾗ καὶ εἴδωλον ἀνδρὸς ἀκέφαλον ἀναδεικνύουσι· καὶ λέγουσιν, ὡς οὗτος ἦν Μόλος, ὁ Μηριόνου πατὴρ, νύμφῃ δὲ πρὸς βίαν συγγενόμενος, ἀκέφαλος εὑρεθείη. *Cùm in Cretâ aliquandiu commoratus essem, cognovi, festum ibi absurdum celebrari, in quo etiam viri simulacrum ostendunt, capite suo truncatum. Ajunt autem Moli esse, Merionis patris: qui, cùm Nympham quandam per vim compressisset, sine capite inventus fuerit.* Cùm autem plures deos colerent, ut ostendi, tamen Rheam non colebant. Strabo refert, ex Demetrio Scepsio, lib. X. Φησὶ δὲ πάλιν ὁ Σκήψιος, ἐν τῇ Κρήτῃ τὰς τῆς Ῥέας τιμὰς μὴ νομίζεσθαι, μηδὲ ἐπιχωριάζειν. *Ait autem rursum Scepsius, in Cretâ nullos Rheæ honores haberi, neque ibi receptos esse.* Ac proprium de sacrificiis Cretensium opus scripsit; titulumque illi fecit: Συναγωγὴ τῶν Κρητικῶν θυσιῶν. *Collectio sacrificiorum Cretensium.* Porphyrius, De Abst. lib. II. Ἴστρος δὲ, ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Κρητικῶν θυσιῶν, φησὶ, τοὺς Κουρῆτας τὸ παλαιὸν τῷ Κρόνῳ θύειν παῖδας. *Ister verò in Collectione sacrificiorum Cretensium, tradit, Curetas olim Saturno pueros immolare consuevisse.* Citatque, ex hoc ipso loco, etiam Cyrillus, contra Julianum, lib. IV.

CAP.

CAP. III.

Diana, Britomartis, & Dictynna, cognomento. Origo nominis utriusque. Βϱιτὺ, *&* Μάϱτις, *quid Cretensibus. Brito Martis, Jovis & Carmæ filia. In mare delapsa, Minoëm persequentem fugiens, in retia piscatorum incidens, salva evadit, Dianæ ope: Unde mox Dictynna dicta. Hesychii locus emendatus. Pestis, in Cretenses grassata; nec sedata, nisi condito Dianæ Dictynnæ templo. Lutatii locus restitutus. Callimachus à Strabone, & Diodoro, reprehensus. Simulacrum deæ, à Dædalo factum, in urbe Olunte: templum ejus, in Laconicâ; & in Cretâ hâc, Cherronesi, ac Cydoniæ: quod à Samiis conditum: item apud Polyrrhenios. Opes illic asservatæ; & appositi, ad excubias faciendas, canes multò ferocissimi: nec intrare, nisi nudis pedibus, concessum fuit.*

Seorsim nunc Diana nobis memoranda est, Βϱιτόμαϱτις cognomento, & Δίκτυννα. Ac prioris cognomenti apud Hesychium est mentio. Βϱιτόμαϱτις, ἐν Κϱήτῃ ἡ Ἄϱτεμις. *Britomartis, in Cretâ Diana.* Ac significationem quidem nominis, dat Solinus, cap. xvij. *Cretes Dianam religiosissimè venerantur,* Βϱιτόμαϱτιν *gentiliter nominantes, quod sermone nostro sonat Virginem dulcem.* Nam Βϱιτὺ Cretensibus erat, *Dulce;* Μάϱτις, *Virgo.* Et de priore quidem vocabulo, etiam videre est apud Hesychium. Βϱιτὺ, γλυκὺ Κϱῆτες. *Brity, dulce Cretenses.* Quamvis aliam nominis rationem reddit magni Etymologici Auctor: qui videndus. Erat autem, uti tradunt, Britomartis filia Jovis, & Carmæ: ac Dianæ, ob venandi studium grata. Meminit ejus Claudianus, in Stilich. Paneg. III.

Ignea Cretæâ properat Britomartis ab Idâ.

Callimachus, Hymno in Dianam.

Ἔξοχα δ' ἀλλάων Γοϱτυνίδα φίλαο Νύμφην,
Ἐλλοφόνον, Βϱιτόμαϱτιν, ἐΰσκοπον. ———

Præcipuè autem inter alias Gortyniam amâsti Nympham,
Cervarum interfectricem, Britomartin, industriè jaculantem. —

Virgilius, in Ciri.

——— ut quid ego amens
Te ereptâ, ô Britomarti, meæ ſpes una ſalutis,
Te, Britomarti, diem potui producere vitæ?

Hæc, inter venandum de monte delapſa in mare, & à Dianâ, in expanſis fortè piſcatorum retibus, conſervata, cùm illæſa evaſiſſet, Dianæ, Δικτύννῃ cognomento, quaſi dicas *Retiariæ*, fanum ſtruxit. Scholiaſtes Ariſtophanis, ad Ranas. Φασὶ δὲ, ὅτι νύμφη τις, Βριτόμαρτις καλουμένη, θηρεύουσα ποτὲ, δικτύοις τισὶ κατὰ τύχην ἐνέπεσε. καὶ, ὑπὸ Ἀρτέμιδος ῥυσθεῖσα, Δικτύννης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Ajunt autem, Nympham quandam, Britamartin nominatam, venantem aliquando, in retia quædam fortuitò incidiſſe: & , ſervatam à Dianâ, fanum Dianæ Dictynnæ exſtruxiße.* Alii tradunt, vim Minois perſequentis fugientem, atque ultro in ſubjectum pelagus deſilientem, cùm in retia piſcatorum incidiſſet, incolumem, Dianæ ope, evaſiſſe. Scholiaſtes Euripidis, ad Hippolytum. Τινὲς δὲ Δίκτυνναν τὴν Ἄρτεμιν, ἀπὸ τῆς κυνηγοῦ Νύμφης, ἐμπεσούσης εἰς δίκτυα, Βριτομάρτιδος, φυγούσης τὸν Μίνωα. *Quidam Dictynnam appellatam Dianam tradunt, à venatrice Nymphâ, in retia illapſâ, Britomartide, cum fugeret Minoëm.* Corruptus hodiè is locus, editurque: Κριτομάρτιδος, φαγούσης τὸν Μίνωα. *Critomartide, cùm ederet Jovem.* Pauſanias, in Corinthiacis. Διὸς δὲ, καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου, Βριτόμαρτιν γενέσθαι· χαίρειν δὲ αὐτὴν δρόμοις τε καὶ θήραις, καὶ Ἀρτέμιδι μάλιστα φίλην εἶναι. Μίνων δὲ ἐρασθέντα φεύγουσα, ἔρριψεν ἑαυτὴν ἐς δίκτυα, ἀφειμένα ἐπ' ἰχθύων θήρᾳ. ταύτην μὲν θεὸν ἐποίησεν Ἄρτεμις, σέβουσι δὲ οὐ Κρῆτες μόνον, ἀλλὰ καὶ Αἰγινῆται, λέγοντες φαίνεσθαί σφισιν ἐν τῇ νήσῳ τὴν Βριτόμαρτιν. ἐπίκλησις δέ οἱ παρά τε Αἰγινήταις ἐστὶν Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα ἐν Κρήτῃ. *Jove, & Carmâ Eubuli filiâ, Britomartin natam eſſe: quæ, cùm ſe totam in venandi ac currendi ſtudia tradidiſſet, Dianæ multò chariſſima fuerit. Verùm, cùm, Minoëm amantem fugiens, ſe in retia dejeciſſet, quæ ad piſces capiendos fuerant in mare miſſa, eam Diana quidem deam fecit; coluntque non Cretenſes tantum, verùm etiam Æginetæ: Britomartin ſibi in inſulâ apparuiſſe dictitantes. ac cognomen illi eſt, apud Æginetas quidem, Aphæa; apud Cretenſes, Dictynna.* Fusè

etiam

etiam in eundem planè modum memoratur à Callimacho, Hymno citato: & Virgilio quoque, in Ciri.

Nunquam, tam obnixè fugiens Minois amores,
Præceps aërei speculâ de montis abîsses:
Unde alii fugisse ferunt, & nomen Aphææ
Virginis assignant: alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine Lunam.

Ita rectè locum illum emendavit magnus Scaliger, in suo ad eum Commentario. Observa autem, geminum deæ cognomentum, & id gemino quoque loco, ut Pausanias, in citatis statim verbis, clarè docet; Aphææ nempe, & Dictynnæ. Et Hesychius mentionem utriusque item facit. Ἀφαία, ἡ Δίκτυννα, καὶ Ἄρτεμις. *Aphæa, Dictynna, & Diana.* Sed luxatum leviter locum sic restitue. Ἀφαία, καὶ Δίκτυννα, ἡ Ἄρτεμις. *Aphæa, & Dictynna, Diana.* Fusè memorat Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. xl. Sunt qui tradant, post Minois istud factum, magnâ Cretam peste divexatam esse: nec cessasse priùs illam, quam Dianæ, Dictynnæ cognominatæ, templum struerent. Lutatius, ad Thebaidos Statii lib. IX. *Britomartis fuit virgo Cretensis, Dianæ dicata. Huic cùm rex Cretensium Minos stuprum vellet inferre, illa se jecit in mare, illataque est retibus piscatorum, quæ Græcè* δίκτυα *nominantur, à quibus hujus corpus extractum est. insula tamen Creta pestilentia laboravit, quam evadere penitus nequißent, nisi templum Dianæ instituissent, eamque Dictynnam vocaßent, à retibus.* Sic restituo: nam corruptè hodie editur. *Briton Martis filia virgo Cretensis.* Verum, de Minois amore, Callimachum fuisse auctorem, & ab eo alios mox accepisse, satis constat. & hoc nomine reprehendit eum Strabo, lib. X. οὐκ εὖ δ' οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασὶν, ὡς ἡ Βριτόμαρτις, φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τοῦ Δίκτης ἅλοιτο εἰς ἁλιέων δίκτυα· καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθείη· Δίκτη δὲ, τὸ ὄρος. οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐκ γειτόνων ἐστὶ τοῖς τόποις τούτοις ἡ Κυδωνία, πρὸς δὲ τοῖς ἑσπερίοις κεῖται τῆς νήσου πέρασι. *Non benè etiam à Callimacho dictum ajunt, Britomartin, Minois vim fugientem, desiluisse in retia piscatorum, & hinc Dictynnam ipsam quidem à Cydoniatis dictam: at montem, Dictam. nec enim Cydonia vicina istis locis erat, sita in fini-*

finibus insulæ occidentalibus. Ac Callimachi quidem versus, quos designat, ecce isti, Hymno semel, iterumque, jam citato.

Ἐλλοφόνον Βριτόμαρτιν, ἐΰσκοπον. ἧς ποτὲ Μίνως
Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὔρεα Κρήτης.
Ἡ δ' ὁτὲ μὲν λασίῃσιν ὑπὸ δρυσὶ κρύπτετο νύμφη,
Ἄλλοτε δ' εἰαμενῇσιν. ὁ δ' ἐννέα μῆνας ἐφοίτα
Παίπαλά τε κρημνούς τε· καὶ οὐκ ἀνέπαυσε διωκτύν,
Μέσφ' ὅτε μαρπτομένη καὶ δὴ σχεδὸν ἥλατο πόντον
Πρηόνος ἐξ ὑπάτοιο· καὶ ἔνθορεν εἰς ἁλιήων
Δίκτυα, τά σφ' ἐσάωσεν. ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες
Νύμφαν μὲν, Δίκτυνναν, ὄρος δ', ὅθεν ἥλατο νύμφη,
Δικταῖον καλέουσιν. ἀνεστήσαντο δὲ βωμοὺς,
Ἱερά τε ῥέζουσι. ———

Cervicidam Britomartim, rectè jaculantem; cujus aliquando Minos
Amore correptus, percurrit montes Cretæ.
Nympha autem sub densis quercubus se occultabat,
Aliàs verò in locis uliginosis. ipse verò novem menses ambulabat
Per loca abrupta, scopulosque: nec omisit insectationem,
Donec ferè comprehensa insiliit in mare
Vertice è summo: & insiliit in piscatorum
Retia, quæ ipsam servârunt. unde deinceps Cydones
Nympham quidem, Dictynnam; montem verò, è quo desiliit,
Dictæum vocant: constituerunt autem aras,
Et sacra faciunt. ———

Diodorus quoque Siculus, etsi non expresso nomine, tacite Callimachum hîc reprehendit, & cognominis Dictynnæ aliam rationem exponit, lib. V. Βριτόμαρτιν δὲ, τὴν προσαγορευομένην Δίκτυνναν, μυθολογοῦσι γενέσθαι μὲν ἐν Καινοῖ τῆς Κρήτης, ἐκ Διὸς, καὶ Κάρμης τῆς Εὐβούλου, τοῦ γεννηθέντος ἐκ Δήμητρος. ταύτην δ', εὑρετὴν γενομένην δικτύων τῶν εἰς κυνηγεσίαν, προσαγορευθῆναι Δίκτυνναν· καὶ τὰς μὲν διατριβὰς, ποιήσασθαι μετὰ τῆς Ἀρτέμιδος· ἀφ' ἧς αἰτίας ἐνίους δοκεῖν, τὴν αὐτὴν εἶναι Δίκτυνναν τε καὶ Ἄρτεμιν· θυσίαις τε καὶ ναῶν κατασκευαῖς τετιμῆσθαι παρὰ τοῖς Κρησὶ τὴν θεὸν ταύτην. τοὺς δ' ἱστοροῦντας, αὐτὴν ὠνομάσθαι Δίκτυνναν, ἀπὸ τοῦ συμφυγεῖν εἰς ἁλιευτικὰ δίκτυα, διωκομένην ὑπὸ Μίνω, συνουσίας ἕνεκα, διημαρτηκέναι τῆς ἀληθείας. οὔτε γὰρ, τὴν θεὸν εἰς τοιαύτην ἀθέ-

νειαν ἐλθεῖν, πιθανὸν ὑπάρχειν, ὥστε προσδεηθῆναι τῆς παρ᾽ ἀνθρώπων βοηθείας, τὴν μεγίστου τῶν θεῶν οὖσαν θυγατέρα. οὔτε τῷ Μίνῳ δίκαιον προσάπτειν τοιαύτην ἀσέβειαν, παραδεδομένῳ συμφώνως δικαίαν προαίρεσιν, καὶ βίον ἐπαινούμενον, ἐζηλωκέναι. *Britomartin porrò, quæ Dictynna cognomento appellata, in Cænone Cretæ natam esse fabulantur, ex Jove, & Carme Eubuli filiâ, qui ex Cerere prognatus. Hæc, ut ajunt, postquam casses venatorios invenisset, Dictynna appellata fuit. Familiaris autem erat Dianæ; quâ de causâ quidam etiam putârunt, Dictynnam certè, & Dianam, eandem esse: & hanc deam sacris pariter ac templis à Cretensibus honoratam. Illos verò, qui propterea Dictynnam vocari ajunt, quod, Minoë ad concubitum persequente, confugerit ad retia piscatorum, à vero aberrare tradunt. Nam nec verisimile eße, eò impotentiæ redactam deam, maximi deorum filiam, ut necesse ei fuerit, opem hominum implorare. nec Minoi, qui consensu & justitiæ studiosus, & laudatam vitam egisse, memoratur, tantam impietatem affingere, æquum esse.* Ac simulacrum quidem ejus, à Dædalo factum, Olunte erat: quæ ex Cretæ urbibus una. Pausanias, in Bæoticis. Δαιδάλου δὲ τῶν ἔργων, δύο μὲν ταῦτά ἐστιν ἐν Βοιωτοῖς, Ἡρακλῆς τε ἐν Θήβαις, καὶ παρὰ Λεβαδεῦσιν ὁ Τροφώνιος. τοσαῦτα δὲ ἕτερα ξόανα ἐν Κρήτῃ, Βριτόμαρτις ἐπ᾽ Ὀλοῦντι, καὶ Ἀθηνᾶ παρὰ Κνωσσίοις. *Ex Dædali operibus, apud Bæotos duo exstant, Hercules Thebis; apud Lebadenses, Trophonius: totidem in Cretâ è ligno, Britomartis ad Oluntem, & Minerva apud Cnossios.* Ac templum quoque ejus in Laconicâ erat, juxta Tænarum promontorium: quod Isoriæ Dianæ, & Limnææ, dicebatur, cùm reverâ illud Britomartis esset. Idem Pausanias, in Laconicis. Ἐπανελθοῦσι δὲ ὀπίσω πρὸς τὴν Λέσχην, ἔστιν Ἀρτέμιδος Ἰσώρας ἱερόν· ἐπονομάζουσι δὲ αὐτὴν καὶ Λιμναίαν, οὖσαν οὐκ Ἄρτεμιν, Βριτόμαρτιν δὲ τῆς Κρητῶν. *Verùm, si ad Leschen pedem referas, ad Isoræ Dianæ fanum venias, quam Limnæam etiam vocant: cùm Diana illa quidem non existat, sed Cretensium Britomartis.* Erat verò Dictynnæ fanum, sive Britomartin dicas, quæ est eadem, Cherronesi. Strabo, in descriptione Cretæ, lib. X. Λύκτου δὲ, ἧς ἐμνήσθημεν καὶ πρότερον, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ λεγομένη Χερρόνησος, ἐν ᾗ τὸ τῆς Βριτομάρτεως ἱερόν. *Lycti autem, cujus etiam mentionem anteà fecimus, navale est Cherronesus quæ dicitur, ubi fanum Britomartis.*

martis. Erat etiam Cydoniæ, à Samiis ſtructum: qui condiderant etiam Cydoniam ipſam. Herodotus, lib. III. Αὐτοὶ δὲ (οἱ Σάμιοι) Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ ἔκτισαν· οὐκ ἐπὶ τοῦτο πλέοντες, ἀλλὰ Ζακυνθίους ἐξελῶντες ἐκ τῆς νήσου. ἔμειναν δ᾽ ἐν ταύτῃ, καὶ εὐδαιμόνησαν, ἐπ᾽ ἔτεα πέντε. ὥστε τὰ ἱρὰ, τὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα νῦν, οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες, καὶ τὸν τῆς Δικτύννης νηόν. *Ipſi autem (Samii) Cydoniam in Cretâ condiderunt; quum illuc non eâ de cauſâ navigaſſent, ſed Zacynthios uti inſulâ ſubmoverent. Manſere verò in hâc urbe, & rem proſperè geſſere, per quinquennium: ita ut templa, quæ Cydoniæ nunc viſuntur, ipſi fecerint, ſicut & Dictynnæ fanum.* Erat & apud Polyrrhenios. Strabo, lib. X. Πρὸς ἑσπέραν δ᾽ ὅμοροι τοῖς Κυδωνιάταις Πολυῤῥήνιοι· παρ᾽ οἷς ἐστὶ τὸ τῆς Δικτυώνης ἱερόν. *Ad occidentem verò finitimi Cydoniatis ſunt Polyrrhenii: apud quos eſt Dictynnæ fanum.* In hoc templo, veluti ſanctiſſimo loco, magnæ opes aſſervatæ, quibus ad cuſtodiam appoſiti canes ferociſſimi, qui cum urſis, aliiſque iſtiuſmodi animalibus, facilè contendere poſſent. Philoſtratus, De vitâ Apollonii, lib. VIII. Διατρίβειν μὲν ἐν τῇ Κρήτῃ τὸν Ἀπολλώνιον, μᾶλλον, ἢ πρὸ τούτου, θαυμαζόμενον. ἀφικέσθαι δ᾽ ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Δικτυώνης ἀωρί. Φυλακὴ δὲ τῷ ἱερῷ κυνῶν ἐπιτέτακται, Φρουροὶ τοῦ ἐν αὐτῷ πλούτου. καὶ ἀξιοῦσιν αὐτοὺς οἱ Κρῆτες μήτε τῶν ἄρκτων, μήτε τῶν ὧδε ἀγίων, λείπεσθαι. *Verſatum quidem tunc in Cretâ Apollonium, cùm majori, quàm anteà, admirationi eſſet. acceſſiſſe autem intempeſtivè ad Dictynnæ templum: cui excubiæ canum impoſitæ, opes illic collocatas ſervaturæ. quos Cretenſes certè tradunt, nec ab urſis, neque feris iſtiuſmodi, ſuperari.* Certè opes, & theſauros, in Dianæ templis poni aſſervandos conſueviſſe apud Cretenſes, hoc Hannibalis quoque factum, quod Æmylius Probus refert, in ejus Vitâ, ſat oſtendit. *Antiocho fugato, verens, ne dederetur, quod ſine dubio accidiſſet, ſi ſui feciſſet poteſtatem, Cretam ad Gortynios venit: ut ibi, quò ſe conferret, conſideraret. Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore in periculo, niſi quid prævidiſſet, propter avaritiam Cretenſium. magnam enim ſecum pecuniam portabat; de quâ ſciebat exiiſſe famam: itaque capit tale conſilium. amphoras complures complet plumbo: ſummas operit auro, & argento. has, Gortyniis præſentibus, deponit in templo Dianæ: ſimulans, ſe ſuas fortunas illorum fidei credere.* Nec intrare ulli licuit, niſi nudis

dis pedibus. Solinus, loco citato: ubi de hâc deâ agit. *Ædem numinis, præterquam nudus veſtigia, nullus licitò ingreditur.* Meminit ſtrictim hujus deæ Apuleius, Mileſ. XI. *Cretenſes ſagittiferi Dictynnam Dianam.* Et Palæphatus, lib. De Fab. Καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν Κυρηναῖοι Γοργόνην, ὥσπερ τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες Βένδειαν, Κρῆτες δὲ Δίκτυνναν. *Vocant autem Minervam Corcyræi Gorgonen; ſicut Dianam Thraces Bendéam, & Cretenſes Dictynnam.*

CAP. IV.

Fidem Chriſtianam amplexi, imbuente illos S. Paulo, & diſcipulo ejus Tito: ac poſteà etiam Dionyſio, Corinthi epiſcopo. Honorius correctus. Metropolitani locus, inter cæteros: & quo modo poſteà mutatus fuerit. Tum epiſcopi duodecim; Gortynæ, Cnoſſi, Arcadiæ, Cherroneſi, Aulopotami, Agrii, Lampæ, Cydoniæ, Hieræ, Petræ, Sitéæ, ac Ciſſami: inde alii ſex adjuncti; Apolloniæ, Cantani, Eleuthernæ, Heracléæ, Phœnicis, & Sibyrti. Honorius iterum, tertiumque, emendatus. Denique & martyres illius inſulæ memorati.

Ab idolis memoratis, tandem, ad veram pietatem tranſeuntes, fidem in Chriſtum ſunt amplexi, primùm S. Paullo apoſtolo, hinc diſcipulo ejus Tito, imbuente: quem ſe ipſe illic reliquiſſe ſcribit, ut perficeret pridem abs ſe inchoata. Ecce verba, Epiſtolæ, quam ad eum ſcribit, cap. I. Τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. *Hujus rei gratiâ reliqui te in Cretâ, ut, quæ reliqua ſunt, corrigas: & conſtituas oppidatim preſbyteros, ſicut ego tibi injunxi.* Iſque primus ibi epiſcopus conſtitutus; ut expreſſum in ſubſcriptione Epiſtolæ S. Pauli, quæ ad ipſum eſt. Πρὸς Τίτον, τῆς Κρητῶν ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγράφη ἀπὸ Νικοπόλεως τῆς Μακεδονίας. *Ad Titum, qui primus Cretenſium eccleſiæ epiſcopus ordinatus fuit, ſcripta Nicopoli Macedoniæ.* Petrus Siculus, De Manich. Hær. Οὐ γὰρ ἦν μιμητὴς Τίτου, τοῦ ἐν Κρήτῃ ὑπὸ Παύλου τοῦ ἀποστόλου χειροτονηθέντος ἐπισκόπου. *Non enim erat imitator Titi, qui in Cretâ ab apoſtolo Paulo epiſcopus electus fuit.* Videndi quoque, Euſe-

Eusebius, Hist. Eccles. lib. III. cap. iv. Hieronymus, & Sophronius, De Script. Eccles. Isidorus, De Vitâ & Morte Sanct. cap. lxxxviij. Itaque memoria ejus à Cretensibus Christianam fidem amplexis, celebrata, ad diem IV. Januarii. Martyrologium Romanum, ad eum diem. *In Cretâ natalis sancti Titi; qui ab Apostolo Paulo Cretensium episcopus ordinatus, post prædicationis officium fidelissimè consummatum, beatum finem adeptus, sepultus est in Ecclesiâ, ubi à beato Apostolo dignus minister fuerat constitutus.* Videndus etiam Usuardus; in Martyrologio suo. Scripsit quoque posteà ad eos Epistolam unam, ut in fide confirmaret, Dionysius, Corinthi episcopus: uti & seorsim ad Gnossios, Pinytumque, eorum episcopum. Vide Hieronymum, Sophronium, & Honorium, lib. De Script. Eccles. Sed Honorius emendandus; apud quem malè legitur: *Sexta, ad Ignosianos.* Rescribe, *ad Gnossianos.* Ac progressu quoque temporis, cùm religio Christiana invaluisset, sub principibus Christianis, varii hîc episcopatus ordinati; cumque metropolitani, qui sub patriarchâ essent Constantinopolitano, octoginta atque unus censerentur, Cretæ metropolitanus ordine tricesimus erat: ut apparet ex Leonis Imperatoris Novellâ, quâ cuique locus suus assignatur. Posteà, tricesimum septimum locum accepit; idque discere est ex Notitiâ Metropolium Andronici Palæologi Senioris: quæ apud Codinum exstat. In hâc, cùm de Cretâ agit, ecce tibi ista verba. καὶ αὕτη, τριακοστὴ οὖσα, εἰς τριακοστὴν ἑβδόμην ὑπεβιβάσθη. *Et hæc, cùm tricesima esset, tricesima septima facta fuit.* Ac episcopatus quidem, sub Leone, quem jam dixi, duodecim erant: Gortyna nempe, Cnossus, Arcadia, Cherronesus, Aulopotamus, Agrium, Lampa, Cydonia, Hiera, Petra, Sitea, & Cissamus. Ecce, in Leonis Novellâ. Τῷ τῆς νήσου Κρήτης (μητροπολίτῃ ὑπάσι) πρῶτος, ὁ Γορτυνίης (ἐπίσκοπος.) δεύτερος, ὁ Κνωσσοῦ· τρίτος, ὁ Ἀρκαδίας. τέταρτος, ὁ Χερρονήσου· πέμπτος, ὁ Αὐλοποτάμου· ἕκτος, ὁ τοῦ Ἀγρίου· ἕβδομος, ὁ Λάμπης· ὄγδοος, ὁ Κυδωνίας· ἔννατος, ὁ Ἱερᾶς· δέκατος, ὁ Πέτρας· ἑνδέκατος, ὁ Σιτείας· δωδέκατος, ὁ Κισσάμου. *Cretæ insulæ metropolitano subsunt; primus, Gortynæ episcopus: secundus, Cnossi: tertius, Arcadiæ: quartus, Cherronesi: quintus, Aulopotami: sextus, Agrii: septimus, Lampæ: octavus, Cydoniæ:*

niæ: nonus, *Hieræ*: *decimus*, *Petræ: undecimus*, *Siteæ: duodecimus*, *Ciſſami*. Ac Gortynæ quidem epiſcopi, varii commemorantur; Cyrillus, martyr factus, ſub Decio: uti Ado, Uſuardus, Martyrologium Romanum, ad diem IX. menſis Julii. Menologium Græcorum ſub Diocletiano paſſum refert. Tum ejuſdem nominis alter, itidem martyr, ab Agarenis interfectus, cùm hi Cretam expugnarent, imperante Michaële Balbo: uti tradunt Joannes Curopalates, Cedrenus, Zonaras, Annal. III. Etiam Iconius, in Synodo Epheſinâ nominatur; Martyrius, in Chalcedonenſi; in Conſtantinopolitanâ II, Theodotus; in III, Baſilius: & Philippus, apud Hieronymum, De Script. Eccleſ. & Martyrologium Romanum, ad diem xj. Aprilis. Eumenus, in eodem illo Martyrologio, ad Septembris diem xviij. Sed de Philippo, quem jam ſtatim memoravi, emendandus eſt Honorius, lib. De Script. Eccleſ. *Philippus*, *Cretenſis*, *Gortynæ urbis epiſcopus*, *præclarum adverſus Marcionem edidit librum*. Hodiè corruptè editur: *Coritinæ urbis epiſcopus*. Cnoſſi epiſcopi referuntur, Zenobius, in Synodo Epheſinâ; Gennadius, in Chalcedonenſi; & Pinytus, apud Hieronymum, lib. De Script. Eccleſ. Martyrologium Romanum, Adonem & Uſuardum, ad diem x Octobris. Et emendandus de eo Honorius, libro citato. *Pinytus*, *Cretenſis*, *Gnoſſiæ urbis epiſcopus*, *ſcripſit ad Dionyſium epiſcopum valdè elegantem epiſtolam*. Hodiè vulgatur: *Ignoſiæ urbis epiſcopus*. Arcadiæ, dicitur Joannes, in Synodo Nicenâ II. Cherroneſi, Anderius, in Epheſinâ; & Siſinnius, in Conſtantinop. III, ac Nicenâ item II. Lampæ, Paulus, in Epheſinâ; Demetrius, in Chalcedonenſi; Joannes, in Conſtantinop. III; & Epiphanius, in Nicenâ II. Cydoniæ, Nicetas, in Conſtantinop. III: & Meliton, in Nicena II. Ciſſami denique, Theopemptus, in Conſtantinop. III; & Leo, in Nicenâ II. Poſt Leonis verò tempora, etiam plures acceſſere; & Euſebius Apolloniæ memoratur, in Chalcedonenſi Synodo: Cantani, Paulus in eadem; ut Georgius, in Conſtantinop. III; & Photinus, in Nicenâ II. Eleutheruæ, Euphrates, in Chalcedonenſi; & Epiphanius, in Nicenâ II. Heracleæ, Theodorus; & Phœnicis, Leo, in eâdem: Ac poſtremò Sibyrti, Cyrillus, in Chalcedonenſi; & Theo-

dotus, in Nicenâ II. Habuit itaque Chriſtiana facta, Creta epiſcopatus univerſim decem & octo. Denique martyrio ſuo inſulam hanc illuſtrarunt præter eos, quos jam dixi, Myron, epiſcopus. Vide Martyrologium, ad Auguſti diem VIII. Denique Theodulus, Saturninus, Euporus, Gelaſius, Eunicianus, Zeticus, Cleomenes, Agathopus, Baſilides & Euariſtus. Vide idem Martyrologium, ad diem Decembris xxiij.

CAP. V.

Facta. Urbes conditæ; & coloniæ, quas duxerunt. Statua, Apollini Pythio dedicata. Sotadem, patriam abnegantem, exilio afficiunt. Cum Minoë in Siciliam profecti, ad quærendum illic Dædalum, eo à Cocali filiabus interfecto mox regressi, inde, ad ultionem cædis, denuò Siciliam petunt: & Camico per quinquennium fruſtra obſeſſâ, cùm redire domum vellent, tempeſtate in Japygiam ejecti, urbem illic Hyriam condunt, & Japyges pro Cretenſibus appellari inceperunt, à ductore ſuo Japyge, Dædali ex Cretica muliere filio. Strabonis locus reſtitutus; & ejuſdem quoque error indicatus. Alii, profectionis hujus cauſam aliam tradunt, Glauci inquiſitionem. Eorum, temporis progreſſu, in pejus mutatio. Tertia cauſa; quia, ex voto Delphos miſſi, alere ibi ſe non poſſent. Denique Bottiæi dicti; à Bottone nempe duce: & oraculum, quod his datum.

Poſt virtutes, jure & facta, urbes conditas, ac colonias deductas, recenſebimus. Suæ in Apollinem Pythium, ut videtur, pietatis monumentum, ſtatuam quandam dedicarunt Pythone, ſive in Parnaſſo monte, ut loquitur Pindarus, Pythionic. Od. V.

——— ἀμ-
φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες οὓ τοξοφόροι τέγει
Παρνασσίῳ καθέσσαν-
το. ———

——— *ad*
Statuam propè,
Cretenses quam sagittarii in cacumine
Parnassio collocâ-
runt. ———

Ubi Scholiastes. Πλησίον τοῦ ἀνδριάντος, ὅν τινα οἱ Κρῆτες παρὰ τῷ Παρ-
νασίῳ ὄρει καθίδρυσαν· τουτέστιν, ἐν τῇ Πυθοῖ. *Juxta statuam, quam*
Cretenses dedicârunt in monte Parnaßo: id est, Pythone. Setadem,
qui patriam suam, in Ephesiorum gratiam, abnegasset, exitio da-
mnârunt. Pausanias, Eliac. II. Σωτάδης δὲ ἐπὶ δολιχοῦ νίκαις ὀλυμπιά-
δι μὲν ἐννάτῃ καὶ ἐννενηκοστῇ Κρὴς, καθάπερ γε καὶ ἦν, ἀνερρήθη· τῇ ἐπὶ ταύ-
τῃ δὲ, λαβὼν χρήματα παρὰ τοῦ Ἐφεσίων κοινοῦ, Ἐφεσίοις εἰσεποίησεν ἑαυτόν.
καὶ αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἔργῳ φυγῇ ζημιοῦσιν οἱ Κρῆτες. *Sotades, longioris curri-*
culi victor, Olympiade nonagesimâ nonâ, Cretensis, uti erat, renun-
tiatus est: eâ verò quæ consecuta est Olympiade, acceptâ publicè ab
Ephesiis pecuniâ, Ephesius haberi maluit. eumque ob hoc factum Cre-
tenses exilio mulctarunt.

Cum Minoë in Siciliam profecti, ac Camico per quinquennium
frustra obsessâ, & Minoë interfecto, postquam domum rediissent,
aliquo tempore interjecto, alii ex eâdem insulâ, ad Minois regis
cædem ulciscendam, & Camicum obsidendam, cùm Siciliam pe-
tiissent, ac quinquennio frustra eam obsedissent, redire in Cretam
cupientes, tempestate in Japygiam ejecti, urbem illic Hyriam con-
dunt. Herodotus, lib. VII. Λέγεται γὰρ Μίνω κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου
ἀπικόμενον ἐς Σεκανίην, τὴν νῦν Σικελίην καλουμένην, ἀποθανεῖν βιαίῳ θα-
νάτῳ. ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, θεοῦ σφε ἐποτρύνοντος, πάντας, πλὴν Πο-
λιχνιτέων τε καὶ Πραισίων, ἀπικομένους στόλῳ μεγάλῳ ἐς Σικανίην, πολιορ-
κέειν ἐπ' ἔτεα πέντε πόλιν Κάμικον· τέλος δὲ, οὐ δυναμένους οὔτε ἑλεῖν, οὔτε
παραμένειν, λιμῷ συνεστεῶτας, ἀπολιπόντας οἴχεσθαι. ὡς δὲ κατὰ Ἰηπυγίην
γενέσθαι πλώοντας, ὑπολαβόντα σφεας χειμῶνα μέγαν ἐκβαλέειν εἰς τὴν
γῆν. συναραχθέντων δὲ τῶν πλοίων, (οὐδεμίην γάρ σφι ἔτι κομιδὴν ἐς Κρήτην
φαίνεσθαι,) ἐνθαῦτα Ὑρίην πόλιν κτίσαντας, καταμεῖναί τε· καὶ μεταβαλόν-
τας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν, Ἰήπυγας Μεσσαπίους γενέσθαι. *Fertur Minoëm,*
Dædalum quærentem, cùm in Sicaniam, quæ Sicilia nunc vocatur,
appulisset, violentâ illic morte periisse. Interjecto inde tempore,

Cretenses omnes, exceptis Polichnitanis, ac Præsiis, incitante ipsos deo, magnâ classe in Siciliam trajecisse, ac Camicum obsedisse per quinquennium. ad extremum, cùm nec expugnare possent, neque etiam permanere, fame afflictos, eâ relictâ abiisse: ac, dum circa Japygiam navigant, exortam ingentem tempestatem eos in terram ejecisse. navibusque laceratis, cùm spes nulla redeundi in Cretam ipsis appareret, urbe Hyriâ ibi conditâ, substitisse: &, mutato deinceps nomine, pro Cretensibus Japyges Messapios dictos. Conon, apud Photium in Bibliothecâ, quanquam nullâ Hyriæ conditae mentione, Narrat. XXV. Μίνως, υἱὸς Διὸς καὶ Εὐρώπης, ὁ βασιλεύων Κρήτης, κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου στόλῳ πλεύσας εἰς Σικανίαν, (αὕτη δ' ἐστὶν ἡ νῦν Σικελία,) ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων (ἐβασίλευε δ' οὗτος Σικελῶν) ἀναιρεῖται. καὶ τὸ Κρητικὸν πολεμεῖ Σικελοῖς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ἡττᾶται. καὶ ἐπανιόντες, ὑπὸ χειμῶνος ἐξέπεσον εἰς Ἰάπυγας. καὶ αὐτόθι τότε ἱδρύσαντο, ἀντὶ Κρητῶν γεγονότες Ἰάπυγες. *Minos, Jovis & Europæ filius, Cretæ rex, cùm, Dædalum quærens, classe in Sicaniam, quæ nunc Sicilia est, trajecisset, à Cocali, Siciliæ regis, filiabus interficitur. Hinc Cretenses, regis suï cædem ulturi, bellum adversus Siculos capiunt: sed devicti, cùm redire domum vellent, tempestate ad Japygas ejecti, sedes ibi tunc fixerunt, & Japyges pro Cretensibus facti sunt.* Eustathius, ad Dionysium. Κρητῶν δὲ κτίσμα ἡ πόλις Ὑρία, κατὰ Ἡρόδοτον, κληθεῖσα, ὅτε οἱ Κρῆτες, εἰς Σικελίαν ἀφικόμενοι ἐπὶ πολιορκίᾳ, καὶ μηδὲν ἰσχύσαντες, ἐξεβλήθησαν εἰς τὴν γῆν χειμῶνι μεγάλῳ. *Condita est urbs Hyria à Cretensibus; cùm, in Siciliam profecti, obsidendæ urbis causâ, nequicquam rem conati, magnâ in terram hanc tempestate sunt ejecti.* Strabo apud Herodotum οὐρίην, non Ὑρίην, legisse videtur, lib. VI. Εἰρηκότος δ' Ἡροδότου, Οὐρίαν εἶναι ἐν τῇ Ἰαπυγίᾳ, κτίσμα Κρητῶν, πλανηθέντων ἐκ τοῦ Μίνω στόλου εἰς Σικελίαν. *Cùm Herodotus dixerit, Uriam esse in Japygiâ, conditam à Cretensibus, qui à classe Minois, in Siciliam profectâ, evagati sunt.* Sed scripsisse eum Ὑρίαν, potiùs quàm Οὐρίαν, censeo, ad Herodoti exemplum: & corruptum à librario eum locum. Sed, corrupta ejus verba ut emendo, sic erroris manifestum item teneo: nam Japygiam qui appulsi tempestate, non iidem illi erant, qui Siciliam cum Minoë rege petierant, verum alii, qui, post temporis intervallum, ulciscen-

cifcendæ ejus cædi, claſſem inſtruxerant. Hoc Herodotus clarè dicit, in citatis, antè verbis: indicatque etiam Conon. Eundem errorem poſteà quoque iterum errat, iſtis verbis. Τούτους δὲ (τοὺς Κρῆτας) εἶναί φασι τοὺς μετὰ Μίνω πλεύσαντας εἰς Σικελίαν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, τὴν ἐν Καμικοῖς παρὰ Κωκάλῳ συμβᾶσαν, ἀπάραντας ἐκ Σικελίας, κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν δεῦρο παρωσθέντας. *Hos autem (Cretenſes) eos quidem eſſe ajunt, qui, Minoëm in Siciliam comitati, ipſo in Camicis mortuo apud Cocalum, cùm diſcederent è Siciliâ, in reditu huc ſunt appulſi.* Erat verò claſſis hujus dux Japyx, Dædali ex muliere Creticâ filius. Strabo, libro citato. Ἰάπυγας δὲ λεχθῆναι πάντας φασὶ μέχρι τῆς Δαυνίας, ἀπὸ Ἰάπυγος, ὃν ἐκ Κρήσσης γυναικὸς Δαιδάλῳ γενέσθαι φασὶ, καὶ ἡγήσασθαι τῶν Κρητῶν. *Japyges autem dictos tradunt omnes, qui ibi uſque ad Dauniam incolebant, ab Japyge; qui, ut ajunt, Dædalo ex Creticâ muliere natus, Cretenſium ductor fuit.* Et Euſtathius ex eo, ad Dionyſium. Ἰστέον δὲ καὶ, ὅτι, κατὰ τὸν γεωγράφον, οἱ Ἰάπυγες ἀπὸ τινος Ἰάπυγος οὕτως ὀνομάζονται, ὃς ἐκ γυναικὸς Κρήσσης τῷ Δαιδάλῳ ἐγένετο. *Sciendum verò etiam, Japyges, ſecumdùm Geographum, ita dictos ab Japyge quodam, Dædali ex Creticâ muliere filio.* Sed Cretenſes, Japyges poſteà appellatos, aliam profectionis ſuæ cauſam habuiſſe, & inveſtigaſſe Glaucum, tradit Athenæus, lib. XII. ſimul memorat, quantum à priſco patriæ more, ac vivendi ratione, horum poſteri defecerint. Ecce verba. Ἰαπύγων τε αὖ τὸ γένος ἐκ Κρήτης ὂν, τῶν κατὰ Γλαύκου ζήτησιν ἀφικομένων, καὶ κατοικησάντων, οἱ μετὰ τούτους, λήθην λαβόντες τῆς Κρητῶν περὶ τὸν βίον εὐκοσμίας, εἰς τοῦτο τρυφῆς, εἶθ' ὕστερον ὕβρεως, ἦλθον, ὥστε πρῶτοι τὸ πρόσωπον ἐντριψάμενοι, καὶ προκόμια, περίθετά τε λαβόντες, στολὰς μὲν ἀνθινὰς φορῆσαι· τὸ δὲ ἐργάσασθαι, καὶ πονεῖν, αἴσχιον νομίσαι· καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς αὐτῶν καλλίονας τὰς οἰκίας ποιῆσαι τῶν ἱερῶν. *Japygum autem genus cùm è Creta ſit oriundum, iis nempe, qui, ad Glaucum inquirendum ſuſcepto itinere, huc venerunt, ac fixerunt domicilium, eorum poſteri adeò Cretenſium frugalitatem, & honeſtam vitæ agendæ rationem, ſunt obliti, tum ad luxum, ac deinde & proterviam, adeò magnam pervenerunt, ut & faciem primi ipſi levigarent, antiaſque, ac fictitiam item comam, ſibi aſſumerent, floridaſque etiam veſtes geſtarent: laborem verò, inter turpia reputarent: magna quoque pars eorum ædibus ornatioribus,*

bus, quàm deorum templa essent, uterentur. Vide, quæ sequuntur porrò. Aliam profectionem, etiam causam, memorat Plutarchus nobis; ac Cretenses, vetere voto hominum primitias misisse Delphos: qui, cùm ibi victum quærere non valerent, in Italiam transgressi, in Japygia sedes fixerint: inde Thraciam petierint, ubi Bottiæi dicti. Verba ista, in Vitâ Thesei. Καί ποτε Κρῆτας, εὐχὴν παλαιὰν ἀποδιδόντας, ἀνθρώπων ἀπαρχὴν εἰς Δελφοὺς ἀποστέλλειν. τοῖς δὲ πεμπομένοις ἀναμιχθέντας ἐκγόνους ἐκείνων συνεξελθεῖν. ὡς δ' οὐκ ἦσαν ἱκανοὶ τρέφειν ἑαυτοὺς αὐτόθι, πρῶτον μὲν εἰς Ἰταλίαν διαπεράσαι, κἀκεῖ κατοικεῖν περὶ τὴν Ἰαπυγίαν· ἐκεῖθεν δὲ, αὖθις εἰς Θρᾴκην κομισθῆναι, καὶ κληθῆναι Βοττιαίους. *Et Cretenses aliquando, ad vetera vota persolvenda, primitias hominum misisse Delphos: atque cum his, qui mittebantur, mistam eorum progeniem unà emigrasse. Qui, cùm vitam ibi tolerare haud possent, in Italiam trajecerunt, & ibidem in Japygiâ domicilium posuerunt: illinc autem rursum in Thraciam profecti, Bottiæi sunt vocati.* Et Iterum, in Quæst. Græc. XXXV. Κρῆτας φασὶν εὐξαμένους ἀνθρώπων ἀπαρχὴν εἰς Δελφοὺς ἀποστεῖλαι· τοὺς δὲ πεμφθέντας, ὡς ἑώρων οὐδεμίαν οὖσαν εὐπορίαν, αὐτόθεν εἰς ἀποικίαν ὁρμῆσαι. καὶ πρῶτον μὲν, ἐν Ἰαπυγίᾳ κατοικεῖν· ἔπειτα, τῆς Θρᾴκης τοῦτον τὸν τόπον (τὸν Βοττιαίων) κατασχεῖν. *Cretenses ferunt ex voto primitias hominum Delphos misisse; missos autem, cùm viderent, nullam planè rerum ibi copiam esse, in coloniam ociùs profectos, Japygiam primùm habitaße: inde, Thraciæ eum locum, qui Bottiæorum erat.* Ubi quæ de nomine Bottiæorum, fusius enarrat Conon; &, seditione eiectos, oraculi monitu illic sedem collocasse. Pergit enim in citatâ Narrat. XXV. Χρόνῳ δὲ ὕστερον, μοῖρά τις κατὰ στάσιν ἐκπεσόντες τῆς χώρας, χρησμὸν ἔλαβον, ἔνθα ἄν τις αὐτοῖς γῆν καὶ ὕδωρ ὀρέξῃ, ἐνταῦθα οἰκίζεσθαι· καὶ ᾤκισαν τὴν Βοττιαίων. ἐκεῖ γὰρ παῖδες ἄρτων εἴδη, καὶ ἄλλων ὄψων, παίζοντες καὶ ἀπὸ πηλοῦ πλάττοντες, αἰτουμένοις ἐπέδωκαν αὐτοῖς ἀντὶ ἄρτων τοὺς πηλίνους ἄρτους. καὶ οἵ γε, τὸν χρησμὸν τετελέσθαι νομίσαντες, ᾐτήσαντο τὸν βασιλέα Μακεδόνων, καὶ ἔλαβον οἰκεῖν τὴν Βοττιαίων. καὶ Βοττιαῖοι μὲν, τρίτον γένος ἀπὸ Κρητῶν ἀμείψαντες, μοῖρα νῦν εἰσὶ Μακεδόνων. *Posteà, pars horum quædam, per seditionem inde expulsa, oraculum acceperunt, ibi uti habitarent, ubi terram & aquam ipsis quis præberet: atque sic Bottiæorum terram inhabitârunt. Ibi enim pueri panes, & cætera condimen-*

menta, per lusum ex luto fingentes, petentibus ipsis, panis loco luteos dederunt panes. quâ re illi oraculum impletum esse arbitrati, terram hanc Bottiæorum, à Macedonum rege petitam, habitandam acceperunt: ac, mutato tertiùm Cretensium nomine, Bottiæi appellati, pars Macedonum sunt effecti. Ac Bottiæi quidem dicti, à Bottone, duce suo. Vide Auctorem Etymologici, in Βόττιον, & Βόττεια. De Cretensibus Japygiæ, qui post Bottiæi dicti, meminit obiter etiam Strabo, lib. VI. Κρῆτες, οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες ἐκ Κνωσσοῦ· εἶθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες μετὰ τοῦ Ἰάπυγος. οὐ συμμεῖναι δέ φασιν αὐτοὺς, ἀλλ' ἀπελθεῖν εἰς τὴν Βοττιαίαν. *Cretenses, qui cum Theseo è Gnosso venerunt; inde hi, qui è Siciliâ cum Japyge sunt profecti: quos mansisse cum aliis negant, sed in Bottiæam abiisse.*

CAP. VI.

Aliæ quoque urbes conditæ in eâdem Japygia; Brundusium, Hydrus, & Tarentum; ab his, qui, Minoës cædem ulturi, in Siciliam profecti erant. Strabonis locus emendatus. In Siciliâ, Gela, ab Entimo; Minoa, & Engyus; ab his, qui, Minoëm secuti, illic manere sunt coacti: ubi Meriones, à Trojano bello rediens, cùm in insulam tempestate ejectus foret, est receptus. In Phocide, Delphi; à Castalio, qui delphinem ducem habuit: & Delphinio Apollini fanum struxit. In Troade, Sminthа, sive Sminthium, à Teucro. Σμίνθοι, *mures. Isaacii Tzetzæ locus restitutus.*

Sed Cretenses alias quoque in Japygiâ urbes, præter Hyriam, de quâ dixi capite superiori, incoluere. Herodotus testatur clarè, loco citato. Ἀπὸ δὲ τῆς Ὑρίης πόλιος τὰς ἄλλας οἰκῆσαι. *Et post urbem Hyriam alias incoluisse.* In his Brundusium invenio; primùm ab illis per coloniam occupatum, qui cum Theseo advenere ex urbe Cnosso: inde ab istis, qui cum Japyge ex Siciliâ. Strabo, lib. VI. Βρεντέσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν λέγονται Κρῆτες, οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες, ἐκ Κνωσσοῦ· εἶθ' οἱ ἐκ τῆς Σικελίας ἀπηρκότες, μετὰ τοῦ Ἰάπυγος. *Brundusium autem coloniam deduxisse feruntur Cretenses, qui cum Theseo advenere,* ex

ex urbe Cnosso: ac deinde etiam hi, qui cum Japyge. De prioribus, qui cum Theseo in has oras appulere, est Lucani quoque locus, lib. II.

Brundusii tutas concessit Magnus in arces.
Urbs est Dictæis olim possessa colonis,
Quos Cretâ profugos vexere per æquora puppes
Cecropiæ, victum mentitis Thesea velis.

Etiam Hydruntem. Stephanus, in Βίεννος. Αὐχμοῦ ποτὲ σύμπασαν Κρήτην κατασχόντος, εἰς ἑτέρους τόπους ἀπῳκίζοντο· οἰκῆσαι δέ τινας (φασὶν) Ὑδροῦντα τῆς Ἰταλίας, οὔπω πεπολισμένον. *Cùm aliquando siccitas totam Cretam infestaret, colonias in alia loca deduxerunt: & in his Hydruntem Italiæ, quæ tunc nondum condita erat.* De Tarento quoque Strabo palàm facit; ubi ait, occupantibus hanc Partheniis, duce Phalantho, jam Cretenses tenuisse; eos ipsos nempe, quos & Hyriam condidisse ex Herodoto indicavi. Verba Strabonis, ita habent, libro sexto jam citato. Ἦκον οὖν σὺν Φαλάνθῳ οἱ Παρθενίαι· καὶ ἐδέξαντο αὐτοὺς οἵ τε βάρβαροι καὶ οἱ Κρῆτες, οἱ προκατασχόντες τὸν τόπον. τούτους δ' εἶναι φασὶ, τοὺς μετὰ Μίνω πλεύσαντας εἰς Σικελίαν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, τὴν ἐν Καμικοῖς παρὰ Κωκάλῳ συμβᾶσαν, ἀπάραντας ἐκ Σικελίας, κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν δεῦρο παρωσθέντας. ὧν τινὰς ὕστερον πεζῇ περιελθόντας τὸν Ἀδρίαν μέχρι Μακεδονίας, Βουδείους προσαγορευθῆναι. *Venerunt itaque cum Phalantho Partheniæ; & excepere eos tam barbari, quàm Cretenses, qui priores locum istum occupaverant. ac Cretenses, eos quidem esse ajunt, qui, Minoëm in Siciliam comitati, ipso in Camicis mortuo apud Cocalum, cùm discederent è Siciliâ, in reditu huc sunt appulsi. quorum posteà nonnulli, Adriam terrestri itinere circumeuntes, cùm in Macedoniam usque pervenissent, Budei sunt appellati.* Sed in fine omninò legendum censeo; Βοττιαίους προσαγορευθῆναι. *Bottiæi sint appellati.* Nam, Bottiæos appellatos, sat ostendi capite superiori. Verùm etiam extra Italiam, & in variis regionibus, condidere urbes suas, aut colonias deduxere. In his,

Gela, urbs Siciliæ: quæ ut ortus sui partem Rhodiis debet, ita partem & Cretensibus; quorum Entimus ductor erat, sicut rursum Rhodiorum Antiphemus. Thucidydes, lib. VI. Γέλαν δὲ Ἀντίφημος ἐκ Ῥόδου, καὶ Ἔντιμος ἐκ Κρήτης, ἐποίκους ἀγαγόντες, κοινῇ ἔκτισαν, ἔτει

πέμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ μετὰ τὴν Συρακουσῶν οἴκησιν. *Gelam autem Antiphemus è Rhodo, & Entimus è Cretâ, suam uterque coloniam ducentes, pariter condiderunt, anno quadragesimo quinto post Syracusas habitari cœptas.* Meminitque iterum strictim, lib. VII. Συνέβη δὲ τοῖς Κρησὶ τοὺς Γέλαν Ῥοδίοις ξυγκτίσαντας, μὴ ξὺν τοῖς ἐποίκοις, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ἀποίκους ἄκοντας μετὰ μισθοῦ ἐλθεῖν. *Contingit verò, ut Cretenses, qui unà cum Rhodiis Gelam condidissent, non pro colonis starent, sed contra illos inviti stipendia facerent.* Scholiastes Pindari, ad Olympionic. Od. II. Ἀντίφημος γὰρ ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἔντιμος ὁ Κρής, οἵτινες εἰς Γέλαν στείλαντες ἀποικίαν, πρῶτον μὲν, περὶ τὴν συναγωγὴν ἔκαμον οὐ μετρίως, συναθροίζοντες τοὺς ἐκ Πελοποννήσου, καὶ Ῥόδου, καὶ Κρήτης, εἰς τὸ περὶ τὸν διάπλουν. εἶτα περὶ τὸν οἰκισμόν· καὶ πάλιν διαγωνισάμενοι πρὸς τοὺς Σικανούς. *Antiphemus enim Rhodius, & Entimus Cretensis, qui Gelam coloniam deduxerunt, primùm quidem in congregando non mediocriter laborârunt; colligentes Peloponnesios, Rhodiosque, ac Cretenses, ut trajicerent; inde, in coloniâ ipsâ constituendâ: tum certando adversus Siculos.* Athenæus, lib. VII. Λάκιον τὸν Ἀργεῖον, τῶν σὺν Μόψῳ ἀφικομένων, τινὲς μὲν Λίνδιον εἶναι λέγουσιν, ἀδελφὸν δὲ Ἀντιφήμου, τοῦ Γέλαν οἰκίσαντος. *Lacium Argivum, unum Mopsi comitum, quidam Lindium esse dicunt, Antiphemi, ejus qui Gelam condidit, patrem.*

Minoam etiam, *Engyumque*, in Siciliâ eâdem condidere, qui advenerant cum Minoë; neque, eo interfecto, & exustis navibus suis regredi in Cretam poterant: & Meriones, à Trojano bello rediens, cùm in insulam tempestate ejiceretur, hîc receptus est. Diodorus Siculus, lib. IV. Οἱ κατὰ τὴν Σικελίαν Κρῆτες μετὰ τὴν Μίνωος τελευτὴν ἐστασίασαν διὰ τὴν ἀναρχίαν. τῶν δὲ νεῶν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Κώκαλον Σικανῶν ἐμπυρισθεισῶν, τὴν μὲν εἰς πατρίδας ἐπάνοδον ἀπέγνωσαν, κρίναντες δ' ἐν τῇ Σικελίᾳ κατοικεῖν, οἱ μὲν ἐνταῦθα πόλιν ᾤκισαν, ἣν ἀπὸ τοῦ βασιλέως αὐτῶν Μινῴαν ὠνόμασαν· οἱ δὲ, διὰ τῆς μεσογείου πλανηθέντες, καὶ καταλαβόμενοι χωρίον ὀχυρὸν, ἔκτισαν πόλιν, ἣν ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πόλει ῥεούσης πηγῆς ὠνόμασαν Ἔγγυον. ὕστερον δὲ, κατὰ τὴν τῆς Τροίας ἅλωσιν, Μηριόνου τοῦ Κρητὸς προσενεχθέντος τῇ Σικελίᾳ, προσεδέξαντο τοὺς καταπλεύσαντας Κρῆτας, διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ τῆς πολιτείας μετέδωκαν. *Cretenses, qui in Siciliâ erant, post mortem Minoïs, quia sine principe essent, seditionem concitârunt. Sed cùm naves à Sicanis, Cocali subditis,*

incensæ essent, desperato in patriam reditu, in Siciliâ habitare decreverunt. Pars itaque urbem condit, & à regis nomine Minoam vocat: pars, mediterranea loca pervagata, & munitum nacta locum, oppidum, à fonte ibi scaturiente Engyum denominatum, ædificat. Posteà verò, belli tempore Trojani, Merionem, in Siciliam ejectum, cum Cretensibus, quos ducebat, ob cognationem generis, in communionem civitatis recipit. Et comparuisse hîc commemorantur deæ Matres, quas vocabant, templo ibidem honoratæ: ac Meriones, & Ulysses huc advecti, hastas illis, galeasque item æneas, dedicârunt. Plutarchus, I. 309. c.

Delphi, urbs in Phocide, oraculo Apollinis celeberrima, Cretensium colonia putata fuit, quorum dux delphinus. Plutarchus, De Sol. Anim. Οὐ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ τόπον ἐξαίρετον ὁ θεὸς (ὁ Δελφίνιος Ἀπόλλων) πεποίηται, Κρητῶν ἀπογόνους οἰκοῦντας, ἡγεμόνι δελφῖνι χρησαμένων. οὐ γὰρ ὁ θεὸς προσυνήχετο τοῦ στόλου, μεταβάλλων εἶδος, ὡς οἱ μυθογράφοι λέγουσιν, ἀλλὰ δελφῖνα πέμψας τοῖς ἀνδράσι ἰθύνοντα τὸν πλοῦν κατήγαγεν εἰς Κίῤῥαν. *Et verò locum, quem sibi eximium deus (Apollo Delphinius) delegit, coloniam putant esse Cretensium, delphino duce usorum. Non enim deus, mutatâ formâ, ante classem natavit, ut fabularum Scriptores tradunt, sed, delphino misso, qui cursum hominum dirigeret, navigantes Cirrham deduxit.* Breviter Theon, in Aratum. Ἕρμιππος δὲ φησὶν, ὅτι ἐπὶ Ἀπόλλωνος τιμῇ ἡγήσατο (ὁ δελφὶς) Κρησὶν εἰς Δελφούς. *Hermippus verò auctor est, delphinem in honorem Apollinis Cretensibus ducem sese Delphos præbuisse.* Tangit etiam hanc historiam Auctor Etymologici; è quo accipimus, ducem coloniæ Castalium fuisse. Κασταλίῳ τῷ Κρητὶ, ἀποικίαν στελλομένῳ, ὁ Ἀπόλλων, ὁμοιωθεὶς δελφῖνι, προηγήσατο τῆς νεὼς ἕως τοῦ Κρισσαίου κόλπου· καὶ ἐκεῖ κατοικήσας, ἐκράτησε τὸν τόπον. καὶ ἀπ' αὐτοῦ Δελφοὺς ἐκάλουν τοὺς κατοικοῦντας· καὶ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἱδρύσαντο. τινὲς δὲ φασὶν, ὅτι ὁ δελφὶς εἰς τὴν ναῦν ἦλθε, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον ἐπήδησεν εἰς τὴν θάλασσαν. *Castalio Cretensi, coloniam ducenti Apollo, sub delphini imagine, navem duxit usque in Crissæum sinum: isque, fixo hîc domicilio, locum tenuit. & hinc Delphos appellarunt habitantes, & Apollini Delphinio templum item dedicârunt. Quidam verò sunt auctores, delphinem, in navem ingressum, hîc desiluisse in mare.*

Smin-

Smintha, ſive *Sminthium*, urbs Troadis : à Teucro, Scamandri filio, condita, ex oraculi monitu. Homeri Scholiaſtes, ad Iliados α. Κρῆτες, ἀποικίαν στέλλοντες, χρησμὸν ἔλαβον παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅπου αὐτοῖς ἐναντιωθῶσι γηγενεῖς, ἐκεῖ κτίσαι τὴν πόλιν. οἱ δὲ, ἀπέστειλαν τοὺς ἀποίκους. ἐλθόντων δὲ εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης, μύες ἐκόψαν αὐτῶν τοὺς τελαμῶνας τῶν ὅπλων. πρωῒ δὲ ἀναστάντες, καὶ θεασάμενοι τοῦτο, σοφισάμενοί τε καθ' ἑαυτοὺς, ἔκτισαν ἐκεῖ πόλιν, ἣν ἵνα καὶ ἐκάλουν Σμινθίαν. οἱ γὰρ Κρῆτες, τοὺς μύας σμίνθους καλοῦσιν. *Cretenſes, coloniam mittentes, oraculum ab Apolline accipiunt, illic ut manerent, ubi terrigenæ ipſis adverſaturi eßent, atque urbem ibi conderent. Mittunt itaque colonos; qui cùm in Helleſpontum veniſſent, noctu mures lora armorum diſciderunt. Manè verò, cùm è lecto ſurrexiſſent, re conſpectâ, & cum animo reputatâ, urbem illic condiderunt, quam appellaverunt Sminthiam: ſiquidem Cretenſes mures ſminthos vocant.* Hiſtoriam, etſi haud conditam, aut denominatam urbem, exhibet Virgilius, Æneid. III.

Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto,
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ.
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.
Maximus unde pater, ſi ritè audita recordor,
Teucrus, Rhætéas primùm eſt advectus ad oras,
Optavitque locum regno. ———

Item Lycophron, in obſcurâ Alexandrâ.

Οὐδ' οἵ γ' ἀπηρκέσθησαν ἀντ' ἴσων ἴσα
Λαβόντες, ἀλλὰ κλῶπα σὺν Τεύκρῳ στρατὸν,
Καὶ σὺν Σκαμάνδρῳ Δραυκίῳ φυτοσπόρῳ,
Εἰς Βεβρύκων ἔστειλαν οἰκητήριον,
Σμίνθοισι δηρίσοντας. ———
Nec illi contenti fuerunt paria pro paribus
Accepiſſe, ſed raptorem exercitum cum Teucro,
Et cum Scamandro Draucio genitore,
In Bebrycum miſerunt habitationem,
Cum muribus pugnaturos. ———

Ad quem locum Iſaacius Tzetzes. Τεῦκρος υἱὸς ἦν Σκαμάνδρου τοῦ Κρητός. τούτῳ ἐδόθη χρησμὸς, ἐκεῖ οἰκῆσαι, ἔνθα γηγενεῖς ἐπίθωνται αὐτοῖς.

παρὰ ἢ τὸ τοῦ Ἰλίου μέρος γενόμενοι, βρωθέντων νύκτωρ ὑπὸ μυῶν τῶν ἰχέων τῶν ἀσπίδων, καὶ τῶν νευρῶν τῶν τόξων αὐτῶν, μνησθέντες τοῦ χρησμοῦ, ἔκτισαν τὸ Σμίνθιον, καὶ ἱερὸν Σμινθίου Ἀπόλλωνος. οἱ γὰρ μύες παρὰ Κρησὶ σμίνθοι καλοῦνται. κτίσαντες δὲ τὴν πόλιν, κατῴκησαν ἐκεῖ, καὶ ἐβασίλευσε Τεῦκρος· ἀφ' οὗ καὶ Τεῦκροι οἱ ἥρωες. *Teucer filius erat Scamandri Cretensis. Huic datum fuit oraculum, illic uti habitaret, ubi terrigenæ invaderent. Cum itaque ad Ilii partem accessissent, & noctu mures lora scutorum, arcuumque item nervos, devorassent, revocato in memoriam oraculo, Sminthium illic condiderunt, & Apollinis Sminthii templum: quia mures apud Cretenses sminthi dicuntur. Urbe ergo illic conditâ, sedes illic posuerunt, tenuitque regnum Teucer: à quo Teucri appellati sunt heroës.* Sed in fine, certè mendum est, ac legendum: ἀφ' οὗ καὶ Τεῦκροι οἱ Τρῶες. *A quo etiam Teucri appellati sunt Trojani.* Nam Trojanos etiam Teucros appellari, res est nota. Meminere hujus rei, etiam Strabo, lib. XIII. Ælianus, Hist. Anim. lib. XII. cap. v. Clemens, in Protreptico: Servius, ad Æneid. III. Eustathius, ad Iliad. *α΄.* & Messala Corvinus, De Progenie Augusti. Teucri autem hujus mentionem item facit, sed simpliciter, Auctor Etymologici; in Ἀρίσβη, & Σκάμανδρος.

CAP. VII.

Dardania, à Dardano ibidem condita; Miletus, à Mileto, vel Sarpedone; Tarrha, & Asterusia, in Indiâ; & occasione hâc Polemonis locus illustratus. Peparethus, & Icus, frequentatæ, duce Staphylo. Magnesia. Parus. Chius, ab Oenopione. Xanthus, à Xantho. Caunus. Cretensia. Cretenia, ab Althemene. Stephani locus, mutilus admodum, indicatus. Tænarus, à Tettige. Casiota, à Caso. Clarus, à Rhacio. Erythra, ab Erythro. Vienna, in Galliâ; ab absorptâ terræ hiatu illic virgine Viennâ nominata.

Prior Teucro, etiam coloniam deduxerat Dardanus, in eandem illam oram: ac Dardaniam conditam à se urbem dixit. Messalla Corvinus, lib. De Prog. Aug. *Dardanum, Jove & Electrâ Atlantis filiâ progenitum, deorum monitu ab Italiâ, &, ut aliis placet, è Cretâ*

è Cretâ insulâ, patrios deferentem lares, multitudine gentium, ad hanc Phrygiam deveniſſe ferunt, urbem condidiſſe, eamque ex ſe Dardaniam nuncupaſſe: unde gens Dardana; & incolentes terras, Dardanidæ dicti. Hoc regnante, de Cretâ cum manu electiſſimorum juvenum, fortè novi regni famâ concitatum, Teucrum, ad Phrygiam, patriis ſedibus expulſum, dicitur conveniſſe: qui à Dardano, & dexterâ & fide datâ, in parte regni conſors ſuſceptus eſt, ut numeroſiore populo nova implerentur mœnia.

In eâdem illâ Aſiâ, etiam Miletus fuit; conditore vel Mileto, vel Sarpedo: nam diſſentiunt Auctores. Vide quæ ſat fusè ſupra memoravi, ubi de Mileto Cretæ, lib. I. cap. xij. Erat etiam,

Tarrha, in Indiâ, ad montem Caucaſum. Stephanus. Ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Τάῤῥα, παρὰ τὸν Καύκασον, Κρητῶν ἄποικος. *Eſt & alia urbs Tarrha, ad Caucaſum, colonia Cretenſium.* Erat ibidem

Aſteruſia, Stephanus. Ἀστερουσία, ὄρος Κρήτης, πρὸς νότιον μέρος, ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν· ἀφ᾽ οὗ καὶ πόλις ἐπὶ τὸν Καύκασον Ἰνδικὴ Ἀστερουσία κέκληται, Κρητῶν ἀποικίας ἐκεῖσε σταλείσης. *Aſteruſia, mons Cretæ, ad meridionalem partem, mare ſpectans: unde & urbs Indica, ad Caucaſum ſita, Aſteruſia appellata eſt, miſſâ eò Cretenſium coloniâ.* Et ab his duabus coloniis eſt, quod Æthiopes, qui ex parte quâdam Indi, etiam Cretenſes eſſe dicantur, à Polemone, Phyſiognomici lib. I. cap. iij. Οἱ μὲν Λίβυες, Αἰθιόψιν ὅμοιοι, οἱ δ᾽ εἰσὶ Κρῆτες. *Libyes quidem, Æthiopibus ſimiles, qui utique ſunt Cretenſes.*

In Peparethum, & Icum, inſulas, etiam coloniæ miſſæ, duce Staphylo. Marcianus Heracleota, in ſuâ Periegeſi.

——— ὧν Κρῆτες μὲν, οἱ
Μετὰ Σταφύλου διαβαίντες ἐκ Κνωσσοῦ ποτὲ,
Πεπάρηθον, ἐγγὺς κειμένην τ᾽ αὐτῆς Ἴκον
Νῆσον συνοικίζουσι. ———

——— *quorum Cretenſes quidem, qui*
Cum Staphylo olim è Cnoſſo tranſgreſſi,
Peparethum, & adjacentem ipſi Icum
Inſulam, civibus frequentant. ———

Erat itidem,

Magneſia, in Joniâ. Strabo, lib. XIV. Ὑπέρκειται δὲ Μαγνησία ἡ πρὸς

ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ Κρητῶν. *Supra sita est Magnesia, quæ Mæandro adjacet, Magnetum, eorum qui in Thessaliâ sunt colonia, & Cretensium.*

Parus. Stephanus. Πάρος, νῆσος. ᾠκεῖτο δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ Κρητῶν. *Parus, insula. primò quidem habitata fuit à Cretensibus.*

Chius. Coloniam accepit ab Oenopione. Pausanias, in Achaicis. Ἀνὰ χρόνον δὲ, καὶ Οἰνοπίωνα ἐς τὴν Χίον καταίρει ναυσὶν ἐκ Κρήτης· ἀφικέσθαι δέ οἱ καὶ τοὺς παῖδας, Τάλον, καὶ Εὐάνθη, καὶ Μέλανα, καὶ Σάλαγόν τε καὶ Ἀθάμαντα. *Oenopionem autem posteà classe appulisse Chium: & cum eo unà filios, Talum, Euanthem, Melana, Salagum, & Athamantem.*

Xanthus, in Lyciâ, à Xantho conditore. Stephanus. Ξάνθος πόλις Λυκίας. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ξάνθου Κρητὸς, οἰκιστοῦ. *Xanthus, urbs Lyciæ. appellata est à Xantho Cretense, conditore.*

Caunus. Strabo, de Cauniis agens, lib. XIV. Φασὶ δ' αὐτοὺς ὁμογλώττους μὲν εἶναι τοῖς Καρσίν· ἀφῖχθαι δὲ Κρῆτας, καὶ χρῆσθαι νόμοις ἰδίοις. *Ajunt illos eâdem cum Caribus linguâ usos esse: venisse autem è Cretâ, & usos suis legibus.* Herodotus, lib. I. Οἱ δὲ Καύνιοι, αὐτόχθονες, δοκέειν ἐμοὶ, εἰσί· αὐτοὶ μέντοι, ἐκ Κρήτης φασὶν εἶναι. *Caunii verò, ut mihi videtur, sunt indigenæ: ipsi autem, se è Cretâ oriundos esse affirmant.*

Cretensia, in Macedoniâ, inter Thessalonicam, & Rhetinen. Joannes Cantacuzenus, Hist. lib. II. cap. xxv. *Imperator per Macedoniam adducens partem exercitus, inter Thessalonicam, & Rhetinen, castellum quoddam, juxta Bolben paludem in colle situm, castra metatur, in loco Cretensium appellato, quod illic è Cretâ insulâ, nescio quam ob causam, pulsi milites habitaverant.* Et iterum posteà strictim meminit, lib. III. cap. xij. *Cùm reliquam Macedoniam omnem populabundus incursavit; tum Thessalonicam porrò vadens, ad locum, qui Cretensium dicitur, pervenit.*

Cretenia. In Rhodo insulâ, condita ab Althemene, Catrii filio: qui, ut patris cædem, ab oraculo prædictam, evitaret, ultrò in exilium se huc recepit. Apollodorus, lib. III Χρωμένου δὲ τοῦ Κατρέως περὶ καταστροφῆς τοῦ βίου, ὁ θεὸς ἔφη, ὑπὸ ἑνὸς τῶν παίδων τεθνήξεσθαι. Κατρεὺς μὲν οὖν, ἀπεκρύβετο τοὺς χρησμούς· Ἀλθημένης δὲ ἀκούσας, καὶ δείσας,

μὴ

μὴ φονεὺς γένηται τοῦ πατρὸς, ἄρας ἐκ Κρήτης μετὰ τῆς ἀδελφῆς Ἀπημοσύνης, προσίσχει τινὶ τόπῳ τῆς Ῥόδου· καὶ κατασχὼν, Κρητηνίαν ὠνόμασεν. *Catreo verò de vitæ ſuæ fine oraculum ſcitanti, deus reſpondit; ab uno filiorum ſuorum interfectum iri: atque is oraculum acceptum celat. Althemenes verò illo audito, metuens, ne fortè parricida fieret, è Cretâ profectus cum ſorore Apemoſynâ, in quendam Rhodi locum appellit: quem redactum in poteſtatem, Creteniam dixit.* Stephanus. Κρητηνία, τόπος Ῥόδου, ἐν ᾧ ᾤκουν οἱ περὶ Ἀλθημένην· ὃς χρησθεὶς, ὅτι τὸν πατέρα ἀποκτενεῖ, ἔφυγε, καὶ νυκτὶ πλοίῳ συναντᾷ ἐν Ῥόδῳ. καὶ, ὡς λῃστὰς νομίσας, ἀναιρεῖ τὸν πατέρα. Sed eſt admodum mutilatus ille locus. Vide integram hiſtoriam apud Apollodorum, libro citato; & Diodorum Siculum, lib. V.

Tænarus, in Laconicâ, à Tettige. Plutarchus, De ſerâ num. vind. Ἐκελεύσθη, (ὁ Καλλώνδης,) πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν, ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν. τοῦτο δ᾽ ἦν ὁ Ταίναρος. ἐκεῖ γάρ φασιν ἐλθόντα μετὰ στόλου Τέττιγα τὸν Κρῆτα πόλιν κτίσαι, καὶ κατοικῆσαι. *Juſſus eſt, (Callondes,) ad Tettigis habitationem profectus, animam Archilochi placare. Is autem locus erat Tænarus; etenim Cretenſem Tettigem, cum claße profectum, huc appuliſſe ferunt, & ibidem ſedem ſibi poſuiſſe.* Heſychius. Τέττιγος ἕδρανον, ἡ Ταίναρος· Τέττιξ γὰρ ὁ Κρὴς Ταίναρον ἔκτισεν. *Tettigis ſedes, Tænarus: nam Tettix Cretenſis Tænarum condidit.*

Caſiota, in Argivorum regione, duco Caſo, à quo nomen. Libanius, in Oratione Antiochicâ. Θεὸς δὲ, ᾧ κατὰ νοῦν ἡ πόλις κατεσκευάζετο, βουλόμενος αὐτὴν ἐκ τῶν ἀρίστων αὐξῆσαι γενῶν, κινεῖ Κάσον ἐκ Κρήτης ἄν τι ἀγαθὸν καὶ δεῦρο ἄγοι. τῷ δὲ ἄρα εἵπετο Κρητῶν τὸ δοκιμώτατον. ἐλθόντες δὲ, εὗρον τοὺς Ἀργείους ἀμείνους τῶν οἴκοι· Μίνως μὲν γὰρ, φθονῶν ἐξέβαλεν· Ἀργεῖοι δὲ, ἀσμένως ἐδέχοντο, καὶ μετέδωσαν πόλεώς τε καὶ χώρας, καὶ ὅσον αὐτοῖς μετῆν. οὐ μὴν εὖ παθεῖν μᾶλλον ὁ Κάσος, ἢ εὖ ποιεῖν ἠπίστατο. καὶ κηδεύων τῷ Τριπτολέμου νομίμων τὰ πολλὰ μεθεστηκότα, ταῦτά γε ἐπανήγαγε, καὶ τὴν Κασιώτην ᾤκισε. *Deus autem, ex cujus voluntate civitas ſtatuebatur, cùm ipſam ex optimis proſapiis incrementum accipere vellet, Caſum è Cretâ excitat, ſi quid inde bonum illuc adduceret. Itaque hunc ſecuta eſt Cretenſium pars probatiſſima; & adventu ſuo Argivos invenerunt meliores iis qui domi erant. Etenim Minos, præ invidiâ expulerat:*

Argivi

Argivi autem, libenter acceperunt; & civitatem, ac regionem, quæque alia habebant, communicârunt, verùm Casus, non accipere beneficium magis nôrat, quàm conferre: &, Triptolemi instituta multa commutata videns, ea reduxit, condiditque Casiotam.

Clarus. in Asiâ, duce Rhacio. Pausanias, de eâ agens, in Achaicis. Ἐχόντων δὲ ἔτι τὴν γῆν Καρῶν, ἀφικέσθαι φασὶν ἐς αὐτὴν πρώτους τοῦ ἑλληνικοῦ Κρῆτας, Ῥάκιον ἔχοντας ἡγεμόνα, καὶ ὅσον εἵπετο ἄλλο τῷ Ῥακίῳ πλῆθος. *Tenentibus autem eos fines Caribus, venisse primos Græcæ nationis Cretenses ajunt, Rhacium ducem habentes, & quæcunque alia ipsum multitudo sequebatur.*

Erythra, in eâdem orâ, ab Erythro, Rhadamanthi filio. Pausanias, in iisdem Achaicis. Ἐρυθραῖοι δὲ τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀφικέσθαι σὺν Ἐρύθρῳ τῷ Ῥαδαμάνθυος φασὶν ἐκ Κρήτης, καὶ οἰκιστὴν τῇ πόλει γενέσθαι τὸν Ἔρυθρον. *Erythræi originem suam ad Erythrum referunt, Rhadamanthi filium: à quo se è Cretà abductos memorant, & fuisse urbis conditorem Erythrum.*

Vienna, in Galliâ. Stephanus. Βίεννος, πόλις Κρήτης. ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις ἐν Γαλλίᾳ. αὐχμοῦ γάρ ποτε σύμπασαν Κρήτην κατασχόντος, εἰς ἑτέρους τόπους ἀπῳκίζοντο. οἰκῆσαι δέ τινας Ὑδροῦντα τῆς Ἰταλίας, οὔπω πεπολισμένον. χρησμοῦ δ' αὐτοῖς δοθέντος, ὅπου ἑλωδέστατον τόπον θεάσωνται, κατοικῆσαι· ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν, ποταμὸν τῆς Γαλλίας, ἑλώδη ὄντα, οἰκῆσαι, καὶ τὴν πόλιν οὕτως ὀνομάσαι, ἐπειδὴ μία τῶν σὺν αὐτοῖς παρθένων, Βίεννα καλουμένη, χορεύουσα, ὑπό τινος χάσματος εἰλήφθη. *Vienna, urbs Cretæ. Est & altera urbs in Galliâ. Nam cùm siccitas aliquando totam Cretam infestaret, colonias in alia loca dedūxerunt: & in his Hydruntem Italiæ, quæ tunc nondum condita erat. verùm, oraculo ipsis dato, ubi locum maximè palustrem cernerent, illic uti sedem figerent, cùm ad Rhodanum, Galliæ fluvium, qui palustris erat, pervenissent, ibi sibi domicilium elegerunt, atque urbem eo nomine appellârunt: quia virgo quædam nomine Vienna, ex illis, quas adduxerant, choreas agens, terræ hiatu abrepta esset.*

CAP.

CAP. VIII.

Bellorum peritia: cujus causâ Philopœmen huc profectus. Explicatio aciei; in quâ cives formosissimi sacra Amori faciebant: atque illud quâ de causâ. Bella interna; quæ conciliârunt partim Romani, per legatos, Appium, Minuciumque; partim & Lacedæmonii, misso Charmida: partim verò, Athenienses. Tum externa etiam quædam; cum Atheniensibus, Siculis, Lacedæmoniis, Rhodiisque item aliis. Et externo quidem bello imminente, ipsi, omisso intestino, vires suas conjungebant: quæ res Συγκρητισμὸς *dicta.*

Bella quoque habuerunt; & peritiam eorum gerendorum perinsignem atque claram: adeò ut Philopœmen, apud eos arma edoctus, simulatque in patriam reversus foret, ab Achæis suis equitum præfectus constitutus fuerit. Plutarchus in ejus Vitâ. Ἀργεῖν δὲ καὶ σχολάζειν οὐ βουλόμενος, ἀσκήσεως ἕνεκα, καὶ μελέτης τῶν πολεμικῶν, εἰς Κρήτην ἔπλευσεν ἐπὶ στρατείαν. κἀκεῖ συχνὸν χρόνον ἐγγυμναζόμενος ἀνδράσι μαχίμοις, καὶ ποικίλοις μεταχειρίζεσθαι πόλεμον, ἔτι δὲ σώφροσι, καὶ κεκολασμένοις περὶ δίαιταν, ἐπανῆλθεν οὕτω λαμπρὸς εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς, ὥστε εὐθὺς ἵππαρχος ἀποδειχθῆναι. *Quia autem otio & ignaviâ torpescere nolebat, studio rei bellicæ ductus, & in eâ exercere semet cupiens, in Cretam militatum navigavit. Ubi postquam aliquanto tempore se exercuisset inter viros bellicosos, & militiæ industrios, tum & vitam temperantem atque adstrictam agitantes, clarus adeò ad Achæos est reversus, ut ab ipsis equitum præfectus statim crearetur.* Eratque quædam aciei explicatio, Cretica dicta. Suidas. Ἐξελιγμῶν ἰδέαι διτταί. ἡ μὲν, κατὰ λόχους· ἡ δὲ, κατὰ ζυγά. εἴδη δὲ ἀνὰ ἑκατέρου αὐτῶν, τρία. καλεῖται γὰρ ὁ μὲν Μακεδών· ὁ δὲ, Λάκων· ὁ δὲ, Χώρειος· ὃν καὶ Κρητικὸν, καὶ Περσικὸν, καλοῦσιν. *Explicationum duo sunt genera; unum quidem, per manipulos: alterum verò, per juga. Et horum utriusque generis tres sunt species. nam earum una quidem, appellatur Macedonica; altera, Laconica: tertia, Choria: quæ & Cretica, & Persica, dicitur.* In acie constituti, formosissimis civium orna-

ornatis, per eos Amori ſacrificabant. Athenæus, lib. XIII. Κρῆτες δ' ἐν τῇ παρατάξει σὺν καλλίστους τῶν πολιτῶν κοσμήσαντες, διὰ τούτων θύουσι τῷ Ἔρωτι, ὡς Σωσικράτης ἱστορεῖ. *Cretenſes, in procinctu ſtantes, ornatis civium formoſiſſimis, Amori per hos ſacra faciunt, ſicut auctor eſt Soſicrates.* Cauſa eſt in verbis illis antecedentibus; ubi Lacedæmoniis, qui plurima cum Cretenſibus communia habebant, eundem hunc fuiſſe morem nobis memorat. Ὡς ἐν τῇ τῶν παραταττομένων φιλίᾳ κειμένης τῆς σωτηρίας τε καὶ νίκης. *Quaſi in militum amicitiâ collocata eſſet ſalus & victoria.* Bella autem ipſi maximè inteſtina habuerunt. Tale eſt iſtud, quod commemorat Polybius lib. IV. Κνώσσιοι, συμφρονήσαντες Γορτυνίοις, πᾶσαν ἐποίησαν τὴν Κρήτην ὑφ' αὑτοὺς, πλὴν τῆς Λυττίων πόλεως. μόνης δὲ ταύτης ἀπειθούσης, ἐπεβάλοντο πολεμεῖν, σπεύδοντες αὐτὴν ἐς τέλος ἀνάστατον ποιῆσαι, καὶ παραδείγματος καὶ φόβου χάριν τῶν ἄλλων Κρηταιέων. *Cnoſſii, conſpiratione cum Gortyniis factâ, totam Cretam, Lyttiorum urbe exceptâ, ſibi ſubjecerunt. cùm igitur ſola hæc imperium ejus non admitteret, bello eam aggredi conſtituerunt, ac tandem etiam evertere, ut Cretenſes cæteri exemplo eo terrerentur.* Quin & Lyttum, captam planè excîderunt; aliaque item quædam tunc geſſerunt: quæ ibidem à Polybio memorantur. Aliud quoque, inter Cnoſſios, & Gortynios: compoſitum ab Appio, Romanorum tunc legato: quod Polybius idem refert, in Excerptis Legationum, cap. xlv. Κατὰ πάντα τρόπον ἐλαττούμενοι Γορτύνιοι τοὺς Κνωσσίους, ἀποτεμόμενοι τῆς χώρας αὐτῶν, τὸ μὲν καλούμενον Λυκάστιον, προσένειμαν Ῥαυκίοις· τὸ δὲ Διατόνιον, Λυκτίοις. *Gortynii, omnibus modis Cnoſſiorum vires attenuare cupientes, parte agrorum illis ademptâ, Lycaſtium, quod vocant, Rauciis attribuerunt; Diatonium, Lyctiis.* Vide porrò, quæ ſequuntur. Meminit ejus quoque Strabo, lib. X. Tertium, item à legato Romanorum, Qu. Minucio, vix compoſitum, gravius mox rurſum exarſit. Livius, lib. XLI. *Per hæc tempora Ætolorum in ſemetipſos verſus furor, mutuis cædibus ad internecionem adducturus videbatur gentem. Idem furor & Cretenſes lacerabat. adventu deinde Q. Minucii legati, qui cum decem navibus miſſus ad ſedanda eorum certamina erat, in ſpem pacis venerunt. cæterùm induciæ & antea ſex menſium fuerunt: inde multo gravius bellum exarſit.* Quartum, apud Pauſaniam; quod Lacedæmonii com-

composuerunt, misso Charmida. Verba ejus, in Laconicis, ita habent. Καὶ Λακεδαιμόνιοι πέμπουσιν εἰς Κρήτην Χαρμίδαν τὸν Εὔθυος, ἄνδρα ἐν Σπάρτῃ τῶν δοκίμων, στάσεις τε καταπαύσοντα τοῖς Κρησὶ, καὶ τὰ πολίσματα, ὁπόσα ἦν ἀπωτέρω θαλάσσης, καὶ ἄλλως ἀσθενῆ, ταῦτα μὲν σὺν Κρῆτας πείσοντα ἐκλιπεῖν, τὰ δὲ ἐν ἐπικαίρῳ τοῦ παράπλου, συνοικιοῦντα ἀντ' αὐτῶν. *Et Lacedæmonii Charmidam, Euthyis filium, de optimatibus unum, in Cretam mittunt, qui ortas inter Cretenses seditiones comprimat, persuadeatque; ut, quæ oppida longius à mari abessent, neque aliàs sat munita, ea relinquerent: quæ verò navibus appellendis opportuna essent, in iisdem excolendis Cretenses juvaret.* Quintum est, quod Athenienses per legatos compressere: meminitque Aristides, in Panathenaicâ suâ. Ὅσαι μὲν οὖν ἢ κοινῇ σὺν Ἕλληνας μὴ πολεμεῖν ἑκάστοτε ἀλλήλους πείθουσαι, ἢ σὺν ἐν χρείᾳ παραμυθουμένη, διεπρεσβεύσατο, ἀναγκαῖον παραλιπεῖν. δύο δὲ κἀνταῦθα μνησθήσομαι. Ἀργείους μὲν γὰρ, στασιάζοντας ἐν αὐτοῖς, ἔπαυσε· Κρῆτας δὲ, πολεμοῦντας πρὸς ἀλλήλους, διήλλαξεν. *Et eas quidem legationes, quibus vel Græcos à bello communiter dehortata, vel afflictos est consolata, propter copiam ingentem, omittere cogor: duas autem hoc in loco recensebo. Argivos enim, inter se seditione laborantes, conciliavit: Cretenses autem, bello intestino afflictos, in gratiam reduxit.* Sextum, Cnossii & Gortynii contra Rhaucios gesserunt: sed quo exitu, incertum. Polybius, in Excerptis Legationum, cap. C. Ἐπολέμησαν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον Κνώσιοι μετὰ Γορτυνίων πρὸς τοὺς Ῥαυκίους· καὶ συνθήκας ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους ἐνόρκους, μὴ πρότερον λύσειν τὸν πόλεμον, πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἑλεῖν τὴν Ῥαῦκον. *Per idem tempus Cnossii, & Gortynii, bellum cum Rhauciis gerebant: icto fœdere inter ipsos, quod & jurejurando firmaverant, non priùs se bellandi finem facturos, quàm Rhaucum vi expugnassent.* Bella externa, pauca invenio. Antiquissima sunt, quæ Minos cum Atheniensibus gessit, ob Androgei filii cædem; deinde iterum cum Siculis, & eorum rege Cocalo, cùm ad pœnam dedi sibi Dædalum cuperet, ut supra dixi, hujus libri cap. iij. Tertium est, cum Lacedæmoniis, in quo captum Epimenidem occîdisse memorantur. Pausanias, in Corinthiacis. Πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς Ἐπιμενίδου λέγουσιν εἶναι τάφον. Λακεδαιμονίους γὰρ, πολεμήσαντας πρὸς Κνωσσίους, ἑλεῖν ζῶντα Ἐπιμενίδην· λαβόντας δὲ, ἀποκτεῖναι, διότι

σφίσιν οὐκ αἴσια ἐμαντεύετο. *Ante ædem Minervæ, ſepulcrum eſſe ajunt Epimenidis. Lacedæmonios enim bellum cum Cnoſſiis gerentes vivum cepiſſe Epimenidem, atque captum occîdiſſe, quod prædiceret minus læta.* Sed hoc bellum unquam geſtum ipſi Argivi negabant. Idem Pauſanias, in Laconicis. Τοῦτο Ἐπιμενίδην κατασκευάσαι λέγουσιν, οὐχ ὁμολογοῦντες τὰ ἐς αὐτὸν Ἀργείοις· ὅπου μηδὲ πολεμῆσαί φασι πρὸς Κνωσσίους. *Hoc ſtruxiſſe Epimenidem ferunt; non aſſentientes iis, quæ ab Argivis de eodem narrantur: cùm dicant, eos nullum unquam bellum cum Cnoſſiis geſſiſſe.* Quartum, cum Rhodiis geſtum: de quo agitur à Polybio, in Excerpt. Legat. capp. cxxxviij. cxxxix. Quintum, incertum verò cum quibus geſtum, Ariſtoteli memoratur, Politic. lib. II. cap: viij. Οὔτε γὰρ ἐξωτερικῆς ἀρχῆς κοινωνοῦσιν οἱ Κρῆτες, νεωστί τε πόλεμος ξενικὸς διαβέβηκεν εἰς τὴν νῆσον· ὃ πεποίηκε φανερὰν τὴν ἀσθένειαν τῶν ἐκεῖ νόμων. *Nam nec principatum externum habent Cretenſes, & recenter bellum externum eſt in inſulam illatum: quod infirmitatem legum illic manifeſtam fecit.* Denique, & ſextum quoddam eſt; ſed incertum, externúmne, an internum: quod Gortynios geſſiſſe, ſine hoſtium mentione, à Plutarcho memoratur, in Philopœmene. Illud autem hîc addendum; quod, externo aliquo hoſte ingruente, ſi fortaſſe inteſtino ipſi bello, quod non raro accidebat, inter ſe colliderentur, eo omiſſo, atque pace conſtitutâ, ad defenſionem ſuam vires jungerent: quæ res ipſis Συγκρητισμὸς dicebatur. Plutarchus, De Frat. Am. Μιμούμενον αὐτό γε τοῦτο τῶν Κρητῶν, οἳ πολλάκις στασιάζοντες ἀλλήλοις, καὶ πολεμοῦντες, ἔξωθεν ἐπιόντων πολεμίων, διελύοντο, καὶ συνίσταντο. καὶ τοῦτο ἦν, ὁ καλούμενος ὑπ' αὐτῶν Συγκρητισμός. *Imitantem hoc Cretenſium; qui, ſæpe ſeditionibus, ac bellis civilibus, agitati, ſi invadant hoſtes externi, pacem faciunt, ac ſe jungunt. Et eſt iſte, qui ab ipſis Syncretiſmus dicebatur.*

CAP.

CAP. IX.

Suem animal sacrum habebant; quâ de causâ etiam suillâ carne abstinebant: quanquam tamen Præsii sue sacra facerent. Calculis præteritos dies notabant, in pharetram quandam conjectis. Horatii locus assertus. Ludos etiam fœminæ spectabant. Apud Cnossios qui pecuniam fœnore accipiebant, rapiebant: tum id ipsum quâ de causâ. Apud Gortynios, adulteri lanâ coronati, & stateribus quinquaginta venum dati: tum, infames declarati, à muneribus reipublicæ quibuscunque arcebantur.

Particularia quædam in hoc caput conferam. Suem animal sacrum esse existimabant: ideoque carne ejus abstinebant. Rem, & causam, habes apud Agathoclem Babylonium; cujus fragmentum, è libro primo De Cyzico, repræsentat Athenæus, lib. IX. Περὶ δὲ ὑῶν, ὅτι ἱερόν ἐστι τὸ ζῶον παρὰ Κρησὶν, Ἀγαθοκλῆς ὁ Βαβυλώνιος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Κυζίκου, φησὶν οὕτως. Μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τοῦ Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίκτης, ἐν ᾗ ἀπόρρητος γίνεται θυσία. λέγεται γὰρ, ὡς ἄρα θηλὴν ὑπέσχεν ὗς· καὶ τῷ σφετέρῳ γρυσμῷ περιοιχνεῦσα τὸν κνυζηθμὸν τοῦ βρέφους ἀνεπάϊστον τοῖς παριοῦσιν ἐτίθει. διὸ πάντες τὸ ζῶον τοῦτο περίσεπτον ἡγοῦνται, καὶ ὑὸς τῶν κρεῶν οὐ δαίσαιντο. *De suibus verò, quod hoc animal sacrum sit apud Cretenses, Agathocles Babylonius, libro primo De Cysico in hunc modum scribit. Jovem in Cretâ natum fabulantur, in monte Dictâ, ubi etiam arcana quædam sacra fiunt. Ajunt enim, suem illi sugendam mammam præbuiße: & circumcursantem grunnitu suo effecisse, ut à prætereuntibus vagitus pueri audiri haud posset. itaque omnes animal istud veneratione summâ dignum censent: nec suillâ quisquam omninò vesci velit.* Præsii tamen sacra sue faciebant. Agathocles, in sequentibus ibidem verbis. Πραίσιοι δὲ, καὶ ἱερὰ ῥέζουσιν ὑΐ, καὶ αὕτη προτελὴς αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται. *Præsii verò, etiam sacra faciunt sue: eamque hostiam ipsi præcidaneam habent.*

Dies, cùm præteriissent, missis calculis in pharetram, notabant; albis, si fuissent fausti: si infausti autem, nigris. Unde est apud Horatium, lib. I. Od. xxxvj.

Creſſâ ne careat pulcra dies notâ.

Ad quem locum Acron. *Cretenſibus mos erat, dies lætos albis calculis, nigris contrarios numerare: malos enim in annorum numerum non ducebant.* Conjiciebant autem hos calculos in pharetram. Porphyrion, ad eundem locum. *Cretenſibus mos erat, lætos dies calculis albis, quos in pharetram mittebant, notare; triſtes autem, nigris.* Cornutus, ad Perſii Sat. II. *Significat eodem die ejuſdem Macrini natalem eſſe; quem diebus lætis albo calculo, more Cretenſium, indicat aſſignandum. Nam Cretenſes, definientes vitam ex lætitiâ conſtare, dies lætos albo lapillo, & triſtes nigro indicabant: poſtea, computo facto lapillorum, videbant, quantos dies in anno lætos vixerant: & eos ſe vixiſſe teſtificabantur. Nam etiam in tumulo cujuſdam ita ſcribebatur, VIXIT ANNOS TOT, DURAVIT AUTEM TOT. Eſt autem hic ſenſus & in Horatio:*

Creſſâ ne careat pulcra dies notâ.

Quod hanc lectionem mutant viri docti, cauſam certè nullam video; ſiquidem, Cretenſibus cum Thracibus communem hunc fuiſſe morem, nihil vetat: maximè cum Cretenſes quidam partem Thraciæ, Bottiæam appellatam, aliquando occupaverint, uti ſupra à me dictum, libri hujus capite xix. Sanè veteres Interpretes, quos citavi, locum hunc Horatianum ſic conſtanter repræſentant. Morem eundem refert Suidas, in λευκὴ ἡμέρα, &, Τῶν εἰς φαρέτραν: ubi Scythis illum tribuit. Similiter, ac totidem verbis, Lucillus Tarrhæus, in Collect. Proverb. Sed nec hoc ſententiæ noſtræ adverſatur: ſiquidem de Scythis illis accipi poteſt, qui ad montem Caucaſum adhabitabant; ubi duæ Cretenſium coloniæ, & urbes, erant: nempe Tarrha & Aſteruſia: uti paullo antè docui, capite xxj.

Ludos publicos etiam ſpectabant fœminæ. Diſco ex Plutarchi Theſeo. Ἔθους δὲ ὄντος ἐν Κρήτῃ θεᾶσθαι καὶ τὰς γυναῖκας, Ἀριάδνη παροῦσα, πρός τε τὴν ὄψιν ἐξεπλάγη τοῦ Θησέως, καὶ τὴν ἄθλησιν ἐθαύμασε πάντων κρατήσαντος. *Cùm mos eſſet, ut ſpectaculis fœminæ quoque intereſſent, præſens Ariadna, obſtupuit cùm formâ Theſei, tum virtutem admirata eſt omnes ſuperantis.*

Apud Cnoſſios qui pecuniam fœnori accipiebant, eam quaſi rapiebant:

piebant: ut, si quisquam creditorem frustraretur, tanquam si vim intulisset, pœnâ eò graviore afficeretur. Plutarchus idem, Quæst. Græc. LIII. Διὰ τί παρὰ Κνωσσίοις ἔθος ἦν ἁρπάζειν τοῖς δανειζομένοις τὸ ἀργύριον; ἢ ὅπως ἀποστεροῦντες ἔνοχοι τοῖς βιαίοις ὦσι, καὶ μᾶλλον κολάζωνται; *Cur apud Cnossios moris erat, ut pecuniam fœnori accipientes eam raperent? An ut creditorem frustrantes, graviùs, de vi accusati, punirentur?* Apud Gortynios, qui in adulterio esset deprehensus, ille, lanâ coronatus, ac stateribus venumdatus quinquaginta, tum infamis declaratus, à muneribus reip. quibuscunque arcebatur. Ælianus, Var. Hist. lib. XII. cap. xij. Ἐν Κρήτῃ ἐν Γορτύνῃ μοιχὸς ἁλοὺς ἤγετο ἐπὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ ἐστεφανοῦτο ἐρίῳ ἐλεγχθείς. τὸ δὲ στεφάνωμα, κατηγόρει αὐτοῦ, ὅτι ἄνανδρός ἐστι, καὶ γύννις, καὶ εἰς γυναῖκας καλός. καὶ ἐπιπράσκετο δημοσίᾳ εἰς στατῆρας πεντήκοντα, καὶ ἄτιμος ἦν, καὶ οὐδενὸς οἱ μετῆν τῶν κοινῶν. *In Cretâ Gortynæ adulter deprehensus, ad magistratum abducebatur; & convictus, lanâ coronabatur. quod coronæ genus, eum mollem, effœminatum, & mulieribus ornatum, arguebat. ac publicè stateribus item quinquaginta vendebatur: & maximè infamis habitus, ad munia publica nulla omnino admittebatur.*

CAP. X.

Vitia eorum varia, Avaritia, Perfidia, Seditio, Latrocinium, Vafrities; unde proverbium: Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην. *Mendacium; unde* Κρητίζειν, *pro Mentiri: & proverbium item alterum,* Πρὸς Κρῆτα Κρητίζειν. *Etiam tertium,* Τρία κάππα κάκιστα.

Nunc ad vitia veniamus: quæ Cretensibus neque pauca, neque parva, adscribuntur. In primis,

Avari erant. Livius notat, lib. XLIV. *Cretenses, spem pecuniæ secuti; &, quoniam in dividendo plus offensionum, quàm gratiæ, erat, quinquaginta talenta iis posita sunt in ripâ diripienda.* Plutarchus, in Paulo Æmylio. Τῶν δὲ στρατιωτῶν, ἐπηκολούθησαν οἱ Κρῆτες· οὐ δι' εὔνοιαν, ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν, ὥσπερ κηρίοις μέλιτται, προσλιπαροῦντες. πάμπολλα γὰρ ἐπήγετο. καὶ προὔθηκεν ἐξ αὐτῶν διαρπάσαι τοῖς Κρησὶν ἐκπώματα, καὶ κρατῆρας, καὶ τὴν ἄλλην ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ κατασκευὴν, εἰς πεντήκοντα

τήκοντα ταλάντων λόγον. *Ex militibus verò, secuti eum sunt Cretenses: non affectu, verùm quod thesauris ejus, sicut apes favis solent, assiderent. nam trahebat secum plurimos. Et ex his Cretensibus diripiendos proposuerat, scyphos aliquot, & crateres, aliaque ex argento, & auro, vasa, quæ talentis quinquaginta æstimata.* Æmylius Probus, in Vitâ Hannibalis. *Cretam ad Gortynios venit, ut ibi, quò se conferret, consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore in periculo, nisi quid prævidisset, propter avaritiam Cretensium. magnam enim secum pecuniam portabat, de quâ sciebat exiisse famam.* Maximè insignis est Polybii in hanc rem locus, lib. VI. ὁ περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν νομίζεσθαι κέρδος. *Sordidi & avari mores adeò apud ipsos obtinent, ut ex omnibus hominibus soli Cretenses nullum lucrum turpe censeant.* Atque, ut avari erant, ita

Perfidi. Utriusque rei exemplum in hoc facto animadvertas, quod Nicephoro Gregoræ commemoratur, lib. VI. Εἰδὼς γὰρ, ὡς μάλιστα πάντων οἱ Κρῆτες παρασπίζουσι τῷ Πιγκέρνῃ, καὶ τὴν ἐγγυτάτω τούτῳ κυκλοῦντων εἰσὶ, λάθρα πέμψας, χρήματά τε δώσειν αὐτοῖς ὑπισχνεῖται πάμπολλα, καὶ λαμπρὰς τὰς τιμὰς προξενήσειν παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς, ἢν τὸν Πιγκέρνην ἀπολαβόντες δέσμιον, παραδῶσιν αὐτῷ, συῤῥηγνυμένων ἤδη τῶν στρατοπέδων. οἱ δὴ, καὶ πάλαι δυσχεραίνοντες πρὸς τὴν εἰς τὰ παρόντα σκέμματα βραδύτητα καὶ μέλλησιν τοῦ Πιγκέρνου, καὶ ἄλλως τὴν τῶν πραγμάτων τύχην ἀντιστρατευομένην ὁρῶντες αὐτῷ, κλίνουσι πρὸς τὰς ὑποσχέσεις, καὶ τὸ πᾶν αὐτοὶ κατασκευάζουσιν ἔπειτα δρᾶμα μεταξὺ τοῦ πολέμου. *Nam cùm sciret, Cretenses maximè Pincernam tueri in acie, ac circa illum conglobari, clàm ad illos mittit: magnamque pecuniam se daturum illis, & dignitates apud Imperatorem insignes procuraturum, pollicetur: si Pincernam initio pugnæ vinctum dederent: Qui, cum jam pridem ejus in deliberationibus tarditatem ac cunctationem viderent, & fortunam alioqui ejus conatibus adversari, ad promissa se inclinant, ac deinde fabulam inter pugnam peragunt.*

Seditiosi. Polybius disertè dicit, lib. VI. Κρηταιεῖς ἐν πλείσταις ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν στάσεσι, καὶ φόνοις, καὶ πολέμοις ἐμφυλίοις, ἀναστρεφομένους. *Cretenses in plurimis privatim ac publicè seditionibus, &*

cædi-

cædibus bellisque civilibus versatos. Ac bella quidem intestina anteà commemoravi, cap. xxij.

Latrones, ac piratæ. Strabo, lib. X. Περὶ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται, ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν· ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίους. ὕστερον δὲ, πρὸς τὸ χεῖρον μετέβαλεν ἐπὶ πλεῖστον. μετὰ γὰρ τοὺς Τυρρηνοὺς, (ita enim corrigendum supra monui, cap. v.) οἳ μάλιστα ἐδῄωσαν τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν, οὗτοι εἰσὶν οἱ διαδεξάμενοι τὰ λῃστήρια. *De Cretâ in confesso hoc est, priscis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam; ideóque ad sui imitationem pertraxisse præstantissimos Græcorum, & in primis Lacedæmonios: postea verò, in pejus admodum est mutata. Nam post Tyrrhenos, qui maximè infestum mare nostrum habuerunt, Cretenses in latrocinia successerunt.* Polybius, lib. IV. Κρῆτες δὲ καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλατταν πρὸς μὲν ἐνέδρας, καὶ λῃστείας ἀνυπόστατοι. *Cretenses terrâ marique ad insidias & latrocinia, sunt intolerabiles.* Inde est Leonidis istud Epigramma, Anthologiæ lib III. cap. xxij.

Αἰεὶ λῃσταὶ καὶ ἁλιφθόροι, οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;
Semper latrones, ac piratæ, neque justi,
Cretenses: quis Cretensium novit justitiam?

Subdoli, ac versipelles. Polybius lib. VI. Καὶ μὴν οὔτε κατ' ἰδίαν ἤθη δολιώτερα Κρηταιέων εὕροι τις ἂν, πλὴν τελείως ὀλίγων. οὔτε καθόλου ἐπιβολὰς ἀδικωτέρας. *Atqui nec privatim ingenia magis subdola usquam invenias, quàm Cretensium, paucis admodum exceptis: neque in alios publicè consilia iniqua magis.* Huc proverbium istud pertinet, Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην. *Cretensis cum Ægineta.* Diogenianus, Cent. V. Proverb. xcij. Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην. ἐπὶ τῶν πανούργοις χρωμένων πρὸς ἀλλήλους λέγεται. *Cretensis cum Æginetâ. Dicitur in eos, qui mutuò se dolis fallunt.*

Mendaces. Callimachus, Hymno in Jovem.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. ———
Cretenses semper mendaces. ———

Unde Psellus, De Operat. Dæm. πλὴν ἴσθι, μηδ' αὐτόν ἐρραψῳδηκέναι μεταῦτα τερατευόμενον, κατὰ τοὺς Κρῆτας, ἢ Φοίνικας. *Porrò scito, me hæc non portentosè finxisse, ut Cretenses solent, aut Phœnices.*

Et κρητίζειν, pro *Mentiri* dicebatur: idque originem accepit à quodam Idomenei facto, ut nonnulli ſunt Auctores. Vide quæ notavi ſupra, cap. iv. Ac Cretenſes quoniam mendaces eſſe cenſebantur, hinc proverbio dictum fuit: Πρὸς Κρῆτα κρητίζειν. *Cum Cretenſi Cretißare.* Suidas. κρητίζειν πρὸς Κρῆτας. ἐπειδὴ ψεύσται, καὶ ἀπατεῶνες εἰσί. *Cretiſſare cum Cretenſibus. Quia mendaces ſunt & impoſtores.* Euſtathius ad Iliad. β΄. Ὡς ὅτι καὶ πανοῦργοι οἱ Κρῆτες, ἑτέρα παροιμία δηλοῖ, ἡ λέγουσα· πρὸς Κρῆτα κρητίζεις. *Quod autem verſipelles ſint Cretenſes, alterum proverbium indicat, quod dicitur; Cum Cretenſi Cretiſſas: ſive, Homini vafro dolum ſtruis.* Et occurrit apud Polybium, lib. VIII. ὁ μὲν οὖν Ἀχαιὸς, ἐποίει τὰ δυνατά. τοῦτο δ᾽ ἠγνόει τὸ δὴ τὸ λεγόμενον, πρὸς Κρῆτα κρητίζων. *Et Achæus quidem, faciebat quicquid poßet: verùm illud ignorabat, quod, ut dicitur, cum Cretenſi Cretiſſabat.* Habes quoque apud Plutarchum, in Lyſandro & Paulo Æmylio. Et ob iſta, quæ jam dixi, factum eſt, ut inter tria Kappa, vulgò peſſima dicta, locum ſuum mox acceperint. Conſtantinus Porphyrogenneta, De Them. lib. I. Them. II. Ὡς καὶ παροιμίαν περὶ αὐτῶν ἐξενεχθῆναι τοιαύτην, Τρία Κάππα κάκιστα· Καππαδοκία, Κρήτη, Κιλικία. *Ut proverbium de his tale ſit prolatum; Tria cappa peſſima: Cappadocia, Creta, Cilicia.*

CAP. XI.

Nati in Cretâ dii plerique memorantur: Inde dicti ex eâdem viri inſignes, eruditione clari; in quibus Æneſidemus & Dictys. Utriuſque ſcripta. Suidas emendatus; & errare quoque oſtenſus. Entimus; ejuſque mors. Epiceleuſtus. Epimenides; ejuſque vita. Etiam Idæi Dactyli, Curetes, ac Titanes. Καθαρτὴς *dictus. Jamblichi locus reſtitutus. Ejus futurorum ſcientia: & oſtenſus error iſtic Ariſtotelis. Baltæ Nymphæ filius, & Cures novus, quare dictus. Cibum à Nymphis accipiebat. Edebat aſphodelum, & malvam. Platonis locus illuſtratus.* Ἐπιμενίδειον, *radix aſphodeli. Pellis literis compuncta.* Ἐπιμενίδειον δέρμα, *proverbium. A Lacedæmoniis capitur, occiditur & ſepelitur in Corinthiorum agro; ſtructo etiam monumento in ipſo Spartæ urbis foro. In la-*

trones cum incidisset, Furias ultrices iis imprecatus, hoc obtinuit, ut se illi mutuis vulneribus mox interficerent. Quot annos vixerit. Inter deos habitus fuit. Ejus Scripta.

Restat, ut in fine Operis, quos insignes Creta dederit, exponamus. Et inprimis maximam deorum partem illic natam memorabant. Diodorus, lib. V. καὶ τῶν θεῶν δὲ τοὺς πλείστους μυθολογοῦσιν (οἱ Κρῆτες) παρ' ἑαυτοῖς γεγονέναι, τοὺς διὰ τὰς κοινὰς εὐεργεσίας τυχόντας ἀθανάτων τιμῶν. *Plerosque etiam deos apud se natos esse (Cretenses) perhibent, qui beneficiis in publicum collatis immortalibus honoribus sunt affecti.* Ac vide, quæ prolixè ille ibidem narrat. Etiam Idæos Dactylos illa tulit, & Curetas, & Titanas: de quibus supra à me dictum, lib. I. cap. iv.° Sed, omissis fabulosis, viros ejus eruditione claros, & ingenii monumentis, referamus. In his fuit,

Ænesidemus, Cnosso urbe oriundus: qui scripsit Πυῤῥωνείων λόγων, *Pyrrhoniorum Sermonum*, libros VIII. Diogenes Laërtius, in Timone, lib. IX. Αἰνησίδημος Κνώσσιος, ὃς καὶ Πυῤῥωνείων Λόγων ὀκτὼ συνέγραψε βιβλία. *Ænesidemus Cnossius, qui Pyrrhoniorum Sermonum libros octo conscripsit.* Citatque alicujus Operis librum primum, in Pyrrhone. καὶ Αἰνησίδημος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πυῤῥωνείων λόγων, οὐδέν φησιν ὁρίζειν τὸν Πύῤῥωνα δογματικῶς. *Et Ænesidemus, libro primo Pyrrhoniorum Sermonum, nihil definire ait Pyrrhonem per modum decreti.* Ejus Ταινιακὰ, citat Scholiastes Apollonii, lib. I. Ex eâdem urbe erat,

Dictys. Septimius, in Epistolâ ad Arcadium, quâ de hoc Auctore agit. *Dictys Cretensis, de civitate Cnosso; iisdem temporibus quibus & Atrides fuit.* De eo, scriptisque ejus, ita Suidas. Δίκτυς. ἱστορικός. ἔγραψεν Ἐφημερίδα. ἔστι δὲ τὰ μεθ' Ὅμηρον καταλογάδην, ἐν βιβλίοις θ'. Ἰταλικά. Τρωϊκὸν Διάκοσμον. *Dictys. Historicus. Scripsit Ephemeridem: quæ res Trojanas, ab Homero prætermissas, novem libris comprehendit. Italica. Troicum Diacosmum.* Sed plurali numero ibi scribendum, ἔγραψεν Ἐφημερίδας. *Scripsit Ephemeridas.* Syrianus, in Hermogenem. Ἐπί τε τῶν Τρωϊκῶν ἠσκεῖτο, ὡς Δίκτυς ἐν ταῖς Ἐφημερίσι φησί. *Etiam tempore belli Trojani exercebatur, ut ait Dictys, in Ephemeridibus.* Verùm errat etiam vehementer Suidas; qui

qui ſcripſiſſe eum dicit, τὰ μεθ' Ὅμηρον, *Res Homero prætermiſſas.* Nam Homero multo ille antiquior fuit; & Trojani belli tempore vitam egit: quod, ſecutus regem ſuum Idomeneum, vidit ipſe, ac deſcripſit. Et Homerus ejus ſcriptis ſine dubio potiùs adjutus fuit. Rectiùs itaque Joannes Tzetzes, Var. Hiſt. Chil. V. cap. xxx.

Οὗτος ὁ Χρονικός φησι καὶ Δίκτυν δὲ τὸν Κρῆτα
Ἰδομενεῖ ἑπόμενον, καὶ τὰ τῆς μάχης γράψαι·
Ἐξ ὧν, ὡς ἔφην, ὕστερον Ὅμηρον μεταφράσαι.

Iſte Chronographus inquit, Dictyn quoque Cretenſem
Idomeneum ſecutum, & in bello geſta ſcripſiſſe:
Quæ Homerus, ut dixi, poſteà tranſtulit.

Addenda hîc quæ apud Cedrenum, pag. 104. Ejus Hiſtoria belli Trojani quomodo tempore Neronis Claudii in urbe Cnoſſo, aperto terræmotu ſepulcro, inventa fuerit, ſupra dixi, lib. I. cap. xv.

Epiceleuſtus. Medicus fuit; & Bacchii Dictiones in compendium redegit. Erotianus, in Præfatione Lexici Hippocratéi. Καὶ παρ' Ἐπικελεύστου Κρητός, ἐπιτεμομένου τὰς Βακχείου λέξεις. *Et ab Epiceleuſto Cretenſe, qui Bacchii Dictiones in compendium redegit.*

Epimenides. Hunc Cnoſſium faciunt, Diogenes Laertius, in ejus Vitâ, lib. I. Suidas, in Ἐπιμενίδης. Plinius, lib. VII. cap. lij. & Pauſanias, in Atticis: contrà Phæſtium, Plutarchus, in Solone; Joannes Tzetzes, Var. Hiſt. Chil. V. cap. xviij. & Euſtathius, ad Iliad. β'. & Dionyſium. De ejus patre, variant Auctores veteres; aliique Phæſtium tradunt, alii rurſum Doſiaden, alii denique Ageſarchum: ut commemorat Diogenes, in ejus Vitâ: & Suidas, loco citato: Apollonius, Boli eum filium facit. Hiſt. Mirab. cap. I. Matris nomen, à Diogene prætermittitur; à Suida verò, ea Blaſta; à Plutarcho, in Solone, Balta dicitur. De ſomno ejus, res eſt nota: quanquam varient in tempore. Vide quæ notavi pridem, ad Apollonii Hiſt. Mirab. cap. I. Primus traditur domos, & agros, luſtraſſe. Diogenes. Λέγεται δὲ καὶ πρῶτος οἰκίας, καὶ ἀγρούς, καθῆραι. *Dicitur autem etiam primus domos, & agros, luſtraſſe.* Luſtravit etiam urbes plures numero, & in his Athenas ipſas. Pauſanias, in Atticis. Καὶ πόλεις ἐκάθηρεν (ὁ Ἐπιμενίδης) ἄλλας τε, καὶ τὴν Ἀθηναίων. *Et urbes luſtravit (Epimenides) cùm alias, tum Athenienſium.*

Ac

Ac lustrationem quidem Athenarum, pluribus Diogenes memorat: & Plutarchus, in Solone. Hinc καθαρτὴς, *Lustrator*, cognomento dicebatur. Jamblichus, De Vitâ Pythagoræ, lib. I. cap. xxviij. Ἄλλως δὲ καὶ Ἀλεξάνεμος μὲν οὖν τὸ ἐπώνυμον Ἐμπεδοκλέους, Καθαρτὴς δὲ τοῦ Ἐπιμενίδου, αἰθροβάτης δὲ τὸ Ἀβαρίδος. *Cùm cæteroquin & Alexanemus quidem cognomentum sit Empedoclis, Lustrator Epimenidis, & Abaridis Æthrobates.* Ita enim ibi emendo: siquidem non rectè hodie editur, καθαρίτης. Totidem verbis apud Malchum est, in Pythagoræ Vitâ: ubi cùm videram, idem placuisse viro egregiâ doctrinâ, Conrado Rittershusio, gratum fuit, ejus hîc consensum advertere. Anima ejus, corpore exire dicta est; & redire, quando vellet. Suidas, in Ἐπιμενίδης. Οὗ λόγος, ὡς ἐξίοι ἡ ψυχὴ, ὁπόσον ἤθελε καιρὸν, καὶ πάλιν εἰσῄει ἐν τῷ σώματι. *De quo fertur, animam exiisse, quanto vellet tempore, & in corpus rediisse.* Hesychius Milesius, De Claris Philosophis. Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς λόγος, ὡς ἐξήρχετο ἡ ψυχὴ, ὅτε ἠβούλετο, καὶ ὁπόσον ἤθελε καιρὸν, καὶ πάλιν ἐπανήρχετο. *De Epimenide Cretensi narratur, quod exiret anima ejus, quoties vellet, ac quàm diu: & dehinc revertebatur.* Erat præditus futurorum præscientiâ. Plutarchus, in Solone. Ἐδόκει δέ τις εἶναι θεοφιλὴς, καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, καὶ ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν. *Habebatur vir religiosus, ac rerum divinarum peritus, item scientiâ fanaticâ, ac mysticâ.* Cicero, De Divin. lib. I. *Contingit & nonnunquam vaticinantibus per furorem: ut Bacis Bœotius, & Epimenides Cres.* Diogenes. Φασὶ δὲ καὶ γνωστικώτατον γεγονέναι. *Ajunt verò vi quâdam præcognoscendi excelluisse.* Apuleius Florid. I. *Nec non & Cretensem Epimenidem, inclutum fatidicum.* Aristoteles dicit, eum non vaticinatum esse de futuris, sed præteritis & obscuris. Ecce verba, Rhet. lib. III. cap. xvij. Ὡς ἔφη Ἐπιμενίδης ὁ Κρής· ἐκεῖνος γὰρ περὶ τῶν ἐσομένων οὐκ ἐμαντεύετο, ἀλλὰ περὶ τῶν γεγονότων, ἀδήλων δέ. *Ut dixit Epimenides Cretensis: ille verò de futuris nunquam est vaticinatus, sed præteritis, verùm obscuris.* Certè errat manifestò: nam prædictionem ejus futurorum unam, & alteram, memorat nobis Diogenes: & habemus item tertiam apud Platonem, De Leg. lib. I. Et ob rerum futurarum hanc scientiam, Baltæ eum Nymphæ filium, ac Curetem etiam novum homines illius temporis appellabant. Plutarchus,

post citata verba. Διὸ καὶ παῖδα Νύμφης ὄνομα Βάλτης, καὶ Κούρητα νέον αὐτὸν οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον. *Quâ de causâ & Nymphæ, Baltæ nominatæ, filium eum dicebant, & Curetem item novum ejus ætatis homines dicebant.* De Curetis novi nomine, sunt Diogenis quoque verba. Μυρωνιανὸς δὲ ἐν Ὁμοίοις φησὶν, ὅτι Κούρητα αὐτὸν ἐκάλουν Κρῆτες. *Myronianus autem in Similibus refert, Curetem ipsum à Cretensibus dictum fuiße.* Tradidere quidam, cibum à Nymphis accipere solitum; eumque, bovis ungulâ conditum subinde sumpsisse: & nec edere unquam visum, nec excernere. Diogenes. Φησὶ δὲ Δημήτριος, τινὰς ἱστορεῖν, ὡς λάβοι παρὰ Νυμφῶν ἔδεσμά τι, καὶ φυλάττοι ἐν χηλῇ βοός. προσφερόμενός τε κατ᾽ ὀλίγον, μηδεμιᾷ κενοῦσθαι ἀποκρίσει, μηδὲ ὀφθῆναί ποτε ἐσθίων. *Ait Demetrius, quosdam tradere, eum à Nymphis cibum quendam accepisse, è quo, in bovis ungulâ condito, cum subinde aliquid sumeret, neque tamen edere visum, neque ullo excremento etiam se vacuare.* Plutarchus, in Conv. Sap. Ἄρ᾽ οὖν, ἔφη, καὶ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν, Σόλωνος δὲ ξένον, Ἐπιμενίδην, νόμος τις ἀπέχεσθαι τῶν ἄλλων σιτίων κελεύει, τῇ δὲ ἀλίμου δυνάμεως, ἣν ἡδονὴν αὐτὸς συντίθησι, μικρὸν εἰς τὸ στόμα λαμβάνοντα, διημερεύειν ἀνάριστον, καὶ ἄδειπνον; *Nunquid igitur, inquit, sodalem nostrum, Solonis hospitem, Epimenidem, lex aliqua reliquis abstinere cibis jubet, sed ex famis arcendæ facultate, quam componit ipse sibi voluptatem, aliquid in os sumentem, totum diem & impransum, & incœnatum, permanere?* Edebat autem asphodelum, & malvam. Indicat Plutarchus ibidem, in sequentibus istis verbis. Ὁ δὲ Σόλων ἔφη θαυμάζειν τὸν Ἄρδαλον, εἰ τὸν νόμον οὐκ ἀνέγνωκε τῆς διαίτης τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς ἔπεσι τοῦ Ἡσιόδου γεγραμμένον: ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ πρῶτος Ἐπιμενίδῃ σπέρματα τῆς τροφῆς ταύτης παρασχὼν, καὶ ζητεῖν ὁ διδάξας,

—— ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ᾽ ὄνειαρ.

Solon autem inquit, mirari se, quod Ardalus eam victus rationem non legisset, in Hesiodi versibus scriptam. nam is est, qui primus Epimenidi semina alimenti hujus præbuit; docuitque eum quærere,

—— *quanta esset in malvâ, & asphodelo, utilitas.*

Proclus, ad illum versum Hesiodi. Ἐπιμενίδην φασὶ μικρόν τι ἐδεσμάτιον προσφερόμενον, ὧδε τελεῖν τὴν ἡμέραν. ἦν δ᾽ ἐξ ἀσφοδέλου, καὶ μαλάχης· ἥπερ αὐτὸν ἄλιμον, καὶ ἄδιψον, ἐποίει. *Epimenidem ajunt, exiguum*

quod-

quoddam edule ori adhibentem, totum diem ſic exegiſſe. Erat verò ex aſphodelo & malva: quæ ipſum famis & ſitis expertem reddebat. Hinc intelligendus eſt Platonis locus, De Leg. lib. III. ΚΛΕΙΝ. Μῶν φράζεις Ἐπιμενίδην; ΑΘΗΝ. Ναὶ, τοῦτον. πολὺ γὰρ ὑμῖν ὑπερεπήδησε τῷ μηχανήματι σύμπαντας, ὦ φίλε. ὃ λόγῳ μὲν Ἡσίοδος ἐμαντεύετο πάλαι, τῷ δ᾽ ἔργῳ ἐκεῖνος ἀπετέλεσεν, ὡς ὑμεῖς φατέ. *CLIN. Nonne Epimenidem intelligis? ATHEN. Illum ipſum. nam omnes vos induſtriâ multum ſuperavit: &, quemadmodum vos dicitis, quæ Heſiodus olim verbis prædixit, ille opere ipſo præſtitit.* Et huc pertinet, quod aſphodeli etiam radix dicta fuit Epimenidium. Euſtathius, ad Iliad. Φ΄. Ἀσφοδέλου τὴν ῥίζαν Θεόφραστος καλεῖσθαι φησὶν Ἐπιμενίδιον. *Aſphodeli radicem Theophraſtus ait appellari Epimenidium.* Locus verò Theophraſti, quem reſpexit, eſt Hiſt. Plant. lib. VII. cap. xj. Mortui pellis, literata eſt reperta. Heſychius Mileſius, loco citato. Τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, τὸ δέρμα εὑρέθη γράμμασι κατάστικτον. *Cùm autem mortuus ipſe eſſet, pellis ejus literis compuncta inventa eſt.* Hoc Suidas quoque tradit. Et hæc à Lacedæmoniis ſervabatur: qui quod illam diligenter cuſtodirent, mox proverbio dici cœpit, Ἐπιμενίδειον δέρμα, *Epimenidéa pellis*, de his rebus, quæ ſepoſitæ ſummâ curâ aſſervabantur. Diogenianus, Cent. VIII. Proverb. xxviij. Ἐπιμενίδειον δέρμα. ἐπὶ τῶν ἀποθέτων. κατέκειτο γὰρ παρὰ τῇ Λακεδαίμονι τοῦτο. *Epimenidéa pellis. De rebus ſepoſitis. Hæc enim apud Lacedæmonios erat.* Idque ex oraculo quodam. Appendix Vaticana, Cent. III. Proverb. xcix. Τὸ Ἐπιμενίδειον δέρμα. ἐπὶ τῶν ἀποθέτων εἴρηται. ἀπέκειτο γὰρ κατὰ τὸ λόγιον τοῖς Λακεδαιμονίοις τὸ τοῦ Ἐπιμενίδου δέρμα. *Epimenidéa pellis. De rebus ſepoſitis dictum eſt. Nam apud Lacedæmonios ex oraculo pellis Epimenidis aſſervabatur.* Nam hi ipſi captum bello contra Cnoſſios, interfecerant, & in agro Corinthiaco ſepelierant. Pauſanias, in Corinthiacis. Πρὸ δὲ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς, Ἐπιμενίδου λέγουσιν εἶναι τὸν τάφον. Λακεδαιμονίους γὰρ, πολεμήσαντας πρὸς Κνωσσίους, ἑλεῖν ζῶντα Ἐπιμενίδην, λαβόντας δὲ ἀποκτεῖναι, διότι σφίσιν οὐκ αἴσια ἐμαντεύετο, αὐτοὶ δὲ ἀνελόμενοι θάψαι ταύτῃ φασί. *Ante ædem Minervæ, Epimenidis ſepulcrum eſſe dicunt. Lacedæmonios enim, bello contra Cnoſſios, vivum cepiße Epimenidem, & occidiſſe quoque captum, quia minimè læta prædiceret: ac ſublatum*

tum eo in loco tumulasse. Struxere etiam monumentum in ipso urbis Spartanæ foro; ut apud Pausaniam eundem observare licet, in Laconicis. Certè Spartam Epimenidem venisse, tradit Clemens, Strom. I. & Tatianus, in Orat. contra Græcos. Diogenes simpliciter mortuum esse dicit, non multò post quàm Athenis rediisset, à lustratione urbis. Ἐπανελθὼν ἐπ' οἴκου, μετ' οὐ πολὺ μετήλλαξεν. *Domum reversus, non multò post vitam cum morte commutavit.* Jamblichus tradit, in latrones incidisse, & his Furias ultrices imprecatum, diris illis effecisse, ut ipsi mutuis vulneribus se conficerent. Vide eum lib. I. cap. xxxij. Vixerat autem annos centum quinquaginta. Vide Apollonium Dyscolum, Hist. Mirab. cap j. & quæ illic pridem mihi adnotata. Mortuum verò Cretenses inter deos censuere. Diogenes. Λέγουσι δέ τινες, ὅτι Κρῆτες αὐτῷ θύουσιν, ὡς θεῷ. *Quidam tradunt, quod Cretenses sacra ipsi, ut deo, faciant.* Quidam eum inter septem Sapientes retulerunt: ut est videre apud Theodoretum, Therapeut. lib. V. Ejus scripta, hæc traduntur à Diogene. Κουρήτων, καὶ Κορυβάντων, γένεσις. Θεογονία. Ἀργοῦς ναυπηγία τε καὶ Ἰάσονος εἰς Κόλχους ἀπόπλους. Περὶ θυσιῶν. Περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας. Περὶ Μίνω, καὶ Ῥαδαμάνθυος. Apud Suidam memorantur, Μυστήρια & Καθαρμοί. A nonnullis, Τελχινιακὴ ἱστορία etiam adscribitur huic: ut testatur Athenæus, lib. VII. Et ex his Καθαρμοὶ etiam citantur ab Eustathio, ad Iliad. β'. & Dionysium. Θεογονίας respectu, Θεολόγος dicitur à Diodoro Siculo, lib. V. Et ex eo Opere censeo, quæ de Styge proferuntur à Pausania, in Arcadicis; de Pane & Arcade, Jovis ac Callistûs filiis, à Scholiaste Theocriti, Idyll. I; de Saturni filiabus Eumenidibus, à Scholiaste Sophoclis, ad Oedipum Colonensem; denique de Capricorno, à Germanici Interprete. Incerti Operis, est is versus, quem Apostolus Paulus profert, in Epistolâ ad Titum, cap I.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Hieronymus, in suo illic Commentario, dicit esse ex *Oraculis:* sed hæc eum conscripsisse, nemo antiquorum dixit. Pariter incertum istud, ubi ὁμοκάπυους vocet, quos Charondas ὁμοσιπύους: uti refert Aristoteles, Politic. lib. I. cap. j. Quod postremum tamen puto in eo Opere fuisse, quod inscripserat: Περὶ τῆς ἐν Κρήτῃ πολιτείας.

CAP.

CAP. XII.

Heraclides. Ejus Opus, De Urbibus Græciæ. Hybrias; ejusque Scolia. Jophon Cnossius; ejusque Opus. Lucillus Tarrhæus; ejusque scripta. Mesomedes. Rhianus, Benæus, aut Cereates: ejusque scripta. In Suida mendum indicatum. Petellides, Historicus. Thales, sive Thaletas, Gortynius: ejusque scripta, & elogium. Suidæ error.

Heraclides. Scripsit, Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων. *De Urbibus Græciæ.* Apollonius, Hist. Mirab. cap. xix. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κρητικὸς, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεων, κατὰ τὸ Πήλιον ὄρος φύεσθαί φησιν ἄκανθαν καρποφόρον. *Heraclides Cretensis, in libro De urbibus Græciæ, juxta Pelium montem nasci ait spinam frugiferam.*

Hybrias. Scripsit Σκολιά. Athenæus, lib. xv. Σκολιὸν δὲ φασί τινες καὶ τὸ ὑπὸ Ὑβρίου Κρητὸς ποιηθέν. *Scolium verò quidam esse ajunt etiam illud, quod ab Hybria Cretensi factum est.*

Jophon, Cnossius: vatum oracula versibus heroicis exposuit. Pausanias, in Atticis. Ἰοφῶν δὲ Κνώσσιος τῶν ἐξηγητῶν χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο, Ἀμφιάραον χρῆσαι φάμενος τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείων ταῦτα τὰ ἔπη. *Jophon Cnossius verò, qui vatum oracula versibus heroicis exposuit, Argivis, cùm Thebas profecturi essent, Amphiaraum respondisse his versibus, memoriæ prodidit.*

Lucillus. Tarræ natus. Scripsit varia; inter quæ, Commentarium in Apollonii Rhodii Argonautica: sicut etiam Sophocleus, & Theon. Ex quibus omnibus sunt concinnata ea Scholia, quæ habemus. Auctor Scholiorum istorum, in Apollonii Vitâ. Παράκειται τὰ σχόλια ἐκ τῶν τοῦ Λουκίλλου Ταρραίου, καὶ Σοφοκλέους, καὶ Θέωνος. *Sumpta sunt hæc Scholia ex Commentariis Lucilli Tarrhæi, Sophoclei, & Theonis.* Citat etiam Auctor Etymologici, in Ἀρείων, & Εἰνάνυχες. Etiam ejus opus quoddam fuit, Περὶ Θεσσαλονίκης. *De Thessalonicâ.* Stephanus, in Θεσσαλονίκη. Λούκιλλος δὲ ὁ Ταρραῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψε. *Lucillus Tarrhæus De Thessalonicâ librum scripsit.* Scripsit etiam, Περὶ παροιμιῶν, libros III. Περὶ γραμμάτων. & τεχνικά.

χνικά. Vide Stephanum, in Τάῤῥα. Et Opus quidem Περὶ παροιμιῶν, citat etiam Joannes Tzetzes, Var. Hist. Chil. VIII. cap. clix. Exstantque hodie ejus Operis Excerpta, Græcè edita ab Aldo, anno cIↃ IↃ. v.

Mesomedes. De eo sic Eusebius, in Chron. Can. Μεσομήδης, Κρὴς, ποιητὴς νόμων κιθαρῳδικῶν, ἐγνωρίζετο. Quæ sic Latinè Hieronymus. *Mesomedes, Cretensis, citharicorum carminum Musicus poëta, agnoscitur.* Vide quæ de eo Suidas, in Μεσομήδης; & Julius Capitolinus, in Antonino Pio.

Myson. Unus è septem sapientibus; Etéæ, ut quidam volunt, natus. Stephanus. Ἠτεία, δῆμος Λακωνικῆς, ἢ τῆς Κρήτης πόλις· ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν. *Etéa, populus Laconicæ aut urbs Cretæ, è qua Myson erat, unus septem sapientum.*

Rhianus. Quidam hunc Benæum esse, quidam autem Cereaten voluerunt. Vide supra, ubi de urbe Cereâ agit, lib. I. cap. vij. Scripsit verò poëmata; & in illis Heracliadem, libris IV. Suidas. Ῥιανός. ἔγραψεν ἔμμετρα ποιήματα· Ἡρακλειάδα, ἐν βιβλίοις τέσσαρσι. Rhianus. *Scripsit poëmata versibus comprehensa: Heracliadem, libris quatuor.* Sed non potest quin sit mendum; nam plures ejus Operis libri exstiterunt: Et Etymologici Auctor decimum quartum nobis citat, in Ἀπέλλωα. Ὡς Ῥιανὸς, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Ἡρακλείας. *Ut Rhianus libro decimoquarto Heracleæ.* Scripsit etiam Historiam belli Messenici. Pausanias, in Messenicis. Τοῦτον δὴ τὸν τῶν Μεσσηνίων τὸν πόλεμον Ῥιανός τε ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν ὁ Βηναῖος, καὶ ὁ Πριηνεὺς Μύρων. *Hoc Messeniorum bellum versibus conscripsit & Rhianus Benæus, & Myron Prienensis.* Citatque ibi hunc Auctorem pluribus locis. Ejus Ἐπιγράμματα citat Athenæus, lib. XI. Insigne ejus ex incerto Opere fragmentum exstat apud Stobæum, serm. IV. Citatur quoque iste versus à Scholiaste Apollonii, lib. III.

Πᾶσαι δ' εἰσαΐουσι, μιᾶς ὅτε τοὔνομα λέξεις.

Omnes exaudiunt, unius cùm nomen dices.

Petellides, Gnosius. Hyginus, in Poëtico Astronomico. *Ex his, ut Petellides Gnosius, Historiarum scriptor, demonstrat, nascuntur filii duo, Philometus, & Plutus.*

Thales, sive, ut aliis dicitur, *Thaletas*, Gortynius. Pausanias, in

in Atticis. Θαλῆς δὲ, ὁ Λακεδαιμονίοις τὴν νόσον παύσας, οὔτε ἄλλως προσήκων, οὔτε πόλεως ἦν Ἐπιμενίδῃ τῆς αὐτῆς· ἀλλ' ὁ μὲν Κνώσσιος, Θάλητα δὲ εἶναί φησι Γορτύνιον Πολύμναστος Κολοφώνιος. *Thales verò, qui Lacedæmoniis morbum sedavit, neque aliàs Epimenidem contingebat, neque etiam ex eâdem urbe erat. nam hic quidem Gnossius erat: at Thaletem, Polymnastus Colophonius Gortynium dicit.* Ubi observa, pestem eum Lacedæmone sedasse. Meminit ejus etiam Sextus Empiricus, Adversus Mathematicos, lib. II. ὁ δὲ Σπαρτιάτης Λυκοῦργος, ὡς ἂν ζηλωτὴς Θάλητος τοῦ Κρητὸς γενόμενος, τὸν αὐτὸν τοῖς Σπαρτιάταις νόμον εἰσηγήσατο. *Lycurgus verò Spartanus, tanquam æmulator Thaletis Cretensis, eandem legem Spartanis introduxit.* Hic ipse est intelligendus apud Diogenem Laërtium; quem is, quanquam patriæ omisso nomine, tertium in ordine eorum ponit, qui Thaletis olim nomen habuerunt; coætaneum Hesiodi, & Homeri, & Lycurgi. Verba ejus ita habent, in Thalete, lib. I. Τρίτος, (Θαλῆς,) ἀρχαῖος πάνυ, κατὰ Ἡσίοδον, καὶ Ὅμηρον, καὶ Λυκοῦργον. *Tertius, (Thales,) antiquus admodum, Hesiodi, Homeri, & Lycurgi tempore.* Scripsit autem rhythmis, quos vocabant Creticos, pæanas, carminaque in hâc ipsâ regione usitata; tum eidem multa etiam instituta tribuuntur. Strabo, lib. X. Ὡς δ' αὔτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι, κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν, οὓς Θάλητα ἀνευρεῖν· ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων. *Ita quoque rhythmis Creticis uti, qui in carminibus contentissimi essent, quosque Thales invenisset: cui etiam pæanes, aliáque ejus regionis carmina, tum & multa instituta, tribuuntur.* Et paulò post. Ἀπῆρεν (ὁ Λυκοῦργος) εἰς Κρήτην. ταύτην μὲν δὴ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν. ἐλθόντα δὲ, πλησιάσαι Θάλητι, μελοποιῷ ἀνδρὶ, καὶ νομοθετικῷ. *Discessit (Lycurgus) in Cretam: atque hanc quidem peregrinationis causam dici: cùm autem illuc venißet, ad Thaletem se adjunxisse; virum qui & carmina & leges conderet.* Qualia verò ista ejus carmina fuerint, licet discere ex Plutarcho: qui de illis ita scribit, in Lycurgo. Λόγοι γὰρ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ πρὸς εὐπείθειαν, καὶ ὁμόνοιαν, ἀνακλητικοὶ, διὰ μελῶν ἅμα καὶ ῥυθμῶν, πολὺ τὸ κόσμιον ἐχόντων, καὶ καταστατικόν· ὧν ἀκροώμενοι κατεπραΰνοντο λεληθότως τὰ ἤθη, καὶ συνῳκειοῦντο τῷ ζήλῳ τῶν καλῶν ἐκ τῆς ἐπιχωριαζούσης τότε πρὸς ἀλλήλους κακοθυμίας. ὥστε τρόπον τινὰ τῷ Λυκούργῳ προοδοποιεῖν τῆς

παίδευσιν αὐτῶν ἐκεῖνον. *Carmina ejus erant ſermones, qui ad obſequium, & concordiam, revocarent, modis pariter & numeris, in quibus multa erat gravitas, & delinimentum: quibus auditores ſenſim reddebantur placidiores, coaleſcebantque inter ſe ex æmulatione honeſti concordiâ, exuentes graſſantem tunc illic inteſtinam diſcordiam. ita ut quodammodo Lycurgo viam præmuniverit ad inſtituendos eos.* Aliis,

Thaletas, dicitur; & ſecundæ Muſices conſtitutionis auctor. Plutarchus, lib. De Muſicâ. Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐν τῇ Σπάρτῃ, Τερπάνδρου καταστήσαντος γεγένηται· τῆς δὲ δευτέρας δὲ, Θαλήτας ὁ Γορτύνιος, καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος, καὶ Ξενόκριτος ὁ Λοκρὸς, καὶ Πολύμνηστος ὁ Κολοφώνιος, καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος, μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. *Ac prima quidem Muſicæ conſtitutio Spartæ facta eſt à Terpandro: ſecundæ auctores hi potiſſimùm memorantur; Thaletas Gortynius, Xenodamus Cytherius, Xenocritus Locrenſis, Polymnaſtus Colophonius, & Sacadas Argivus.* De pæanibus, quos adſcribit ei Strabo, in citatis antè verbis, mox ſubjungit. Ἦσαν δὲ οἱ περὶ Θαλήταν τε καὶ Ξενόδαμον, καὶ Ξενόκριτον, ποιηταὶ παιάνων. *Erant verò Thaletas, Xenodamus, & Xenocritus, pæanum ſcriptores.* Paullo poſt, in dubium vocatum tradit, an pæanes ipſe ſcripſerit. Καὶ περὶ Θαλήτα δὲ τοῦ Κρητὸς, εἰ παιάνων γεγένηται ποιητὴς, ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος γὰρ, μετ᾽ Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ἐπὶ δὲ τὸ μακρότερον ἐκτεῖναι, καὶ Μάρωνα, καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν, εἰς τὴν μελοποιΐαν ἐνθεῖναι. *At verò de Thaleta Cretenſi, an pæanas ipſe ſcripſerit, dubitatur. Nam Glaucus, qui Thaletam poſt Archilochum fuiſſe dicit, carmina Archilochi eum imitatum quidem ait, ſed prolixiùs extendiſſe, & Maronem, ac rhythmum Creticum, verſibus inſeruiſſe.* Quidam tradunt, cantilenas etiam compoſuiſſe, quæ ſaltationi pyrrichæ accinerentur. Schol. Pindari, Pythionic. Od. II. Ἔνιοι δέ φασι, πρώτους Κουρῆτας τὴν ἐνοπλον ὀρχήσασθαι ὄρχησιν, αὖθις δὲ Πύῤῥιχον Κρῆτα· συντάξασθαι Θάλητα δὲ πρῶτον τὰ εἰς αὐτὴν ὑπορχήματα. *Quidam autem dicunt, primos armatam ſaltationem ſaltaſſe Curetas; rurſum verò, Pyrrichum Cretenſem: ac Thaletem primum cantilenas compoſuiſſe quæ ſaltantibus accinerentur.* Quod ſedatam ab eo peſtem, ex Pauſania

ſania

ſania memoravi, id per muſicam factum eſſe, ex Apollinis oraculo, refert etiam Plutarchus, in ejusdem libri fine. Καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα, ὅν φασι, κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίοις παραγενόμενον, διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην, καθάπερ φησὶ Πρατίνας. *Et Thaletam Cretenſem, quem, Apollinis Pythii oraculo accitum à Lacedæmoniis, muſicâ peſtem tum graſſantem Spartæ, ſedaße Pratinas refert.* Elogium illi, non exiguum, tribuit idem, in Lycurgo. Πρῶτον μὲν εἰς Κρήτην ἀφίκετο, καὶ τὰς αὐτόθι πολιτείας κατανοήσας, καὶ συγγενόμενος τοῖς πρωτεύουσι κατὰ δόξαν ἀνδράσι, τὰ μὲν ἐζήλωσε καὶ παρέλαβε τῶν νόμων, ὡς οἴκαδε μετοίσων, καὶ χρησόμενος, ἐστὶ δ᾽ ὧν κατεφρόνησεν. ἕνα δὲ τῶν νομιζομένων ἐκεῖ σοφῶν, καὶ πολιτικῶν, χάριτι καὶ φιλίᾳ πείσας, ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην, Θαλήταν, ποιητὴν μὲν δοκοῦντα λυρικῶν μελῶν, καὶ πρόσχημα τὴν τέχνην ταύτην πεποιημένον, ἔργῳ δὲ, ἅπερ οἱ κράτιστοι τῶν νομοθετῶν διαπραττόμενον. *Primùm quidem in Cretam abiit, cognitiſque reip. inſtitutis, ac virorum dignitate eminentium conſuetudine illic uſus, leges quaſdam & probavit, & accepit, tanquam domum tranſlaturus, & uſurus quoque iis, quaſdam verò inſuper habuit. Unum autem inter iſtos, qui excellere ſapientiâ, ac civilium rerum peritiâ, putabantur, Thaletam nomine, gratiâ & amicitiâ perſuaſum, Spartam miſit, poëtam quidem lyricorum carminum exiſtimatum, & hanc artem prætexentem, ſed re ipſâ efficientem, quæ legiſlatores præſtantiſſimi ſolent.* Errat Suidas, qui Thaletas duos facit; unum Elyrium, poëtam lyricum: alterum Cnoſſium, rhapſodum, qui poëmata quædam fabuloſa ſcripſerit. Θαλήτας, Κρὴς, Ἐλύριος, (ita enim emendandum monui ſupra, lib. I. cap. ix.) λυρικὸς, γεγονὼς πρὸ Ὁμήρου. μέλη. Θαλήτας, Κνώσιος, ῥαψῳδὸς. ποιήματά τινα μυθικά. *Thaletas, Cretenſis, Elyrius, lyricus, Homero antiquior. Scripſit Carmina. Thaletas, Cnoſſius, rhapſodus: poëmata quædam fabuloſa.*

CAP. XIII.

Alii quoque, aliis ex rebus clari. Myson; unus Sapientum. Entimus, ejusque mors. Ergoteles, per seditionem ejectus: bis Olympiis, Pythiis, Isthmiis, Nemeis, victor. Sotades: patriâ, quam abdicaverat, exactus. Aristomenes, qui ἑκατονφόνια *sacra fecit. Pyrrichus, inventor pyrrichæ. Chrysothemis; qui primus stolâ indutus, ad Apollinis habitum, nomon cecinit. Zeno, saltator, Artaxerxi admodum charus. Ctesiphon, sive Chersiphron, architectus; ac Metagenes, ejus filius: & adjutor in Junonis Samiæ templo exstruendo: quod uterque etiam descripsit. Philonides, cursor diarius Alexandri Magni. Chirisophus, & Aristocles, statuarii.*

Post doctrina insignes viros, alii quidam, aliter clari, sese offerunt. Inter istos primus nunc dicetur Entimus. Hic Gelam condidit in Siciliâ cum Antiphemo Rhodio: uti supra à me dictum, hujus libri capite VI. Occisus fuit à Phœnice latrone, cum eodem Antiphemo; uti gloriæ ejus consors, ita mortis. Lucillus Tarrhæus, in Collect. Proverb. χρησμὸς ἐδόθη Ἐντίμῳ τῷ Κρητὶ, καὶ Ἀντιφήμῳ τῷ Ῥοδίῳ, φυλάξασθαι τὸν τετράωτον. ἦν δὲ οὗτος λῃστὴς Φοίνιξ, οἱ δὲ, τοῦ χρησμοῦ ἀμελήσαντες, ἀπώλοντο. *Oraculum datum erat Entimo Cretensi, & Antiphemo Rhodio, ut caverent quatuor habentem aures. is autem erat latro Phœnix, illi verò, spreto oraculo, perierunt.* Videndus item est Zenobius, Cent. I. Proverb. LIV. est Ergoteles, dictus Himeræus posteà, quàm ejectus per seditionem Cnosso, urbe patriâ, in Siciliæ Himeram commigravit. Bis Olympiis victor fuit; & bis Pythiis, Isthmiis, Nemeis. Pausanias, Eliac. II. Ἐργοτέλης δὲ ὁ Φιλάνορος δολιχοῦ δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ, καὶ ἐν Ἰσθμῷ τε, καὶ Νεμείων ἀνῃρημένος, οὐχ Ἱμεραῖος εἶναι τὸ ἐξ ἀρχῆς, καθάπερ γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησι, Κρὴς δὲ εἶναι λέγεται, Κνώσσιος· ἐκπεσὼν δὲ ὑπὸ στασιωτῶν ἀπὸ Κνωσσοῦ, καὶ ἐς Ἱμέραν ἀφικόμενος, πολιτείας τετύχηκεν. *Ergoteles autem Philanoris filius, qui duas longioris curriculi in Olympiâ, totidem in Pythicis, Isthmicis, Nemeis,*

victo-

victorias est adeptus, non Himeræus fuit primitus, quod inscriptio indicat, sed Cretensis, domo Cnossius: unde seditione pulsus, ab Himeræis, ad quos profugerat, in civitatem est receptus. Est in eum Pindari Olympionicarum Ode XII: ubi eum sic compellat,

Υἱὲ Φιλάνορος, ἤτοι καὶ τεά κεν
Ἐνδομάχας ἅτ᾽ ἀλέκτωρ,
Συγγόνῳ παρ᾽ ἑστίᾳ
Ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν,
Εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα
Κνωσσίας ἄμερσε πάτρας.
Νῦν δ᾽ Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμενος,
Καὶ δὶς ἐν Πυθῶνι, Ἰσθμοῖ τ᾽, Ἐργότελες,
Θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁμιλέ-
Ων παρ᾽ οἰκείαις ἀρούραις.

Fili Philanoris, certè & tuum,
Uti domi pugnans gallus,
Cognatum apud larem,
Inglorium decus emarcuisset pedum,
Nisi seditio, viros inter se committens,
Cnossiâ privasset patriâ.
At nunc apud Olympiam coronatus,
Et bis apud Pythonem, & Isthmum, Ergoteles,
Calida Nympharum balnea extollis, ver-
Sans apud domestica arva.

Scholiastes, Ἐργοτέλης, Κρὴς μὲν ἦν τὸ γένος, πόλεως Κνωσσοῦ. ὃς ἠγωνίσατο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, καὶ τὴν ἑξῆς Πυθιάδα εἰκοστὴν ἐνάτην. στασιαζομένης δὲ τῆς πόλεως, φυγὰς εἰς Ἱμέραν πόλιν Σικελιωτικὴν ἀπῆλθε. *Ergoteles, Cretensis erat quidem genere, ex urbe Cnoßo: qui certavit Olympiade septuagesimâ septimâ, & Pythiade insequutâ vicesimâ nonâ. Cùm autem urbs seditione agitaretur, profugus Himeram concessit, Siciliæ urbem.* Dignus erat etiam

Sotades, Olympiade nonagesimâ nonâ victor, uti etiam sequenti, nisi, pretio accepto, patriâque abnegatâ, decus suum corrupisset: ut ostendi paullo antè, cap. xix.

Aristomenes, Gortynius: qui, centum hostibus interfectis, sa-

cra Hecatonphonia fecit. Fulgentius, De Priſco Serm. in *Nefrendes. Diophantus Lacedæmonius, qui de ſacris deorum ſcripſit, ait; apud Meſſenios Jovi ſolere ſacrificari ſacrum, quod* Ἑκατονφόνια *appellatur: ſi quis enim centum hoſtes interfeciſſet, Jovi homine ſacrificabat apud Ithomen. quod ſacrificatum eſt à duobus, Ariſtomene Gortynenſi, & Theoclo Elæo: ſicut Soſicrates ſcribit.*

Pyrrichus. Hic Cydonius, & ſaltationem Pyrricham, à ſe dictam, invenit. Nicolaus Damaſcenus, De Mor. Gent. apud Stobæum, Serm. XLII. Τὴν ἐνόπλιον πυῤῥίχην πρῶτος εὗρε Πύῤῥιχος Κυδωνιάτης, Κρὴς τὸ γένος. *Armatam pyrricham invenit primus Pyrrichus Cydoniates, Cretenſis genere.* Marius Plotius, De Metris. *Pyrricha dicta eſt à Pyrricho Cydonio, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad hujus pedis ſonitum inſtituit.* Ita enim locum eum emendandum pridem oſtendi, in Orcheſtrâ: ubi in hanc rem plura vide.

Chryſothemis. Hic primus, ſtolâ inſigni amictus, citharaque acceptâ, ad Apollinis habitum, ſolus hymnum illi cecinit. Proclus, in Chreſtomathiâ. Τῶν ἀρχαίων χορὸς ἱςάντων, καὶ πρὸς αὐλὸν, ἢ λύραν, ᾀδόντων τὸν νόμον, Χρυσόθεμις ὁ Κρὴς πρῶτος, στολῇ χρησάμενος ἐκπρεπεῖ, καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν, εἰς μίμησιν τοῦ Ἀπόλλωνος, μόνος ᾖσε νόμον. εὐδοκιμήσαντος δὲ αὐτοῦ, διαμένει ὁ τρόπος τοῦ ἀγωνίσματος. *Cùm veteres choros conſtituiſſent, & ad tibiam, aut lyram, canerent nomon, primus Chryſothemis Cretenſis, ſtolâ uſus inſigni, & citharâ ſumptâ, ad imitationem Apollinis, ſolus nomon cecinit. qui cùm eo nomine probatus fuiſset, modus hic certaminis permanſit.* Meminit ſtrictim etiam Pauſanias, in Phocicis. Ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα γενέσθαι μνημονεύουσι, καὶ ἐφ᾽ ᾧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ᾆσαι ὕμνον ἐς τὸν θεόν. καὶ ᾖσε, καὶ ἐνίκησεν ᾄδων, Χρυσόθεμις. *Antiquiſſimum autem certamen memorant fuiſſe, in quo primùm præmia propoſuerunt, hymnum canere in deum, (Apollinem) cecinitque, & vicit canens, Chryſothemis Cretenſis.*

Zeno. Saltandi peritiâ regi Artaxerxi charus. Athenæus, lib. I. Ὀρχησταὶ δὲ ἔνδοξοι, Βόλβος μὲν, παρὰ Κρατίνῳ καὶ Καλλίᾳ· Ζήνων δὲ ὁ Κρὴς, ὁ πάνυ προσφιλέστατος Ἀρταξέρξῃ, παρὰ Κτησίᾳ. *Illuſtres autem ſaltatores fuere, Bolbus, apud Cratinam & Calliam; ac Zeno Cretenſis, Artaxerxi chariſſimus, apud Cteſiam.*

Cteſi-

Ctesiphon, Gnossius; Dianæ Ephesiæ templi architectus. Plinius, lib. VII. cap. xxxvij. *Laudatus est Ctesiphon Gnossius, æde Ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricatâ.* Quanquam hic infra Chersiphron dicitur, lib. XXXVI. cap. xiv. & apud Strabonem, lib. XIV. Sed Ctesiphon etiam dicitur Vitruvio, lib. III. cap. I. *Et Ephesiæ Dianæ Jonica, à Ctesiphonte constituta.* Et in Prooemio libri VII. *Ædes Ephesi Dianæ Jonico genere ab Ctesiphonte Gnosio, & filio ejus Metagene, est instituta.* Ubi quoque observandus est

Metagenes, ejus filius; & adjutor, in hoc templo exstruendo. Quin uterque id ipsum etiam descripsit. Idem Vitruvius, in Prooemio eodem. *Edidit volumen, De æde Junonis, quæ est Sami, Doricâ, Theodorus; Jonicâ Ephesi, quæ est Dianæ, Ctesiphon & Metagenes.* Meminit rursum utriusque lib. X. cap. vj.

Philonides, Cherronesius; Alexandri Magni cursor diarius. Pausanias, Eliac. lib. II. Καὶ Φιλωνίδης Ζώτου, γένος μὲν ἐκ Χερρονήσου τῆς Κρητῶν, Ἀλεξάνδρου δὲ ἡμεροδρόμος τοῦ Φιλίππου. *Et Philonides Zoti filius, Cherroneso Cretensium oriundus; Alexandro verò, Philippi filio, cursor diarius.*

Digni porrò, qui hîc etiam memorentur, artis suæ excellentiâ, statuarii: inter quos omnino duo antiquissimi. Horum unus est,

Chirosophus: de quo sic Pausanias scribit, in Arcadicis. Καὶ ἄγαλμα ἐπίχρυσον. Χειρίσοφος ἐποίησε, Κρὴς μὲν γένος, ἡλικίαν δὲ αὐτοῦ, καὶ τὸν διδάξαντα, οὐκ ἴσμεν. ἡ δὲ δίαιτα ἡ ἐν Κνωσσῷ Δαιδάλῳ παρὰ Μίνω συμβᾶσα ἐπὶ μακρότερον δόξαν τοῖς Κρησὶ καὶ ἐπὶ ξοάνων ποιήσει παρεσκεύασε. *Et simulacrum inauratum. Chirosophus fecit, Cretensis genere: de cujus ætate, & magistro, nihil comperti habemus. Certè longior Dædali apud Minoëm commoratio, Cretenses etiam in signorum opificio nobilitavit.* Alter autem, est

Aristocles: cujus Pausanias idem meminit, Eliac. I. Οὐ πόρρω δὲ τοῦ Ἀχαιῶν ἀναθήματος, καὶ Ἡρακλῆς ἐστιν, ὑπὲρ τοῦ ζωστῆρος μαχόμενος πρὸς τὴν Ἀμαζόνα, ἔφιππον γυναῖκα. τοῦτον Εὐαγόρας μὲν γένος Ζάγκλιος ἀνέθηκεν, ἐποίησε δὲ Κυδωνιάτης Ἀριστοκλῆς. ἐν δὲ τοῖς μάλιστα ἀρχαίοις καταριθμήσαιτο καὶ τὸν Ἀριστοκλέα ἐστί, καὶ σαφῶς μὲν ἡλικίαν οὐκ ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν αὐτοῦ· δῆλα δὲ, ὡς πρότερον ἔτι ἐγένετο, πρὶν ἢ τῇ Ζάγκλῃ ὄνομα γενέσθαι τὸ ἐφ' ἡμῶν Μεσσήνην. *Non longè ab Achæorum dono, Hercules est,*

pro baltheo pugnans cum Amazone, muliere equestri. Hunc Euagoras quidem Zanclæus dedicavit, fecit autem Aristocles Cydoniates. Potest verò hic Aristocles inter maximè antiquos numerari: nec certò quisquam ætatem ejus prodere queat. illud constat; fuisse eum, antequam Zanclæ Messenes nomen, quod nostrâ ætate usurpatur, inditum esset.

CAP. XIV.

Carmanor; Apollinem, & Dianam, profugos post Pythonis cædem, hospitio excipit: & Apollinem item lustrat. Isque in ejus quoque ædibus cum Acacallide congreditur. Habitabat autem Tarrhæ; filiosque habebat Chrysothemin, & Eubulum: è cujus filiâ Carmâ, & Jove, nata posteà Britomartis. Taurus; dux exercitus, qui captivam Europam abduxit. Palæphati locus emendatus. Auctoris Chronici Alexandrini, Eustathii, & Cedreni, error. Mylinus, gigas. Suidas emendatus. Talus, Cretis filius; Æneus, & quare, fictus: Cretæ custos, arcet eâ Argonautas. Minoi in dicendo jure operam navat. Rhadamanthi duo. Alcon; inter astra relatus, & Sagittarii nomine dictus.

Erant & nonnulli alii, verùm fabulis implicati: sed nos eos, missis illis, memorabimus. In his

Taurus, domo Cnossius, & Asterio sub rege dux exercitus: qui quod, captâ urbe Tyro, inter prædam filiam Agenoris, Europam nomine, abduxisset, fabulosè prodiderunt, eam à tauro raptam esse, cujus speciem Jupiter tunc induisset. Veritatem, sine fabulæ mixturâ, tradit Isaacius Tzetzes, ad Lycophronem. Κνωσσὸς, πόλις Κρήτης· ὅθεν ἦν καὶ Ταῦρος ὁ στρατηγὸς, ὁ τὴν Εὐρώπην ἁρπάξας, ὁ Κνώσσιος. *Cnossus, urbs Cretæ: è quâ erat Taurus, exercitus ductor, qui Europam rapuit, Cnossius.* Palæphatus, lib. De Fab. Ἀνὴρ Κνώσσιος, ὄνομα Ταῦρος, ἐπολέμει τῇ Τυρηνίᾳ χώρᾳ. τελευταῖον δ' ἐκ Τύρου ἥρπασεν ἄλλας τε κόρας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα Εὐρώπην. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, Εὐρώπην τὴν τοῦ βασιλέως ταῦρος ἔχων ᾤχετο. τούτου δὲ γινομένου προσσυνεπλάσθη ὁ μῦθος. *Vir Cnossius erat, nomine Taurus, bel-*

bellum Tyrrhenæ regioni inferebat. ac poſtremò cùm alias puellas rapuit, tum Europam, regis filiam. Itaque dicebant homines; Europam, regis filiam, Taurus rapiens abiit. quo facto, inſuper afficta eſt fabula. Sed corruptus ille locus; neque enim cum Tyrrhenis, ſed cum Tyriis, bellum id à Tauro geſtum: itaque reſcribendum cenſeo. ἐπολέμει τῇ Τυρίᾳ χώρᾳ. *Bellum Tyriæ regioni inferebat.* Auctor Chronici Alexandrini. Ἐπιῤῥίψας δὲ τῇ πόλει Τύρῳ Ταῦρος, ὁ τῆς Κρήτης βασιλεὺς, ναυμαχίᾳ πολεμήσας παρέλαβεν αὐτὴν ἑσπέρας· καὶ παιδεύσας αὐτὴν, ἔλαβεν ἐξ αὐτῆς αἰχμαλώτους πολλοὺς, ἐν οἷς καὶ τὴν Εὐρώπην, τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως Ἀγήνορος. *Invaſit Tyrum urbem rex Cretæ Taurus; commiſſoque navali prælio, eam circa veſperam cepit: cumque etiam caſtigaſſet, multos inde captivos abduxit, in quibus etiam Europam, filiam Agenoris regis.* Sed in eo errat graviter, quod hunc regem Cretæ dicat, quem exercitum duxiſſe ſub Aſterio, per id tempus Cretæ rege, ſupra oſtendi, hujus libri cap. ij. Et eundem errorem errat quoque Euſtathius, ad Dionyſium. κτίσμα δὲ ἦν ἡ Γόρτυν Ταύρου ἐκείνου, τοῦ τὴν Φοίνισσαν Εὐρώπην ἁρπάσαντος, ὃς Κρήτης ἦν βασιλεύς. *Gortyn condita erat à Tauro illo, qui Phœniſſam Europam rapuit, & Cretæ rex erat.* Et poſtea iterum, alio loco. Ἀγήνορος δὲ αὕτη (ἡ Εὐρώπη) θυγάτηρ· ἣν ὁ τῆς Κρήτης βασιλεὺς Ταῦρος ἐληΐσατο, ναυμαχίᾳ τὴν Τύρον ἑλών. *Agenoris verò hæc (Europa) filia erat: quam Cretæ rex Taurus inter prædam abduxit, captâ prælio navali Tyro.* Etiam Cedrenus. Φασὶ δὲ τὸν Ταῦρον, τοῖς χρόνοις ἐκείνοις βασιλεύοντα, ναυμαχίᾳ κατὰ τῆς Τύρου ἐπιθέμενον. *Ajunt verò Taurum, Cretæ his temporibus regem, bello navali Tyrum infeſtaſſe.* Et Gortynem ab eo conditam, memorat Euſtathius, in priore iſto loco: idque dicit etiam Auctor Chronici Alexandrini. Verba ſuprà à me prolata, lib. I. cap. x.

Mylinus, gigas; à Jove interfectus: ut tradit Diodorus Siculus, lib. V. Meminit ejus etiam ſemel, iterumque, Beroſus Annii Viterbienſis, in Baleo, Aſſyriorum rege undecimo. Ac puto perperam hodiè apud Suidam edi: Μύλωνος, ὄνομα κύριον. *Mylonus, nomen proprium*, & ſcribendum: Μύλινος, *Mylinus.*

Talus. Hunc Cretis filium tradit Pauſanias, in Arcadicis. Κιναίθων δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν, ὡς Ῥαδάμανθυς μὲν Ἡφαίστου, Ἥφαιστος δὲ

εἴη Τάλω, Τάλων δὲ εἶναι Κρητὸς παῖδα. *Cinæthon verò in verſibus tradidit, Rhadamanthum Vulcani, Vulcanum Tali, Talum Cretis filium fuiße.* Hic, ut fabulantur, æneus erat, & à Jove cuſtos Cretæ conſtitutus inſulam quotidie ter circumibat, & appellere aliquando cupientes Argonautas prohibebat: uti tradit Apollonius Rhodius, Argonaut. lib. IV. & Apollodorus, lib. I. Orpheus quoque, in Argonauticis, non nominat quidem eum, ſed deſignat, τριγίγαντος nomine.

ὅσσα τ' ἄρ' ἐν Κρήτῃ πάθον ἄλγεα τετληῶτες
Χάλκειον τριγίγαντα δοκεύμενοι, ὄφρ' ἱκόμεσθα,
ὅς ῥά οἱ ἀκτὴ εἴα λιμένων ἔντοσθεν ἱκέσθαι.
Quin etiam quantos incuſſit Creta dolores,
Æneus ut trigigas, acceſſu horrendus in ipſo,
In portum vetuit Minyas ſubducere puppem.

Eodem modo indicat potiùs, quàm nominat Catullus, Carm. LVI.

Non cuſtos ſi fingar ille Cretum.

Fabulantur æneo de genere fuiſſe unum. Apollodorus, loco citato. Τοῦτον οἱ μὲν, χαλκοῦ γένους εἶναι λέγουσιν. *Hunc nonnulli ex æneo genere eſſe tradunt.* Apollonius, itidem citato libro.

Τὸν μὲν χαλκείης μελιηγενέων ἀνθρώπων
ῥίζης λοιπὸν ἐόντα. ———
Hunc quidem ex æneâ hominum fraxinis natorum
Progenie reliquum exiſtentem, ———

Plato, in Minoë extremo, fabulâ remotâ, unà hunc & Rhadamanthum jus dixiſſe ſub Minoë; Rhadamanthum, in præcipuâ inſulæ urbe, nempe Cnoſſo; Talum verò, in totâ inſulâ; quam quotannis ter luſtraret, non quotidie, uti falsò Apollodorus; jus verò adminiſtraſſe ex præſcripto legum: quas inſculptas tabulis æneis circumferebat, unde & Æneus dictus fuerit. Ecce verba. Ῥαδάμανθυς δὲ, ἀγαθὸς μὲν ἦν ἀνήρ· ἐπεπαίδευτο γὰρ ὑπὸ τοῦ Μίνω· ἐπεπαίδευτο μέν τοι οὐχ ὅλην τὴν βασιλικὴν τέχνην, ἀλλ' ὑπηρεσία τῇ βασιλικῇ, ὅσον ἐπιστατεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. ὅθεν καὶ δικαστὴς ἀγαθὸς ἐλέχθη εἶναι. νομοφύλακι γὰρ αὐτῷ ἐχρῆτο ὁ Μίνως κατὰ τὸ ἄστυ· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἄλλην Κρήτην, τῷ Τάλῳ. ὁ γὰρ Τάλως τρὶς περιῄει τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὰς κώμας, φυλάττων τοὺς

νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλκοῖς γραμματείοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους. ὅθεν χαλκοῦς ἐκλήθη. *Rhadamanthus verò, erat vir bonus; quippe à Minoë institutus: non quidem in universâ regnandi arte, sed in ministerio regio, quod versatur circa tribunalia: unde etiam bonus judex dictus fuit. Nam illo Minos utebatur intrà urbem, Talo verò in cæterâ Cretâ. Hic autem Talus ter quotannis insulam vicatim obibat, leges ubique custodiens, quas insculptas tabulis æneis circumferebat: unde etiam Æneus est appellatus.* Etiam est fabulosum, quod occisos crudelissimè hospites ab eo proditur apud Eustathium, ad Odysseæ librum XX. Hunc fuisse Rhadamanthi amatorem, ex Ibyco tradit Athenæus, lib. XIII. p. 603. Meminere hujus Tali plures. In fine addendus, omnium maximus,

Rhadamanthus: qui justitiâ suâ meruit, ut post mortem judex esse inferorum diceretur. Vidimus statim, quid de eo Plato dicat: ac videndus etiam Diodorus Siculus, lib. V. De judicio apud inferos, videndus Virgilius, ante alios, Æneid. VI: & Claudianus, in Rufinum, lib. II. Strabo, ex Ephoro, duos hoc nomine fuisse refert, istis verbis, lib. X. Ὡς δὲ εἴρηκεν Ἔφορος, ζηλωτὴς δ' ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος, δικαιοτάτου ἀνδρὸς, ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις, καὶ συνοικισμοῖς πόλεων, καὶ πολιτείαις· σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον. *Ut verò Ephorus ait, Minos fuit imitator prisci cujusdam Rhadamanthi, viri justissimi, ac ejusdem cum fratre suo nominis: qui primus insulam videtur cicurasse legibus, urbiumque frequentationibus, & institutis: cùm fingeret se à Jove adferre singula decreta.*

Alcon. Sagittandi peritiâ clarus fuit. Servius, ad. Eclog. V. p. 23. Et ob artis excellentiam mox relatus inter astra, Sagittariusque dictus. Honorius, De Imag. Mundi, lib. I. cap. c.

Sunt & alii, rebus aliis gestis clari: quorum quia mentionem toto hoc Opere suo passim loco feci, ultra nil hic sum dicturus.

CAP. XV.

Lingua Cretica, & dialectus: quâ Cypselas usus fuit. Hesychii locus emendatus. Hermonis Γλῶσσαι Κρητικαί. *Hermonactis* λέξεις Κρητικαί. *Vocabula nonnulla Cretica;* Μητρίς. Δέλτος. *Antenor, Creticæ Historiæ auctor,* Δέλται *dictus;* Ζούς. Μαρνάν. Ἄξος. *Stephani locus emendatus.* Εὐειδής. Σμίνθος. *Servius correctus.* Σκόλιος. Κοδύμαλον. Ἀχράς. Ἄκαρα. Ἀμήτορες. Ἄνθρυσκα. Γάστρελον. *Hesychius iterum correctus.* Δηά. Δορά. Ἐδάς. Ἔλλοψ. Ἄσπαλωον. Φάγρος. *Et plura alia; inter quæ Hesychius tertiùm restitutus.*

Denique de linguâ aliquid est dicendum; quæ diversa planè erat: adeò ut Demetrius Magnesius Epistolam quandam, De republicâ Minois, ad Solonem Atheniensem ab Epimenide, uti ferebatur, scriptam, ejus hanc Auctoris esse hinc negaverit, quod Atticâ loquutione potiùs, quàm Creticâ, conscripta foret. Diogenes Laërtius, in Epimenide, lib. I. Φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Σόλωνα τὸν νομοθέτην, περιέχουσα πολιτείαν, ἣν διέταξε Κρησὶ Μίνως. ἀλλὰ Δημήτριος ὁ Μάγνης, ἐν τοῖς Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων, διελέγχειν πειρᾶται τὴν ἐπιστολὴν ὡς νεαρὰν, καὶ μὴ τῇ Κρητικῇ φωνῇ γεγραμμένην, Ἀτθίδι δὲ, καὶ ταύτῃ νέᾳ. *Fertur ipsius quoque Epistola ad Solonem legislatorem, De republicâ, quam Cretensibus Minos statuit. Sed Demetrius Magnesius, in Opere, quod de poëtis, ac scriptoribus, nominis ejusdem scripsit, redarguere hanc conatur ut recentem; neque linguâ Creticâ scriptam, verùm Atticâ, atque eâ quidem novâ.* Sic Panchaiam incolentes, cùm Cretenses se origine affirmarent, argumentum afferebant dialectum, & vocabula multa Cretica, quibus ipsi uterentur. Diodorus, lib. V. Μυθολογοῦσι δ' οἱ ἱερεῖς, τὸ γένος αὐτοῖς ἐκ Κρήτης ὑπάρχειν· καὶ τούτων σημεῖα φέρουσι τὴν διάλεκτον, δεικνύντες τὰ πολλὰ διαμεμένειν παρ' αὐτοῖς Κρητικῶς ὀνομαζόμενα. *Sacerdotes verò genus sibi è Cretâ esse fabulantur; afferuntque ejus rei argumentum sermonem peculiarem; ostendentes, multa sibi vocabula Græca permansisse.* Ac dialecto, quanquam Doricâ, tamen etiam diversâ utebantur. Corinthus, lib. De dialectis. Εἰδέναι δεῖ, ὅτι τῆς

Δω-

Δωρίδος πολλαί εἰσιν ὑποδιαιρέσεις τοπικαί. ἄλλως γὰρ Κρῆτες διαλέγονται, καὶ ἄλλως Ῥόδιοι, καὶ ἄλλως Ἀργεῖοι, καὶ ἄλλως Λακεδαιμόνιοι· ἑτέρως δὲ Συρακούσιοι, καὶ Σικελοί. *Scire oportet, Doricæ linguæ ſubdiviſiones locales eſſe. Aliter enim Cretenſes loquuntur, aliter Rhodii, aliter Argivi, aliter Lacedæmonii: aliter autem Syracuſani, & Siculi.* Et Philoponus, in ejuſdem Argumenti libello. Τῆς Δωρίδος πολλαί εἰσιν ὑποδιαιρέσεις τοπικαί· ἄλλως γὰρ Κρῆτες διαλέγονται, ἄλλως Ῥόδιοι, καὶ ἄλλως Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι. καθολικὰ δέ ἐστιν αὐτῶν ἰδιώματα. *Doricæ linguæ multæ ſunt ſubdiviſiones locales: nam aliter loquuntur Cretenſes, aliter Rhodii, aliter Argivi, & Lacedæmonii. Generales verò ſunt ipſorum proprietates.* Ac Creticâ quidem dialecto, uſus Cypſelas perhibetur. Corinthus libro citato. Διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος, ἥπερ Κυψέλας ἐχρήσατο· καὶ ἡ Λακώνων, ἥπερ Ἀλκμάν, καὶ Σώφρων. *Differt autem Cretenſium dialectus, quâ Cypſelas uſus eſt; & Laconum, quâ Alcman, & Sophron.* Quæ iiſdem penè verbis etiam Philoponus dicit. Ac ſpecimina dialecti ecce tibi. Dicebant, Διαπαντὸς, pro Αἰεί. Αὐτεὶ, pro Αὐτοῦ· Βέλτειν, pro Βέλτιον· Ἦνθεν, pro Ἦλθεν· ἐν χορὸν, pro ἐς χορόν· Ἐν τὰν ἀγορὰν, pro Ἐς τὴν ἀγοράν. Ἔβα, pro Ἔα. Ἔβασον, pro Ἔασον. Ἦς, pro Ἦν. Εἰθῶ, pro Εἴωθα· Εὐῶ, pro Εὐωχεῖσθαι· Θοῦκυδίδης, Θουκράτης, Θούφραστος, pro Θουκυδίδης, Θεοκράτης, Θεόφραστος. Κρῆ, pro Κρέη· Ἄκρητον, pro Ἄκρατον· Κίρκον, pro Κρίκον· Κέλεται, pro Κελεύει· Καββαλεῖν, pro Καταβαλεῖν· Μύχωνας, pro Σωροὺς ἀχύρων· Οἴκαδες, pro Οἴκαδε· Ὄρνιχες, pro Ὄρνιθες. Χῆρες, pro Χεῖρες· Σπάδιον, pro Στάδιον· Κῶνος, pro Κεῖνος· Τύ, pro Σύ· Et talia plura: quæ Corintho, ac Philopono, quos citavi, in libellis propriis commemorantur. Etiam Υ pro Λ uſurpabant: quod obſervare eſt apud Heſychium, iſtis locis. Αὐκὰν, ἀλκὴν Κρῆτες. Et, Αὐκύονα, ἀλκύονα Κρῆτες. Et, Αὖμα, ἄλμη ὑπὸ Κρητῶν. Et, Αὖσος, ἄλσος Κρῆτες. Ita enim illic emendandum cenſeo; perperamque edi, Αὖσος, ἄλσος κ. Et, Θούγεσθαι, θέλγεσθαι, Κρῆτες. Etiam Λ pro Ρ. Inde eſt illud apud eundem Heſychium. Λάκη, ῥάκη, Κρῆτες. Et Σ pro Θ. Inde quoque hoc ibidem. Σεῖναι, θεῖναι, Κρῆτες. Quin vocabula quoque ſibi plurima peculiaria habebant: de quibus opus ſingulare Hermon ſcripſit, cui titulum ipſe fecit, Γλῶσσαι Κρητικαί. *Gloſſæ Creticæ.* Citatque eas Athenæus,

næus, libb. III. & VI. Etiam Hermonax, Ἐν ταῖς Κρητικαῖς Λέξεσι, citatur à Scholiaste Nicandri, in Theriaca. Exhibebo autem quædam, apud Auctores observata.

Μητρὶς, dicebatur patria materna. Plato, De Rep. lib. IX. Δουλεύουσαν τὴν πάλαι φίλην μητρίδα τε, Κρῆτές φασι, καὶ πατρίδα ἕξει. Ælianus, Hist. Anim. lib. XVII. cap. xxxv. φιλία τῆς μητρίδος, ἵνα Κρητικῶς εἴπω. Synesius, in Epistolâ ad Anysium XCIII. Μέλει καὶ Πενταπόλεως. πῶς γὰρ οὔ; τῆς γε μητρίδος, ὡς ἂν Κρῆτες εἴποιεν. Plutarchus, an seni capess. resp. Ἡ δὲ πατρὶς, καὶ μητρὶς, ὡς Κρῆτες καλοῦσι, πρεσβύτερα καὶ μείζονα δίκαια γονέων ἔχουσα.

Δέλτος, *Bonus*. Unde etiam Antenor, qui Historiam Creticam scripsit, quod vir bonus, & bonus civis esset, Δέλτα appellatus fuit. Ptolemæus Hephæstionis, in Excerptis Historiæ Novæ lib. V. apud Photium, in Bibliothecâ. Ἀντήνωρ δὲ, ὁ τὰς Κρητικὰς γράψας ἱστορίας, Δέλτα ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ ἀγαθὸς εἶναι, καὶ φιλόπολις. τοὺς γὰρ Κρῆτας, τὸ ἀγαθὸν Δέλτον καλεῖν φασιν.

Ζεύς. *Dies*. Macrobius, Saturnal. lib. I. cap. xv. *Cretenses* Δία τὴν ἡμέραν *vocant*.

Μαρνάν. *Virgo*. Stephanus, in Γάζα. Τὰς παρθένους Κρῆτες προσαγορεύουσι Μαρνάν.

Ἄξος. *Præcipitium*. Idem Stephanus. Οἄξος, πόλις Κρήτης· διὰ τὸ τὸν τόπον κρημνώδη ὑπάρχειν. καλοῦσι γὰρ (οἱ Κρῆτες) τοὺς τοιούτους τόπους Ἄξους. Sed legendum illic potius esse censeo, Οἄξους: quippe urbs Ὄαξος dicta, & non Ἄξος. Judicet Lector.

Εὐειδής. *Formosus*. Aristoteles, De Poëticâ, cap. xxv. Τὸ γὰρ Εὐειδὲς οἱ Κρῆτες εὐπρόσωπον καλοῦσι.

Σμίνθος. *Mus*. Isaacius Tzetzes, in Lycophronem. Οἱ μύες παρὰ Κρησὶ Σμίνθοι καλοῦνται. Homeri Scholiastes, ad Iliad. ά. Οἱ γὰρ Κρῆτες τοὺς μύας Σμίνθους καλοῦσιν. Non rectè est apud Servium, ad Æneid III. *Cretenses enim murem Sminthicem dicunt*. Rescribo: *murem Sminthum dicunt*.

Σκότιος. *Impubes*. Scholiastes Euripidis, ad Alcestin. Κρῆτες δὲ τοὺς ἀνήβους Σκοτίους λέγουσιν.

Κοδύμαλον. *Malum Cydonium*. Athenæus, lib. III. Ἕρμων δὲ, ἐν Κρητικαῖς Γλώσσαις, Κοδύμαλα καλεῖσθαί φησι τὰ κυδώνια μῆλα.

Ἀχεράς.

Ἀχράς. *Pirus silvestris.* Scholiastes Nicandri, ad Theriaca. Ἑρμώναξ, ἐν ταῖς Κρητικαῖς Λέξεσι, τὴν ἀχρίαν ἄπιον Ἀχράδα φησὶν εἶναι.

Qui porrò Μνωῖται dicti, qui Ἀφαμιῶται, Κλαρῶται, χρυσώνητοι, & Περίοικοι, supra dixi, hujus libri cap. xiv. Occurrunt etiam vocabula quædam apud Auctorem Etymologici.

Ἄκαρα. *Crura.* Ἄκαρα, τὰ σκέλη, Κρῆτες.

Ἀμήτορες, *Citharœdi.* Ἀμήτορας, κιθαριστὰς, Κρῆτες.

Ἄνθρυσκα. *Anisum.* Ἄνθρυσκα, τὰ ἄνθη. λέγεται καὶ τὸ ἄνισον· παρὰ Κρησί.

Γάστριον, Opus pistorium, sesamo simile. Γάστριον, πέμμα τι σησαμῶδες, παρὰ Κρησί. Corruptissimè legitur apud Hesychium. Γάστριον, πέμμα τι σαμῶδες παρ' Ἀκρισίῳ. Omninò est restituendum ex Auctore Etymologici. πέμμα τι σησαμῶδες παρὰ Κρησί.

Δηά. *Hordeum.* Δηαὶ προσαγορεύονται ὑπὸ Κρητῶν αἱ κριθαί.

Δοράϊ. *Trabs.* Δορά, δέρμα. Κρῆτες δὲ καὶ τὴν Δοκόν.

Ἑδάς. *Bonorum dator.* Cognomen Mercurii, apud Gortynios. Ἑδάς, ὄνομα τοῦ Ἑρμοῦ παρὰ Γορτυνίοις· παρὰ τὸ ἑάων εἶναι δοτῆρα.

Ἔλλοψ. *Mutus.* Κρῆτες δὲ καὶ τοὺς ἀφώνους Ἔλλοπας λέγουσιν.

Φάγρος. *Cos.* Athenæus, lib. VII. Ἔστι δὲ καὶ γένος λίθου φάγρος· ἡ γὰρ ἀκόνη κατὰ Κρῆτας φάγρος, ὥς φησι Σιμμίας.

Ἄσπλωον. Medicamentum, ex herbâ quâdam, eodem nomine appellatâ, quo curabant lienosos. Vitruvius, lib. I. cap. iv. *Medici, quærentes de eâ re, invenerunt in iis locis herbam; quam pecora rodendo, imminuerant lienes. ita eam herbam colligendo, curant lienosos hoc medicamento: quod etiam Cretenses* ἄσπλωον *vocitant.*

Plurima quoque intersparsa doctissimo Hesychii Lexico; quorum quædam uti per occasionem in hoc Opere suo loco indicavi, ita reliqua hîc proponam. Ἀβέλιον. Ἀβλόπες. Ἄγδος. Ἀγκυρίστης. Ἀγλαόν. Ἀγλαοφόρε. Ἀργεῖν. Ἀγχίξαι. Ἀδαμιᾶν. Ἀδεμαί. Ἀδνόν. Ἀέλον. Ἄερσαι. Αἰθετητόν. Ἀκακαλλίς. Ἀκαρά. Ἀλιννόν. Ἀλλάθαρον. Ἀλυκτεῖ. Ἄμακις. Ἀμεργόν. Ἄμηλον. Ἀμητορίδας. Ἄμιτρα. Ἄναιρον. Ἄνσατον. Ἀνταλλαγῆναι. Ἄπαισαι Χαλκῆ. Ἀπεξέβαι. Ἀποφλᾶσαι. Ἀπoθυμιῶ. Ἄργυθος. Ἄρκηλα. Ἀρεπῆσαι. Ἀρπετόν. Ἀρχιλλάν. Ἄσβεσθε. Ἀσχέλιον. Ἀπρία. Ἀφραδίας. Ἄχηρον. Ἄχυλα. Βαίκαν. Βακόν. Βαλία. Βαλικιώτης. Βασκαρίζειν. Βέλλιον. Βεωνία. Βρίπαια. Γάρσανα. Γεροίταν. Γλυκίφαιον. Δαιμονη-

μοννηλιᾶ. Δάλεσον. Δῆος. Δίαμπον. Διάκινον. Διανδῆς. Δίβαν. Δίφαπον. Sed legendum ibi puto; Δίφαν, τὸν ὄφιν Κρῆτες: ſicut paullo antè dixit. Δίβαν, ὄφιν, Κρῆτες. Δόνακα. Δόρκαινα. Δροιόν. Δῶλα. Ἐλαχία. Ἔλλυσιν. Ἐναύρω. Ἐνοργείας. Ἐπαποδρόμιον. Ἐσμός. Θεμιζέτω. Θησαύμθυοι. Θίκιον. Θερνία. Θρύπλακον. Θύσας. Ἰαλία. Ἴαλιον. Ἰαεργμόν. Ἴβηνα. Ἰβηκτήρ. Ἴετλας. Ἴοβας. Ἰπνοδέμαν. Ἰσομάτωρ. Ἴτλον. Κάδμος. Καμαν. Καρανώ. Κάρτη. Κεκλῶας. Κηρού. Κλαγλός. Κύφερον. Λαίβας. Λαυξία. Λιχάξειν. Μαλκενίς. Μαρίν. Ὀδολκαί. Πήρεξ. Ῥυσόν. Τάγανα. Τάως. Τέορ. Τίερος. Τρέ. Τυί. Ὑγιᾶ. Ὕρον. Χίδαι. Sed & urbium quarundam quædam peculiaria erant: itaque origanum Cydoniatis Βούτης dictum. Heſychius. Βούτης, ὀρίγανος, ὑπὸ Κυδωνιατῶν. *Butes. ita origanum à Cydoniatis dicitur.* Et grus Polyrrheniis Σέρτης erat. Idem Heſychius. Σέρτης, γέρανος. Πολυῤῥήνιοι. *Sertes, grus. Polyrrhenii.* Quin iiſdem perdix Ἄμαλλα nuncupatur. Idem Heſychius. Ἄμαλλα, πέρδιξ, Πολυῤῥήνιοι. *Hamalla, perdix, Polyrrhenii.* Malè itidem illic editur, Πολλορήνιοι. His ipſis quoque cornix dicebatur Κόμβα. Heſychius. Κόμβα, κορώνη, Πολυῤῥήνιοι. Ita emendo: nam hodie corruptè editur, πολυρήνιοι. Verùm, in hoc fine Operis, minimè prætereundum eſſe cenſeo; quod Euangeliſta Lucas, capite ſecundo Actorum, in recenſione gentium, quarum linguis mox loquuti ſunt Apoſtoli, poſt acceptum Spiritum Sanctum, Cretenſium linguam, loco omnium Græcorum, recenſere invenitur. ſive quod hæc omnium difficillima eſſet, ſive quod præcipui hi inter Græcos eo tempore cenſerentur. Ecce verba. Πάρθοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον, καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτόν τε καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, Κρῆτες, καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ. *Parthi, & Medi, & Elamitæ, & qui incolimus Meſopotamiam, Judæamque, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptumque, & partes Libyæ ejus quæ eſt ſecundùm Cyrenen, & advenæ Romani, Judæique, & proſelyti, Cretenſes, & Arabes; audimus eos loquentes noſtris linguis magnifica dei facta.*

AUCTO-

AUCTORUM,

Qui hic citantur,

INDEX.

Tibullus.
Tryphiodorus.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Varro.
Velleius.
Vibius Sequester.
Virgilius.
Vitruvius.
Ulpianus.
Usuardus.
Xenophon.
Xiphilinus.
Zenobius.
Zonaras.
Zosimus.

FINIS.

AUCTO-

AUCTORUM,

Qui hîc emendantur, illustrantur, aut errare ostenduntur,

INDEX.

Numerus Romanus libros, barbarus capita designat.

FINIS.

In descriptione Cretæ emendanda.

P. 12. l. 11. *Hos alii quidem.* ibid. *qui iidem Curetes dicebantur.* p. 15. l. 3. Κρήτη ἧς γαῖ' ἐστὶ. ibid. l. 20. post *vastavit* adde: *unde & in Odyssea nonaginta urbes dicitur Creta habere.* p. 20. l. 12. *Pausanias eum Pteram.* ibid. l. 15. post *Creticam civitatem* adde: *unica littera addita Apteraeos.* p. 23. l. 17. τὴν προσαγορευομένην Δίκτυνναν. p. 25. l. 26. *juxta Cretam insula.* p. 28. l. 8. ὕστερον ἢ ἀνέλαβε πάλιν τὸ παλαιον. p. 29. l. ult: νοῦσοι μέρεσι. p. 32. l. 14. lib. 2. cap. 5. p. 35. l. 16. Τεγεάτου τῶν παίδων. p. 38. l. 30. πηγῆ λὶν ἡ. p. 40. l. 10. *Corybantem* adde: *qui Hierapydnam condidit.* p. 41. l. 19. κατέχοντος ἐκ προσβολῆς εἷλε. p. 47. l. 14. *Minoëm fugientes.* p. 52. l. 12. Τῶν δ' ὑπὸ. p. 64. l. 21. *Omphalium deinceps campum nominant Cydones.* p. 68. l. 32. *Ex iis quæ extra sunt.* p. 75. l. 7. *quenquam ingredi est religio.* p. 78. l. 2. *ostende iram.* p. 81. l. 31. Τὸ ὄρος τότε Τρωϊκὸν. p. 82. l. 27. Ἄρβιος Ζεύς. p. 85. l. 8. *Fuerunt vero illi montes.* p. 91. l. 22. *sacrum quoquo anno celebrant.* p. 100. l. 3. *lib.* II. *cap.* V. p. 103. l. 22 *lib.* XI. *cap.* XIV. p. 107. l. 2. *lib.* I. *cap.* XIV. ibid. l. 24. Ἄλλοτε. ibid. l. 24. βλοσυροῖο. p. 108. l. 7. *A Promeno.* p. 118. l. 3. *lib.* II. *cap.* IV. p. 119. l. 14. *eum Nembroti filium.* p. 131. l. 10. *lib.* II. *cap.* III. p. 134. l. 19. *ossa in Cretam.* p. 135. l. 23. *Euxanthum.* p. 136. l. 25. *item Stephano.* p. 145. l. 18. ἐλᾷ. p. 153. l. 23. *anno Urbis.* p. 155. l. 28. *qui Cretam inhabitabant.* p. 163. l. 3. τὸν χρόνον. p. 170. l. 13. Ἐπερεῖος, Ζεύς. p. 171. l. 13. *primo quidem.* ibid. l. *item quæ in bellis.* p. 175. l. 28. *ad fortitudinem.* ibid. l. 29. ἐκ παίδων ὅπλοις. p. 177. l. 10. διαιτῶνται μετ' ἀλλήλων. p. 180. l. 12. *ubi arcus fieri dixi.* p. 182. l. 3. *Siculi vero pectidibus.* p. 190. l. 24. Μνωῖται. p. 194. l. 13. πολιτευθεῖσαι ὑγιῶς. l. 26. πολυλογίαν. p. 195. l. 32. ὠφελεῖν. p. 196. l. 6. *discipulum horum fuisse.* p. 198. l. 11. *lib.* II. *cap.* V. p. 199. l. 1. *a Gortyniis.* ibid. l. 18. *Et Mithræ apud.* p. 200. l. 10. συχνὸν διάγων. p. 206. l. 20. ὧδε ἀγελίως λείπεσθαι. p. 207. l. 6. *Vocant autem Minervam Cyrenæi.* p. 211. l. 8. *Sotadem qui patriam suam.* ibid. l. 25. Ἐς Σικανίην. p. 214. l. 32. Μοῖραι νῦν εἰσὶ. p. 217. l. 20. *ejus qui Gelam condidit fratrem.* p. 224. l. 13. Τὸν Ἔρυθρον. p. 227. l. 14. Κἀνταῦθα μνησθήσομαι. p. 229. l. 15. ὡς ἄρα θηλὼ. p. 230. l. 20. *libri hujus capite* V. p. 231. l. 4. ἢ ὅπως ἀποστερεῦντες ἔνοχοι ὦσι. p. 233. l. 7. *lib.* III. *cap.* V. p. 234. l. 3. *Supra lib.* III. *cap.* IV. p. 239. l. 32. θάψαι ταύτῃ. p. 247. l. 34. *lib.* IV. *cap.* V. p. 248. l. 33. παρὰ Κτησίᾳ. p. 251. l. 15. *lib.* III. *cap.* II. p. 255. l. 33. *Quin vocabula quoque.* p. 256. l. 11 Δέλτος *bonus.* p. 257. l. 4. *lib.* III. *cap.* XIV.

I N D E X

Rerum atque Verborum

In

Cretæ Descriptione pertractatorum.

r Age-

Ape-

B.

C.

Con-

pha-

f con-

Etear-

F.

Fon-

E.

gun-

t Hye-

3

L.

S.

Ty-

X.

Y.

Z.

